

Migne, Jacques

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, ÆCONOMICA,
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA CONCILII TRIDENTINI (ANNO 1545) PRO LATINIS,
ET CONCILII FLORENTINI (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT:

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIMA
ECCLESIAE SÆCULÆ ET AMPLIUS,

MIXTA EDITIONEꝝ ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGEN-
TER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIUS
OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUCTA;
INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUIUS MOMENTI SUNSEQUENTI-
BUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM
MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS
CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTI-
CAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATI-
STICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE, LITUR-
GICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM
DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS. ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID
NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMIS-
SO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ

SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBIVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIDIS OPERUM
SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO

GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPTIS, COMMENTATI SINT:

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS,
CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS,
TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTAN-
TIS, PRETTII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA,
SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM,
PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES,
LOCOS, LINGVAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA PRIOR,

IN QUÆ PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIAE GRÆCÆ
A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE CURSuum COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIAE, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA.
LATINA, JAM PENITUS EXARATA, QUOAD PRIMAM SERIEM, VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA
STAT, MOXVE POST PERACTOS INDICES STABIT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA
DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALIS AMPLI-
CITUR, ET AD NOVEN ET CENTUM VOLUMINA PERVENIT, SED SINE INDICIBUS; POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM
TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR; UTRAQUE VICESIMA QUARTA
DIE DECEMBRIS 1860 OMNINO APPARUERAT. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE NEMPE
LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBQUE VERO, UT PRETTII HUIUS BENEFICIO-FRUATUR EM-
PTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM, 326 VOLUMINIBUS PRO AMPLIORI EDITIONE ET 272
PRO MINORI ABSQUE INDICIBUS CONSTANTEM, COMPARET NECESSE ERIT, SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLI-
TUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETTIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRÆ ET SEORSIM
COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EANDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEN VEL
PRO SEX FRANCIS OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES SERIEBUS PATROLOGIÆ NONDUM EXCUSIS APPLICANTUR.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS LXXXII.

THEODORETUS CYRENSIS EPISCOPUS.

EXCUDERATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUCE, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISIENSIA.

AVIS IMPORTANT.

51 R
60
M38
F. 82

D'après une des lois providentielles qui régissent le monde, rarement les œuvres au-dessus de l'ordinaire se font sans contradictions plus ou moins fortes et nombreuses. Les *Ateliers Catholiques* ne pouvaient guère échapper à ce cachet divin de leur utilité. Tantôt on a nié leur existence ou leur importance; tantôt on a dit qu'ils étaient fermés ou qu'ils allaient l'être. Cependant ils poursuivent leur carrière depuis 21 ans, et les productions qui en sortent deviennent de plus en plus graves et soignées; àussi paraît-il certain qu'à moins d'événements qu'aucune prudence humaine ne saurait prévoir ni empêcher, ces Ateliers ne se fermeront que quand la *Bibliothèque du Clergé* sera terminée en ses 2,000 volumes in-4°. Le passé paraît un sûr garant de l'avenir, pour ce qu'il y a à espérer ou à craindre. Cependant, parmi les calomnies auxquelles ils se sont trouvés en butte, il en est deux qui ont été continuellement répétées, parce qu'étant plus capitales, leur effet entraînait plus de conséquences. De petits et ignares concurrents se sont donc acharnés, par leur correspondance ou leurs voyageurs, à répéter partout que nos Editions étaient mal corrigées et mal imprimées. Ne pouvant attaquer le fond des Ouvrages, qui, pour la plupart, ne sont que les chefs-d'œuvre du Catholicisme reconnus pour tels dans tous les temps et dans tous les pays, il fallait bien se rejeter sur la forme dans ce qu'elle a de plus sérieux, la correction et l'impression; en effet, les chefs-d'œuvre même n'auraient qu'une demi-valeur, si le texte en était inexact ou illisible.

Il est très-vrai que, dans le principe, un succès inouï dans les fastes de la Typographie ayant forcé l'Editeur de recourir aux mécaniques, afin de marcher plus rapidement et de donner les ouvrages à moindre prix, quatre volumes du double *Cours d'Écriture sainte et de Théologie* furent tirés avec la correction insuffisante donnée dans les imprimeries à presque tout ce qui s'édite; il est vrai aussi qu'un certain nombre d'autres volumes, appartenant à diverses Publications, furent imprimés ou trop noir ou trop blanc. Mais, depuis ces temps éloignés, les mécaniques ont cédé le travail aux presses à bras, et l'impression qui en sort, sans être du luxe, attendu que le luxe jurerait dans des ouvrages d'une telle nature, est parfaitement convenable sous tous les rapports. Quant à la correction, il est de fait qu'elle n'a jamais été portée si loin dans aucune édition ancienne ou contemporaine. Et comment en serait-il autrement, après toutes les peines et toutes les dépenses que nous subissons pour arriver à purger nos épreuves de toutes fautes? L'habitude, en typographie, même dans les meilleures maisons, est de ne corriger que deux épreuves et d'en conférer une troisième avec la seconde, sans avoir préparé en rien le manuscrit de l'auteur.

Dans les *Ateliers Catholiques* la différence est presque incommensurable. Au moyen de correcteurs blanchis sous le harnais et dont le coup d'œil typographique est sans pitié pour les fautes, on commence par préparer la copie d'un bout à l'autre sans en excepter un seul mot. On lit ensuite en première épreuve avec la copie ainsi préparée. On lit en seconde de la même manière, mais en collationnant avec la première. On fait la même chose en tierce, en collationnant avec la seconde. On agit de même en quarte, en collationnant avec la tierce. On renouvelle la même opération en quinte, en collationnant avec la quarte. Ces collations ont pour but de voir si aucune des fautes signalées au bureau par M. les correcteurs, sur la marge des épreuves, n'a échappé à M. les correcteurs sur le marbre et le métal. Après ces cinq lectures entières contrôlées l'une par l'autre, et en dehors de la préparation ci-dessus mentionnée, vient une révision, et souvent il en vient deux ou trois; puis l'on cliché. Le clichage opéré, par conséquent la partie du texte se trouvant immobilisée, on fait, avec la copie, une nouvelle lecture d'un bout de l'épreuve à l'autre, on se livre à une nouvelle révision, et le tirage n'arrive qu'après ces innombrables précautions.

Aussi y a-t-il à Montrouge des correcteurs de toutes les nations et en plus grand nombre que dans vingt-cinq imprimeries de Paris réunies! Aussi encore, la correction y coûte-t-elle autant que la composition, tandis qu'ailleurs elle ne coûte que le dixième! Aussi enfin, bien que l'assertion puisse paraître téméraire, l'exactitude obtenue par tant de frais et de soins, fait-elle que la plupart des Editions des *Ateliers Catholiques* laissent bien loin derrière elles celles même des célèbres Bénédictins Mabillon et Montfaucon et des célèbres Jésuites Petau et Sirmond. Que l'on compare, en effet, n'importe quelles feuilles de leurs éditions avec celles des nôtres qui leur correspondent, en grec comme en latin, on se convaincra que l'in vraisemblable est une réalité.

D'ailleurs, ces savants éminents, plus préoccupés du sens des textes que de la partie typographique et n'étant point correcteurs de profession, lisaient, non ce que portaient les épreuves, mais ce qui devait s'y trouver, leur haute intelligence suppléant aux fautes de l'édition. De plus les Bénédictins, comme les Jésuites, opéraient presque toujours sur des manuscrits, cause perpétuelle de la multiplicité des fautes, pendant que les *Ateliers Catholiques*, dont le propre est surtout de ressusciter la Tradition, n'opèrent le plus souvent que sur des imprimés.

Le R. P. De Buch, Jésuite Bollandiste de Bruxelles, nous écrivait, il y a quelque temps, n'avoir pu trouver en six-huit mois d'étude, une seule faute dans notre *Patrologie latine*. M. Denzinger, professeur de Théologie à l'Université de Wurzburg, et M. Reissmann, Vicaire Général de la même ville, nous mandaient, à la date du 19 juillet, n'avoir pu également surprendre une seule faute, soit dans le latin soit dans le grec de notre double *Patrologie*. Enfin, le savant P. Pitra, Bénédictin de Solesme, et M. Bonetty, directeur des *Annales de philosophie chrétienne*, mis au défi de nous convaincre d'une seule erreur typographique, ont été forcés d'avouer que nous n'avions pas trop présumé de notre parfaite correction. Dans le Clergé se trouvent de bons latinistes et de bons hellénistes, et, ce qui est plus rare, des hommes très-positifs et très-pratiques, eh bien! nous leur promettons une prime de 25 centimes par chaque faute qu'ils découvriront dans n'importe lequel de nos volumes, surtout dans les grecs.

Malgré ce qui précède, l'Editeur des *Cours complets*, sentant de plus en plus l'importance et même la nécessité d'une correction parfaite pour qu'un ouvrage soit véritablement utile et estimable, se livre depuis plus d'un an, et est résolu de se livrer jusqu'à la fin à une opération longue, pénible et coûteuse, savoir, la révision entière et universelle de ses innombrables clichés. Ainsi chacun de ses volumes, au fur et à mesure qu'il les remet sous presse, est corrigé mot pour mot d'un bout à l'autre. Quarante hommes y sont ou y seront occupés pendant 10 ans, et une somme qui ne saurait être moindre d'un demi million de francs est consacrée à cet important contrôle. De cette manière, les Publications des *Ateliers Catholiques*, qui déjà se distinguaient entre toutes par la supériorité de leur correction, n'auront de rivales, sous ce rapport, dans aucun temps ni dans aucun pays; car quel est l'Editeur qui pourrait et voudrait se livrer APRES COUP à des travaux si gigantesques et d'un prix si exorbitant? Il faut certes être bien pénétré d'une vocation divine à cet effet, pour ne reculer ni devant la peine ni devant la dépense, surtout lorsque l'Europe savante proclame que jamais volumes n'ont été édités avec tant d'exactitude que ceux de la *Bibliothèque universelle du Clergé*. Le présent volume est du nombre de ceux révisés, et tous ceux qui le seront à l'avenir porteront cette note. En conséquence, pour juger les productions des *Ateliers Catholiques* sous le rapport de la correction, il ne faudra prendre que ceux qui porteront en tête l'avis ici tracé. Nous ne reconnaissons que cette édition et celles qui suivront sur nos planches de métal ainsi corrigées. On croyait autrefois que la stéréotypie immobilisait les fautes, attendu qu'un cliché de métal n'est point élastique; pas du tout, il introduit la perfection, car on a trouvé le moyen de le corriger jusqu'à extinction de fautes. L'Hebreu a été revu par M. Drach, le Grec par des Grecs, le Latin et le Français par les premiers correcteurs de la capitale en ces langues.

Nous avons la consolation de pouvoir finir cet avis par les réflexions suivantes: Enfin, notre exemple a fini par ébranler les grandes publications en Italie, en Allemagne, en Belgique et en France, par les *Canons grecs de Rome*, le *Gerdil* de Naples, le *Saint Thomas de Parme*, l'*Encyclopédie religieuse* de Munich, le recueil des *déclarations des rites* de Bruxelles, les *Bollandistes*, le *Surrez* et le *Spicilège* de Paris. Jusque-là, on n'avait su réimprimer que des ouvrages de courte haleine. Les in-4°, où s'engloutissent les in-folio, faisaient peur, et on n'osait y toucher, par crainte de se noyer dans ces abîmes sans fond et sans rives; mais on a fini par se risquer à nous imiter. Bien plus, sous notre impulsion, d'autres Editeurs se préparent au *Bulletin* universel, aux *Décisions* de toutes les Congrégations, à une *Biographie* et à une *Histoire générale*, etc., etc. Malheureusement, la plupart des éditions déjà faites ou qui se font, sont sans autorité, parce qu'elles sont sans exactitude; la correction semble en avoir été faite par des aveugles, soit qu'on n'en ait pas senti la gravité, soit qu'on ait reculé devant les frais; mais patience! une reproduction correcte surgira bientôt, ne fût-ce qu'à la lumière des écoles qui se sont faites ou qui se feront encore.

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM V, ANNUS 458.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ

ΑΠΑΝΤΑ.

THEODORETI

CYRENSIS EPISCOPI

OPERA OMNIA.

POST RECENSIONEM JACOBI SIRMONDI

*EDIDIT, GRÆCA E CODICIBUS LOCUPLETAVIT, ANTIQUIORES EDITIONES ADHIBUIT, VERSIONEM
LATINAM RECOGNOVIT, LECTIONUM VARIETATEM, AMPLISSIMOS INDICES ADJECIT*

JOAN. LUDOV. SCHULZE

GR. ET OO. LL. IN ACAD. PRÆSES P. P. O.

(Halsæ 1769 et ann. seqq.)

ACCESSIT AUCTARIUM THEODORETI QUOD OLIM ABORNAVIT JOAN. GARNFRIUS,

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE.

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS TERTIUS.

VENIUNT QUINQUE VOLUMINA 60 FRANCIS GALLICIS.

EXCUEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE, NUNC VERO INTRA MOENIA PARISIINA.

1864

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM V, ANNUS 458.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO LXXXII CONTINENTUR.

THEODORETUS, CYRENSIS EPISCOPUS.

Commentarius in omnes sancti Pauli Epistolas.	col. 3†
Historia ecclesiastica.	879
Historia religiosa.	1279
Oratio de divina et sancta charitate.	1498
<i>Henrici Valesii notæ ad Historiam ecclesiasticam Theodoretæ.</i>	1521

AMBA 1111
100102 11111111

PRÆFATIO.

Nunquam ego me ad edendam aliquam partem operum Theodreti accommodassem, ut qui minime ignorarem quantum in cæteris partibus Schulzii, viri doctissimi, diligentia elaborasset, quamque non modo iniquum sit, sed etiam difficile in alienos labores studia propellere sua, nisi obsequendum fuisset studio librarii, cui sæpius idem flagitanti negare nihilominus durum videbatur quam ipsi Schulzio aliqua oneris parte levare cupienti. Illo quidem tempore rationes librariæ postulabant ut, quo celerius omne hoc opus conficeretur, bina volumina excuderentur; qua in re etsi multis iisque justis de causis tentabam hoc quidquid erat oneris amoliri in aliumque me sive doctiorem sive minus impeditum conjicere, tamen ita instabat librarius, amicissimus mihi optimeque de me meritis, ut inciperem vereri, ne, cum negarem justa et præclara petenti, ab eo vel benivolentia vel studium honesta ejus instituta adjuvandi desideraretur. Consensi igitur, et, quanquam post hæc illa necessitas operis accelerandi sublata fuit, aggressus sum; quod qua via aut ratione fecerim, animus est paulo copiosius declarare.

Primum quidem locum hoc in volumine tenet commentarius Theodreti in omnes Pauli apostoli Epistolas, excellentissimus ille quidem, quo nil melius tota antiquitas habet post Chrysostomum, quem vel brevitate vincit et quodam quasi delectu, quanquam multa de suo addit, digna profecto quæ diligentius excutiantur. Neque enim, si a Gagnæo (*Schol. in omnes d. Pauli Epist.*) et Bellosobrio (*Obs. hist. crit. et philos. in N. T.*) discesserim, qui quædam de nostro excerpta dedere, quemquam nostrorum interpretum cognovi, qui ejus interpretationes usurpasse videretur, ut vel sic audeam spondere, qui hæc Theodreti scholia diligenter contulerint, quam plurima reperturos, quæ ne in mentem quidem venerint interpretum vulgo. Jam in istis scholiis edendis, quæ primus Græce protulerat Sirmondus nescio quo codice usus (solet enim in his rebus narrandis negligentior esse), uti sumus duobus codicibus, uno Augustano, altero Bavarico. Ille quidem, a Bengelio quoque in N. T. editione adhibitus, qui eum Augustanum quintum appellavit, ut Wetstenius quinquagesimum quartum in Pauli Epistolas, membranaceus est accuratissime scriptus, sexcentorum fere, ut opinor, annorum, ejusdem scripturæ quam Bandinius nuper æri incidendam curavit tab. 1 *Catalogi codd. mss. Biblioth. Medicæ Laurentianæ*, continetque catenam in Epistolam Pauli ad Romanos inde a versu septimo capituli septimi, conjunctam e commentariis clarissimorum interpretum, etiam eorum quorum fragmenta nondum edita reperiuntur, veluti Origenis et Theodori Mopsuesteni, quæ diligenter describi curavimus, edenda fortassis, si eorum cupidos lectores invenerimus. In his igitur quæ Theodreti scholia exstabant, cum Sirmondiano textu accurate contulimus, nullis prætermisissis, nisi quæ vel ex aliis Theodreti libris ducta essent vel nihil diversitatis in legendo offerrent.

Præter hunc, quem amplissimi senatus reipublicæ Augustanæ liberalitas concessit, alium usurpandum misit ad nos e bibliotheca serenissimi electoris Baviaræ incredibili humanitate liberalissimoque ingenio vir Felix Andreas Oëffellius, isti bibliothecæ præfectus. Qui liber, etsi novitius est, similis ejus, quem in bibliotheca regis Franciæ exstare dicit Rich. Simon (*Hist. crit. Commentariorum in N. T.* p. 523.), sæculo xvi scriptus ab homine Græculo, quod nisi ipsa manus et charta, certe verba declararent sic posita ad calcem voluminis: Τέλος εἰληφες τῆσδε τῆς βιβλίου ἀφ' ἧς ἐν μηνὶ φεβρουαρίῳ κε' αὕτη ἡ βιβλος ἐγεγράφη διὰ χειρὸς ἐμοῦ Πέτρου Καρνεάδου ἐκ πόλεως Ἐπιδαύρου τὴν νῦν ἐπονομαζομένην Μονεμβασίαν, itemque multis calami vitiiis, præsertim quoad orthographiam, ita inquinatus, ut sæpe sine sensu verba in chartam conjecta appareant; tamen vehementer profuit. Nam et integros continet Theodreti commentarios cum paucis lacunis, et elegantes lectiones offerebat non modo in ipsis commentariis, in quibus non raro cum Herveti lectionibus consentit, sed etiam in textu Pauli, qui sæpe discrepat ab eo quem Sirmondus edidit, multo etiam magis a recepta lectione; ut I Cor. x, 33, in παντάπασιν (quod facile prætulerim), II Cor. ii, 10, ubi illa ἡ κεχάρισμαι absunt ut verbum περισσεύει c. iii, 9, et εἰς ante πάντας Rom. v, 12: quam discrepantiam non pœnituerit harum rerum intelligentes cum cæterarum

1397

lectionum silva contulisse; operam quidem dedimus ne quidquam præter manifesta scribendi vitia prætermitteretur.

Neque vero negleximus, quæ Gentianus Hervetus his commentariis a se Latine conversis atque Florentiæ ann. 1552 editis adjunxerat. Nam cum accepisset a Marcello Cervino, cardinali Sanctæ Crucis, horum commentariorum apographum, statuissetque in textu Pauli exprimendo sequi auctoritatem veteris Latine interpretationis: quotiescunque vidisset ab illa lectionem Theodoretæ Græcam discrepare, ad marginem, quo modo reperisset in Theodoro, notavit. In his Herveti sunt non pauca a vulgato Pauli et Theodoretæ textu dissentientia, quæ notare et examinare profuerit, veluti illa: Καὶ τῶν τοιούτων οὐκ ἔστι νόμος Galat. v, 23, quæ lectio nullo in codice alio reperitur, quanquam probabilis videri potest et Pauli loco I Tim. i, 9 in primis consentanea.

Sed quoniam Græci veterum interpretum Græcorum, in his Theodoretæ, sententias collegere in libris iis, quos Latinorum recentior consuetudo *Catenarum* nomine appellavit: propter ea institutum a nobis est, ut quæ ibi sparsa essent Theodoretæ fragmenta conferremus. Quanquam ex eo genere, præter codicem, quem supra laudavimus, Augustanum, nihil nobis præsto fuit, quam excerpta ea, quæ sub Theoduli, nescio cujus nomine, Latine edita sunt in Orthodoxographis, itemque in Commentariis, quos, haud scio an non satis bene, solent OEcumenio tribuere. Sed illa oppido pauca fuerunt, etiam ad unam Pauli ad Romanos Epistolam pertinentia; nec admodum adjuti fuimus OEcumenii opere, in quo, etsi sunt plurima e Theodoretæ scholiis ne notata quidem ipsius nomine, rarius tamen afferuntur e Theodoro excerpta, sæpe etiam male additum est ejus nomen iis quæ ab aliorum interpretum auctoritate proficiuntur, præsertim in ὑποθέσεις epistolarum Paulinarum ad Theodoretum nullo modo referendis, id quod commentarii ejus perspicue docent. Uberiorem segetem lectionum obtulit ad textum Pauli constituendum cæterorum Theodoretæ librorum collatio, in quibus sæpe alias lectiones exhibet quam in opere ipso commentariorum ad Pauli Epistolas, identidem magis cum ipsis interpretationibus suis quam cum apposito Pauli textu consentientes. Et speramus quidem nos gratum fecisse studiosis criseos librorum Novi Testamenti, quod ea colligenda suisque locis inserenda curaverimus, præsertim cum animadvertissemus hos locos a Millio Wetstenioque non modo negligentissime excussos, sed etiam ab hoc lectiones tanquam Theodoretæ positas, a quibus quam maxime abhorreret. Sed cum serius nobis in mentem venisset illam lectionis varietatem diligenter congerere, quam commentarii in Epistolam ad Romanos essent typographi formis exscripti: quæ ad illam epistolam pertinent cum iis, quæ forte alibi neglecta fuerint, ad calcem quinti voluminis cum simili lectionum segete subjiicienda curabimus. Cæterum nos spes fefellit a Wetstenio facta (*Prolegom. ad N. T.* tom. I, p. 72), qui se profitebatur Sirmondi Theodoretum contulisse cum codicibus Basileensibus. Neque enim hujus generis quidquam vidimus in Wetsteniano opere, nec in narratione de codicibus N. T. alium Basileensem commemorat ornatum scholiis Theodoretæ, præter eum quem septimum inter codices in Pauli Epistolas appellaverat (tom. II, p. II), e quo quid ad Theodoretum castigandum vel restituendum duxerit ignoramus, nihil quidem ejus rei oblatum fuit.

In ecclesiastica Theodoretæ Historia, quæ post ista scholia in hoc volumine sequitur, nihil quidem præsidii fuit e codicibus scriptis, præter fragmentum pertinens ad libri IV, c. 10 e codice quodam Augustano qui continebat cinnum illum Joannis Damasceni de hæresibus editum a Cotelerio *Eccles. Gr. Monument.* t. I, cujus, si placet, notam conferas p. 786; sed tamen omnes fere editos libros tractavimus, ut vel hæcenus speremus editionem nostram præstare cæteris, quod diligenter contulerimus quidquid discrepantium lectionum in his libris reperitur, cum nemini eorum, quorum studio Theodoretæ historia prodiit, in mentem venisset universam hanc silvam congerere. Sed quoniam profuerit cognovisse quid quisque præstiterit in edendo hoc Theodoretæ opere, quoque modo textum constituerit, visum est omnem editionum historiam enarrare.

Cum ex opere Theodoretæ nihil editum esset præter fragmenta ea, quæ ab Epiphano Scholastico sive Cassiodoro translata essent in *Historiam tripartitam*, Beatus Rhenanus cum editionem ejus novam suscepisset Basileæ 1523, repetitam ann. 1528, nactus codicem Theodoretæ Græcum, qui e bibliotheca Joannis Ragusini, cardinalis in bibliothecam Prædicatorum Basileensem transierat, ex illo epistolas synodorum et imperatorum Græcas interspersit textui *Historiæ tripartitæ*. E quo eodem fonte nescio an fluxerit prima editio Græca omnis historiæ Theodoretæ, quæ se excusam in fine proficitur Basileæ in

officina Frobeniana per Hieronymum Frobenium et Nicolaum Episcopium ann. 1535, mense Martio. Quod facile crederem si verum esset id quod Fabricius narrat (*Bibl. Græc.*, vol. VI, p. 125) primum Beatum Rhenanum hanc historiam Græcæ edidisse ad calcem Historiæ Eusebio-Rufiniana: et tripartitæ, adjunctis Victoris Vitensis libris tribus de persecutiōne Vandalica et anonymi excerptis ex Nicephori Callisti *Historia Basil.* apud Frobenium 1535. Sed quod audeam dubitare primum in causa est lectionum discrepantia in utraque, et Latina fragmentorum quorundam et Græca universæ historiæ Theodoretii editione quæ, etsi non magna est (solent enim plerumque etiam in singularibus lectionibus consentire), aliqua est tamen, id quod excerpta nostra docebunt. Deinde etsi nolim suspectam dicere lidem Fabricii, quem aliorum narrationibus, etiam catalogorum mala fide, sæpe ablatum non ignoro, nemini tamen commemoratam deprehendi eandem, quam Fabricius Rhenano tribuit, editionem, sed eam unam Basileensem quæ præter textum Græcum nihil continet, quamque *seorsim*, non conjunctam cum cæteris H. Ecclesiæ scriptoribus prodiisse clare proficitur *Bibliotheca Gesnero-Simleriana*, p. n. 648; itemque video epistolas e Theodoretii historia publicas easque Græcas esse in illo opere cura Rhenani edito, quod Eusebianam historiam interprete Rufino hujusque duo libros additos cum Historia tripartita complectitur. Quare incipio vereri ne forte in volumine eo quod Fabricius vel ipse habuit vel ab aliis commemoratum legit, bibliopegi arbitrium Græcam editionem cum illo opere junxerit; unde Fabricii error hoc facilius potuit proficisci, quod exemplum quidem editionis Græcæ meum in titulo nihil habet præter verba: Τοῦ μακαρίου Θεοδορίτου ἐπισκόπου Κύρου ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας τόμου πέντε, quibus statim in averso tituli latere subjiciuntur κεφάλαια libri primi. Quomocunque sit, exquisitas lectiones offert illa Basileensis Græca, ut hactenus recte judicet doctissimus Valesius eam esse ex optimo codice expressam, quanquam satis multa mendosa habet, in accentibus maxime et orthographia.

Paulo post, cum Franciscus Franciæ rex magnam vim Græcorum omnis generis librorum ex Italia Græciaque afferri iisque ornari bibliothecam suam, tam elegantes litterarum formas exarari iussisset quibus optimus quisque liber describeretur, ejusque rei curam transtulisset in Robertum Stephanum, is eorum edendorum initium fecit a scriptoribus veteris historiæ ecclesiasticæ conjunctis in unum maximi moduli volumen, Lutetiæ Parisiorum ann. 1544. Accesserunt in fine variæ lectiones e libris vetustissimis, qui aut quales aut quot fuerint, aut qua religione in iis colligendis usus sit Stephanus, non satis constat; nihil enim super ea re lectorem admonuit. Basileensem editionem non adhibitam animadverti, et, si quis cogitet modum eum quem Stephanus est aliis in libris edendis secutus, non est credibile illum omnes quas poterat et debebat lectiones collegisse, sed eas quæ vel codices subito legenti vel in difficilioribus locis consulenti occurrissent. Cæterum ipse textus Græcus, quanquam non ita purus est ut vitulis cum Scripturæ tam operarum careat etiam iis quæ sensum ipsum afficiant, tamen elegantissimis litterarum formis omninoque eâ cura expressus est, ut, quicumque post Stephanum istos scriptores repeterent, omnes illam recensionem, quanquam cum aliquo modo, sequerentur.

Ex his fuere ii, qui omne hoc historicorum veterum Christianorum corpus ediderunt cum Joan. Christophorsoni, episcopi Cestriensis, interpretatione Latina, Colonia Allobrogum per Petrum de la Roviere ann. 1612 duobus tomis formæ maximæ. Textus Græcus ex editione Stephaniana ductus, sed parum eleganter et infinitis operarum vitulis inquinatus, quanquam et in capitum s. sectionum partitione subinde diversam a Stephaniana rationem editores sequuntur. Habet tamen ista Genevensis editio hanc dotem ut sive injectæ textui sive ad marginem positæ sint variæ lectiones, quæ, in Theodoretii quidem Historia, vel ad Christophorsonum vel ad Josephum Scaligerum referuntur. De quarum ratione nihil certi habeo quod dicam, nisi quod ego aliquas observaverim e Socrate Sozomenoque ductas in epistolis seu professionibus publicis quas horum triumvirorum diligentia servavit, quodque Henricus Savilius (apud Valesium, præf. ad tom. III *Historic. eccles.*) profiteatur: *Christophorsonum ex tribus præstantissimis mss. exemplaribus, Vaticano, Veneto et Florentino vulgatum a Rob. Stephano codicem emendasse, quæ variæ lectiones ex editione Christophorsoni inspiciendæ sint ad finem editionis Latinæ, Colonia ann. 1581.* Sed quid Christophorsonus ex istis codicibus quidque e conjectura posuerit? accesserintne jam tum emendationes Scaligeri, an postea in editione Genevensi? omninoque qua fide et ἀκριβελῶς Genevenses usi fuerint, id, quoniam editionis istius Latinæ ann. 1581 usurpandæ nulla nobis data facultas fuit, nec ejus rei quidquam Genevenses produnt, nullo modo dicere licet.

Triginta annis post cum Jacobus Sirmundus primus omnia Theodoretī opera ederet, textum historię Theodoretī satis emaculatum dedit, in quo apparet Stephani ac potius Christophorsoni recensio- nem pro basi esse sed aliquoties a Sirmondo correctam. Qua in re quam legem aut modum secutus sit, nihil omnino dicit. Existimabat Valesius cum contulisse codices in bibliotheca regia Parisiensi ut eum quem Valesius dicit Joan. Pini fuisse, itemque duo libros Rob. Stephani. De illo facile consentio, certe in singularibus lectionibus subinde cum uno Pini libro concordat, quanquam non nimis sæpe, et vero etiam sæpius ab eo dissentit. At eum consuluisse ipsum codices regios a Stephano collatos, mihi quidem non persuaserit Valesius. Non dicam id frustra sumi, Stephanum non nisi duos libros contulisse ita ut ex uno textum formaret, ex altero lectionum diversitatem adderet; nam illas lectiones clare dicit ἐν τοῖς πλεονεξίαισι ἀντιγράφοις, pluribus igitur, εὐρεθείσας; sed non is erat Sirmundus qui diligenter discrepantes in codicibus lectiones colligeret, ut qui ne illas quidem bonas adhiberet, quas vel Basi- leensis editio vel ipse Stephanus in libello variarum lectionum obtulerat. Omnino plurium quasi ἐκδό- σεων cinnum dedit Sirmundus ita ut, ubi a Stephaniano textu discedit, plerumque Christophorsoni et Scaligeri emendationes receperit in textum, interdum e codice Joan. Pini, rarius e Stephaniano variarum lectionum libello, suas duxerit, itemque vel ex ingenio vel e codicibus quædam addiderit, ut lib. 1, c. 4, p. 755 edit. nostræ illa: Τοὺς θεηγῶρους φημι ἀποστόλους, et paulo post: Οὐ φυσικὴν εἶναι λέγων εἰς κατάληξιν, in eademque pagina ἐκ τοῦ ἐξ οὐκ ὄντων, 1, 17 extr. κατακλίνασα pro ἀνκλ., 19, 8, delete vocabulo ἐπισκόπων pro ὄντων inepte reponit ὄντων ut referatur ad τέλει. Prætermitto alia; neque se col- ligit quomodo et capitum sive divisionem sive titulos mutaret.

Longe horum omnium diligentiam superavit excellentissimi ingenii atque doctrinæ vir Henricus Valesius, cum historiæ veteris Christianæ scriptores Græcos animadversionibus suis illustratos edere institisset. Namque textum Stephanicum a se, quanquam non nimis sæpe, castigatum, non modo nova interpretatione, sed etiam notis doctissimis ornavit, quibus vel rebus ipsis luminis aliquid afferret, vel textum emendaret. Erat enim is maxime omnibus ingenii exercitatione subacti, linguarum, historiæ veteris præsidii instructus, adjutus etiam libris editis et scriptis, certe eorum excerptis, quæ a Leone Allatio acceperat pertinentia ad primum et secundum Theodoretī librum, alia quoque ab Usserio e codice Henrici Savillii cujus lectiones a Stephani textu discrepantes ipse Savilius in istius textus margine ascripserat. His magno cum delectu usus est, cætera ex ingenio felicissime constituit in editione Parisiensi anni 1675, recocta Moguntinæ aut potius Francofurti 1679. Post mortem Valesii cum reperta essent in ejus chartis quæ ad ejus notas sive emendandas sive augendas facerent, ea addita superioribus fuerunt in repetitione editionis Valesianæ facta ann. 1677, quam sequitur editio Amstelodamensis seu Francofurtana ann. 1695. Quæ etsi perpauca sunt, tamen nos plurimum adjuverunt propter ea quod lectiones exhibent eas quas Valesius e codice Joan. Pini duxerat, qui hodie est in bibliotheca regia Parisiensi. Hunc a Stephano atque Sirmondo jam collatum, nescio quam vere putabat Valesius; quod si factum sit, oportet hoc negotium negligenter ab utroque administratum esse; singulares enim sunt istæ lectiones Pinianæ, quarum pauca admodum in Sirmondiana editione, nulla fere in Stephaniano variarum lectionum libello, vestigia deprehendi. Quanquam omnino doleo non universam lectionis varietatem ex hoc aliisque libris vel a Valesio vel a cæteris repetitam esse; sed hoc commune vitium est superiorum temporum, de quo nolo justas magnorum virorum querelas repetere, satis est admonuisse lectores, ne, ubi paucos viderint nobis commemoratos codices aliquam præ se ferre lectionem, eam statim paucorum putent, qui error multis, etiam doctis viris, obsuit.

Omnis hæc editio veterum historicorum Valesii elegantissime repetita fuit a Guiljelmo Readingio, Britanno, Cantabrigiæ 1720 tribus tomis maximi moduli, attamen cum aliqua nova dote. Non quo ego magni faciam variorum notas quæ ibi ad Valesianas accessere, leves enim sunt pleræque nec cum Valesianarum observationum dignitate comparandæ; sed ut commodior hæc est editio propter ea quod notæ fuerint subjectæ textui, sic ad Theodoretī Historiam, p. 625, adjecit Readingius tabulam variarum lectionum e codice, qui quondam Merici Casauboni, post Joannis Jonesii fuit. Quanquam pauca sunt admodum omninoque, ut vidi, consentientes cum iis quæ Christophorsono et Scaligero in editione Genevensi tribuuntur. Postremo vix attinet commemorare editionem eam quæ Augustæ Taurinorum 1748 prodiiit; namque est mera repetitio Britannicæ, quam ita sequitur, ut ne discrepantes quidem lectiones, quas Readingius ad calcem editionis sue ediderat locis suis illatæ vel Valesii

notæ errore quodam in illis variorum positæ Valesio redditæ fuerint, quanquam errorem ipse Readingius prodiderat; ut nihil dicam Taurinensem litterarum formis et vitiis operarum Britannica longe deteriorem esse.

Ex his igitur libris per typographos editis universam varietatis silvam adhibuimus, non negligentes eam, quam Eusebius, Athanasius, Hilarius, Epiphanius, Socrates, Sozomenus, Nicephorus, itemque scriptor Historiæ tripartitæ offerebant in locis iis, ubi vel excerpta e Theodoro dederant, vel scripta publica a nostro quoque promulgata. Quanquam in his hunc tenuimus modum, ut, quoniam Theodoretum exprimere volebamus et scripta publica talia, qualia is suæ historiæ immiscuerat, eas fere lectiones prætermitteremus, quibus Theodoretum exemplum videbatur a cæteris discrepasset. Usi sumus etiam emendationibus, quas Joach. Camerarius tentaverat ad marginem interpretationis Latine Historiæ Theodoretum quæ Basileæ 1536 atque etiam alibi edita fuit. Sed præter quam in notis ad textum constituendum pertinentibus, parci fuimus in cæteris, ne voluminis molem nostra culpa auferemus, omninoque omne studium ad Scripturæ integritatem et paucos in primis obscuros locos retulimus. In quibus hoc unum licebit addere: subdubitare nos ad *Hist. Eccl.* lib. iv, c. 9, not. 40, sitne ibi nostræ præferenda conjectura Cotelerii (*Not. ad Eccl. Græc. Monum.* t. 1, p. 719), qui omnem loci mendosi obscuritatem natam putat ex archetypo epistolæ synodice Latino, in quo scriptum fuerit: *Si quidem fuerint ex episcopis qui in fide visi sunt sani*, pro quo Græcus interpres male legerit: *in fide visi*.

In *Philotheo* seu religiosa historia Theodoretum nihil adjuvamenti habuimus a scriptis editisve libris; nam illa varietas editionis Hervetianæ quæ istam historiam de Græco Latinam reddidit Paris. 1556 quaternis, vix digna est cujus mentionem faciamus. Sed ei adjunximus cum Herveto *Orationem* Theodoretum *de charitate* a Sirmondo in quartum tomum rejecta, cum veluti epilogus sit religiosæ historiæ. Epistolas tamen, quas tertium Sirmondi volumen complectebatur, satius duximus quinto tomo servare propterea quod et alias tomus is, quem edidimus, videbatur amplitudine sua, ut ille quintus parvitate, modum excedere, et sperabamus fore ut nancisceremur aliquot alias Theodoretum epistolas, quibus hæc nostra editio locupletari quodam modo posset.

Omnino textum Theodoretum e recensione Sirmondiana expressimus, nisi in locis iis, quæ vel ineptam lectionem haberent vel talem, quam reclamantibus libris universis Sirmondus intulerat. Nihil quidem ipsi sine libris emendare ausi sumus præter quam in paucis locis quæ manifesto vitio laborare videbantur. Sed ubicunque tamen, quod quaque de causa discesserimus a Sirmondo, lectores admonuimus. Denique, cum in Historia Theodoretum ecclesiastica quæque fere editio aliam partiendi rationem sequeretur, servata quidem Sirmondiana ad marginem curavimus notari eam in capita divisionem quæ in cæteris editionibus obtinebat, ut quæ secundum illas citata occurrant, facilius etiam in nostra reperiantur.

Cæterum, ut maxima laus debetur curatoribus bibliopolii orphanotropei nostri, qui tantis sumptibus et incredibili diligentia operam dederunt ut quam emendatissime amplissimeque excuderentur tam vastæ Theodoretum Opera, tempore eo quo fere studia Græcarum litterarum, in primisque sanctorum Patrum, frigere, certe rarissimi esse harum rerum emptores videntur: ita spero fore ut harum litterarum amantes et studiosi viri vel commendatione sua honestissimum istud institutum adjuvent, Deumque O. M. rogo ut quicumque his libris Theodoretum usi fuerint, eos quam plurimos eorum fructus ad doctrinam pietatemque alendam atque augendam capere jubeat.

Scripsi Halis die 27 Aprilis ann. 1771.

COROLLARIUM.

Cum ad eam partem scholiorum Theodoretum in Epistolas Paulinas pervenissem, ubi mentio facta erat loci I Cor. iii, 13, de igne omnia spectaturo, alteriusque Galat. ii, qui Pauli cum Petro disceptationem complectitur, atque observassem interpretationem hujus e Theodoretum commentariis excidisse, contra in illo interpretando esse qui dicerent Theodoretum quamdam quasi significationem ignis, quem purgatorium appellant, reperisse: sperabam me interea, dum commentarius iste typographi formis

exscriberetur, aliquid reperiturum, unde ratio et causæ hujus sive additionis sive detractiois certius intelligerentur. In quo etsi me spes fefellit, dabo tamen quæ nisi ad eam rem illustrandam admodum faciant, certe excitare alios ad meliora quærenda possint.

Vetus est, quanquam a Latinis Græcis reddita, querela Græcorum: adulteratam esse per Latinos Patrum Græcorum auctoritatem, collegitque talia querelarum plena loca Leo Allatius *De Eccles. Occid. et Oriental. perpetua consensione*, lib. III, c. 1, § 5. Ut unius Theodoretici causam persequare, nullo modo credibile est locum in Epistola ad Galatas ab eo sine interpretatione aliqua prætermissum, cum haud dubie habuerit locum in libris suis et sæpe alibi istius verba protulerit, neque vel is sit quasi ignobilis locus ad quem nihil commode dici possit, vel ita negligens Theodoretus et ipsa textus non illustrati verba prætermittat. Tres sunt omnino codices commentariorum Theodoretici in Pauli Epistolas ad hoc usque tempus accurate collati. Unus is, quem Hervetus in interpretatione sua secutus est, acceptum, ut ait, a Marcello Cervino, cardinali Sanctæ Crucis, qui post, assumpto Marcelli secundi nomine, tanquam pontifex Ecclesiam Romanam rexit. Quem cum satis constet eo tempore bibliothecæ Vaticanæ præfectum fuisse, multisque eam libris, maxime Græcis, locupletasse, usum in primis opera Guilielmi Sirleti, quem et ipse Hervetus in Præfatione tanquam de loci I Cor. III varietate adinonentem commemorat, cumque Hervetus (epistol. dedicat. interpretationis commentar. Chrysostomi in Psalmos) profiteatur se per M. Cervinum codicem Chrysostomi e Ferrariensi Dominicanorum et Cæsenatensi Franciscanorum bibliothecis descriptum habuisse: probabilis suspicio est Theodoretici commentarios, quos Hervetus habebat, fuisse e codice Italico ductos, de cujus generis libris deinde dicam. Tum Sirmondus, cum primus Theodoretici scholia Græca ederet, non quidem dicit quo sit codice usus, sed cum, de professione sua (Præf. ad tom. I Opp. Theodoretici), in primis codices bibliothecæ regiæ Parisiensis consuluerit, vix eum dubitari potest librum scriptum adhibuisse qui unus superest in illa bibliotheca, quemque Rich. Simon (Hist. crit. commentat. in N. T. 323) novitium dicit eumque chartaceum, factum de alio in Italia. Et vero etiam Petrus Allixius (in notis ad *Nectarii confutat. imperii Papæ in Ecclesiam*, p. 419) se expendisse, inquit, illum codicem quem secutus sit Sirmondus in omittendo loco Pauli de sua cum Petro controversia, qui descriptus sit, ut fallatur, ex antiquo codice Florentino in quo tota hæc *περιοχή* erasa fuerit. Nostrum vero eumque Bavaricum codicem in quo, loco eo unde exciderant scholia Theodoretici, vacuum erat relictum spatium, (in Præfat.) demonstravimus novitium esse, ut satis appareat valde suspectos esse istos codices de loco a librariis recentioribus consulto prætermisso.

Jam de altero illo ad I Cor. III, nullus adhuc repertus est liber qui Theodoretum ibi tanquam de igne purgatorio loquentem induceret, præter breve istud scholium in Gagnæi commentariis, itemque Thomæ Aquinatis testimonium, quod utrumque ad illum locum commemoravimus. Sed primum repugnant codices, de quibus constat, omnes, nec illi de tali omissione suspecti, cum locus, si vere Theodoretici esset, favisset Græcorum Latinizantium doctrinæ; porro Thomas longe aliter loquentem facit Theodoretum quam scholium quod repererat Gagnæus, denique Thomam, nisi ipse fefellerit alios ista auctoritate commentitia, quod ab isto quidem alienissimum puto, tamen ab aliis deceptum fuisse persuadent alia testimonia Patrum, veluti Cyrilli, quæ ille in defendendis Romanæ Ecclesiæ decretis alibi libris suis inspersit, falsitatis docte et copiose convicta per Joan. Launoium, epistolarum libro I, epist. 1-3. Barlaamius quidem, aut quicumque sit auctor libri *Περί τοῦ καθυμνητικοῦ πνεύματος* quem Salmasius edidit in appendice ad libros *De primatu Papæ*, p. 81, de illa a Romanis jactata auctoritate Theodoretici clare dicit: Πολλῶν ἑστών τοῦ ἐκείνου παρ' ἡμῖν συγγραμμάτων, ἐν οὐδενὶ φαίνεται πώποτε εἰρηκώς.

Quamobrem neque hic locus tribui, neque ille ad Galatas detrahi debebat Theodoro nostro; sed difficilium est dicere, unde talis corruptio exstiterit aut a quo fuerit suscepta. Nos quidem eo ducit conjectura nostra, ut existimemus utramque factam esse a librariis Græculis in Italia Romanæ Ecclesiæ addictis, id quod etiam Rich. Simoni videbatur (l. c. p. 323, 24 et in *Critica bibliothecæ Pinii* tom. I, p. 170-71) qui, magnum, recte monet, discrimen esse codicum qui de Oriente afferuntur eorumque qui in bibliothecis Græcis Italiæ exstant; unde factum sit ut Gretserus, qui plures libros Græcos a se in regno Neapolitano repertos descripserat, accusatus fuerit tanquam qui libros vitiasset. Cujus generis scholia multa in codicibus reperiuntur Catenarum, etiam ad doctrinam Ecclesiæ Romanæ pertinentia; quale, ut hoc utar, fuit illud Theophylacti, quo usus erat Philippus Melancthon in *Apo. log.*

A. Conf. art. x, quod postea expunxit in editione *Apologiæ* Latina, facta Witebergæ octonis. Cujus rei sic reddit rationem (in *Epist. ad Joan. Cratonem, Consiliorum Latt. t. II, p. 385*) : *In Theophylacto OEccolampadius bona fide reddidit verba περί μεταρτοιχώσεως, quæ invenit in suo codice. Tota illa sententia deest in nostro codice. Ita veteribus libris insertæ sunt corruptelæ!* et quæ ibi similia habet: eadem fere repetit in *Epistolis ad Hardenbergium* a Pezelio editis *plag. E.*

Compendia Scripturæ quibus in codicibus citandis usi sumus, de quibus cæterisque libris, unde varietas lectionis ducta est, præfatio nostra copiosius narrat.

In *Epistolis Paulinis A. Augustanum, B. Bavaricum* indicat.

In *Historia Theodoretæ Ecclesiast.*

Allat. est codex Allatii, cujus excerpta ad 1 et 11 librum Valesius habebat.

Bas. Gr. Prima est editio Græca Basileensis a. 1536.

Bas. Lat. Editio *Hist. tripartitæ Basileæ* facta, cui interspersit Beatus Rhenanus Græcas epistolas synodorum e Theodoretæ *H. E.*

Casaub. Codex Merici Casauboni cujus lectt. in editione *Hist. Eccl. Britannica.*

Christoph. Lectiones sunt Christophorsoni ex edit. *Genevensium.*

Savil. Codex Savilii quo usus est Valesius.

Scal. Lectiones Jos. Scaligeri, ex editione *Genevensium.*

Steph. seu Steph. I. Textus editionis *Stephanicæ.*

Steph. II. Lectiones in libello ad calcem edit. *Stephanicæ.*

Cætera facile intelliguntur.



Paginæ editionis Sirmondianæ et nostræ juxta hunc indicem
sibi respondent.

Not. Ubi Sic apponitur, latet error in paginis Editionis Sirmondianæ.

Ed. Sirm. Tom. III. Pag.	Ed. nov. Tom. III. 1 Pag.	Ed. Sirm. Tom. III. 1 Pag.	Ed. uov. Tom. III. 79 Pag.	Ed. Sirm. Tom. III. 106 Pag.	Ed. nov. Tom. III. 157 Pag.	Ed. Sirm. Tom. III. 157 Pag.	Ed. nov. Tom. III. 215 Pag.
—	2	2	80	—	158	—	214
—	3	3	81	—	159	—	215
—	4	5	82	—	160	—	217
—	5	6	83	—	161	—	218
—	6	7	84	—	162	—	219
—	7	9	85	—	165	—	221
—	8	10	86	—	164	—	222
—	9	11	87	—	165	—	223
—	10	12	88	—	166	—	225
—	11	14	89	—	167	—	226
—	12	16	90	—	168	—	227
—	13	17	91	—	169	—	229
—	14	18	92	—	170	—	230
—	15	20	93	—	171	—	231
—	16	21	94	—	172	—	233
—	17	23	95	—	173	—	234
—	18	24	96	—	174	—	235
—	19	25	97	—	175	—	237
—	20	27	98	—	176	—	238
—	21	28	99	—	177	—	239
—	22	29	100	—	178	—	241
—	23	30	101	—	179	—	242
—	24	32	102	—	180	—	243
—	25	33	103	—	181	—	245
—	26	34	104	—	182	—	247
—	27	36	105	—	183	—	248
—	28	37	106	—	184	—	249
—	29	39	107	—	185	—	251
—	30	40	108	—	186	—	252
—	31	41	109	—	187	—	253
—	32	43	110	—	188	—	255
—	33	44	111	—	189	—	256
—	34	45	112	—	190	—	257
—	35	47	113	—	191	—	259
—	36	48	114	—	192	—	260
—	37	49	115	—	193	—	261
—	38	51	116	—	194	—	263
—	39	52	117	—	195	—	264
—	40	53	118	—	196	—	265
—	41	55	119	—	197	—	267
—	42	56	120	—	198	—	268
—	43	57	121	—	199	—	269
—	44	59	122	—	200	—	271
—	45	60	123	—	201	—	272
—	46	61	124	—	202	—	274
—	47	63	125	—	203	—	275
—	48	64	126	—	204	—	276
—	49	65	127	—	205	—	277
—	50	67	128	—	206	—	279
—	51	68	129	—	207	—	280
—	52	69	130	—	208	—	281
—	53	70	131	—	209	—	283
—	54	72	132	—	210	—	284
—	55	73	133	—	211	—	286
—	56	74	134	—	212	—	288
—	57	76	135	—	213	—	289
—	58	77	136	—	214	—	291
—	59	78	137	—	215	—	292
—	60	80	138	—	216	—	293
—	61	81	139	—	217	—	295
—	62	82	140	—	218	—	296
—	63	84	141	—	219	—	297
—	64	85	142	—	220	—	299
—	65	87	143	—	221	—	300
—	66	88	144	—	222	—	303
—	67	90	145	—	223	—	303
—	68	91	146	—	224	—	304
—	69	93	147	—	225	—	306
—	70	94	148	—	226	—	307
—	71	96	149	—	227	—	309
—	72	97	150	—	228	—	310
—	73	98	151	—	229	—	311
—	74	100	152	—	230	—	313
—	75	101	153	—	231	—	314
—	76	102	154	—	232	—	315
—	77	104	155	—	233	—	317
—	78	105	156	—	234	—	318

Ed. Sirm. Tom. III. Pag.	Ed. nov. Tom. III. Pag.	Ed. Sirm. Tom. III. Pag.	Ed. nov. Tom. III. Pag.	Ed. Sirm. Tom. III. Pag.	Ed. nov. Tom. IV. Pag.
235	519	522	443	409	563
236	521	523	444	410	565
237	522	524	446	411	566
238	524	525	447	412	568
239	525	526	448	413	569
240	526	527	450	414	570
241	528	528	451	415	572
242	529	529	453	416	573
243	531	530	454	417	575
244	532	531	455	418	576
245	533	532	457	419	577
246	535	533	458	420	579
247	536	534	459	421	580
248	538	535	461	422	582
249	539	536	462	423	583
250	540	537	464	424	584
251	541	538	465	425	586
252	545	539	467	426	587
253	544	540	468	427	588
254	545	541	469	428	590
255	547	542	471	429	591
256	548	543	472	430	592
257	549	544	473	431	594
258	551	545	475	432	595
259	552	546	476	433	596
260	553	547	477	434	598
261	555	548	479	435	599
262	556	549	480	436	600
263	558	550	482	437	602
264	560	551	483	438	603
265	561	552	485	439	604
266	563	553	486	440	606
267	564	554	487	441	607
268	565	555	489	442	608
269	567	556	490	443	610
270	568	557	492	444	611
271	570	558	493	445	613
272	572	559	494	446	614
273	573	560	496	447	615
274	575	561	497	448	617
275	576	562	499	449	618
276	577	563	500	450	619
277	579	564	501	451	621
278	580	565	505	452	622
279	582	566	504	453	624
280	583	567	505	454	625
281	585	568	507	455	626
282	586	569	508	456	628
283	587	570	509	457	629
284	589	571	511	458	630
285	590	572	512	459	632
286	592	573	514	460	633
287	593	574	515	461	634
288	594	575	516	462	636
289	596	576	518	463	637
290	598	577	519	464	639
291	599	578	521	465	640
292	401	579	522	466	641
293	402	580	523	467	642
294	405	581	525	468	644
295	403	582	526	469	645
296	406	583	528	470	646
297	408	584	529	471	648
298	409	585	530	472	649
299	410	586	532	473	651
300	412	587	533	474	652
301	413	588	535	475	655
302	415	589	536	476	653
303	416	590	538	477	656
304	418	591	539	478	657
305	419	592	540	479	659
306	421	593	541	480	660
307	422	594	542	481	661
308	425	595	544	482	662
309	423	596	545	483	664
310	426	597	546	484	665
311	428	598	548	485	666
312	429	599	549	486	668
313	430	400	551	487	669
314	432	401	552	488	670
315	433	402	553	489	671
316	434	403	555	490	673
317	436	404	556	491	675
318	437	405	558	492	676
319	439	406	559	493	677
320	440	407	561	494	678
321	441	408	562	495	680

Rd. Sirm. Tom. III. Pag.	Ed. nov. Tom. III. Pag.	Rd. Sirm. Tom. III. Pag.	Ed. nov. Tom. III. Pag.	Rd. Sirm. Tom. III. Pag.	Ed. nov. Tom. III. Pag.
496	681	584	825	670	964
497	682	585	826	671	965
498	684	586	828	672	967
499	685	587	829	673	968
500	686	588	851	676	970
501	688	589	832	677	972
502	689	590	834	678	973
503	691	591	856	679	975
504	692	592	837	680	976
505	693	593	839	681	978
506	695	594	841	682	979
507	697	595	843	683	981
Διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν, καὶ τοὺς προφῆτας ἅπαντας ἤρμηνεύσαμεν, καὶ τὸ Ψαλτήριον, καὶ τὸν Ἀπόστολον.

Per Dei gratiam, et prophetas omnes interpret sumus et Psalterium, et Apostolum.

Ex epistola 113 ad Leonem papam.

Ἐρμηνεύται μοι διὰ τὴν θεῖαν χάριν καὶ τὰ ἀποστολικὰ συγγράμματα, καὶ τὰ προφητικὰ θεσπίσματα.

Exposita sunt a me per divinam gratiam tum apostolica scripta, tum prophetica oracula.

Meminit et Nicephorus lib. XIV Historiæ ecclesiasticæ, cap. LIV.

Series et ordo Epistolarum B. Pauli prout a Theodoro exponuntur.

Præfatio communis in omnes Epistolas.	pag. 1
Interpretatio Epistolæ ad Romanos.	11
Interpretatio Epistolæ ad Corinthios primæ.	163
Interpretatio Epistolæ ad Corinthios secundæ.	287
Interpretatio Epistolæ ad Galatas.	358
Interpretatio Epistolæ ad Ephesios.	398
Interpretatio Epistolæ ad Philippenses.	442
Interpretatio Epistolæ ad Colossenses.	471
Interpretatio Epistolæ ad Thessalonicenses primæ.	502
Interpretatio Epistolæ ad Thessalonicenses secundæ.	527
Interpretatio Epistolæ ad Hebræos.	541
Interpretatio Epistolæ ad Timotheum primæ.	638
Interpretatio Epistolæ ad Timotheum secundæ.	675
Interpretatio Epistolæ ad Titum.	698
Interpretatio Epistolæ ad Philemonem.	711

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΤΩΝ ΙΔ' ΕΠΙΣΤΟΛΩΝ

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ ΠΑΥΛΟΥ.

B. THEODORETI

EPISCOPI CYRENSIS

INTERPRETATIO XIV EPISTOLARUM

SANCTI PAULI APOSTOLI

A Gentiano Hervelo Aurelio Latine versa.

1 ΠΡÆFATIO.

Scio quidem fore ut, dum divini Pauli doctrinam interpretari conor, maledicorum linguas non effugiam : qui me forte arrogantiae ac temeritatis accusabunt, quod post hunc et illum, qui 2 totius orbis sunt lumina, studeam apostolicam interpretationem aggredi. Aggrediar tamen, non meis viribus fretus, sed divinam orans gratiam, ut apostolicæ sapientiæ profunditatem ostendat, et litteræ velamenta aperiat, ut iis qui illius participes esse volunt, paratum lucrum offeram. Eos autem qui alienos labores reprehendere non dubitant, adhortor ut divinam Scripturam perfecte ediscant. Multa enim ejusmodi exempla inveniunt. Et enim 3, Eldad et Modad suffragium quidem humanum non sunt assecuti, nec in septuaginta judicum numerum relati, sed magnus Moyses illos cum reliqua populi multitudine reliquit : at divina tamen gratia affecti, et donum propheticum adepti sunt. Samueli quoque prophetæ, cum esset adhuc adolescentulus, ne postremum quidem ministerium a sacerdotibus obire permissum est : immatura enim ætas eum a munere obeundo arcebat. Tamen 4 ut ei Deus appareret assecutus est, divinæque visionis fructum percepit, et Domini Dei vocem auribus accepit, cum quid Deus esset nondum didicisset. Quin etiam Elias, qui omnino se solum esse re-

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ.

Α Οίδα μὲν, ὡς οὐ διαφεύξομαι τῶν μεμψιμοιρῶν τὰς γλώττας, τὴν τοῦ θεοῦ Παύλου διδασκαλίαν ἑρμηνεύσαι περιώμενος· ἀλλ' αὐθαδείας με τυχόν καὶ θρασύτητος γράβονται, μετὰ τὸν δαίνα καὶ τὸν δαίνα, τοὺς τῆς οἰκουμένης φωστῆρας, τῆς ἀποστολικῆς ἑρμηνείας κατατολμῶντα. Ἐπιχειρήσω ἐξ ὁμῶς, οὐκ ἐμαυτῷ θαρρῶν, ἀλλὰ τὴν θεῖαν χάριν ἀντιβολῶν, τῆς ἀποστολικῆς σοφίας ἐπιδείξαι τὸ βάθος, καὶ τῶν τοῦ γράμματος προκαλουμάτων ἐπιγυμνῶσαι, ἵνα τοῖς μεταλαχεῖν βουλομένοις πρόχειρον προσενέγκω τὸ κέρδος. Παρακαλῶ δὲ τοὺς τοῖς ἀλλοτρίοις ἐπιμέμψεσθαι πόνοις ἀνεχομένους, τὴν θεῖαν Γραφὴν καταμαθεῖν ἀκριβῶς. Πολλὰ γὰρ τοιαῦτα εὗρησονται παραδείγματα. Καὶ γὰρ Ἐλδὰδ, καὶ Μωδὰδ, ψήφου μὲν ἀνθρωπίνης οὐκ ἔτυχον, οὐδὲ τοῖς ἐδόδομῆκοντα συνηριθμῆθησαν δικαστοῖς· ἀλλὰ καὶ Μωσῆς αὐτοὺς ὁ μέγας σὺν τοῖς πολλοῖς καταλέλοιπε· θείας δὲ ὁμῶς ἔξυμύθησαν χάριτος, καὶ προφητικῆς ἀπήλασαν δωρεῆς. Καὶ Σαμουὴλ ὁ προφήτης, ἐπὶ μειρακίῳ ἄν, παρὰ μὲν τῶν ἱερέων οὐδὲ τῆς ἐσχάτης λειτουργίας μεταλαχεῖν ἐπετρέπη· τὸ γὰρ ἄωρον τῆς ἡλικίας τὴν λειτουργίαν ἐκόλυσε· θεοφανείας δὲ ὁμῶς τετύχηκε, καὶ θείας ὀπτασίας ἀπήλαυσε. καὶ τοῦ Δεσπότου Θεοῦ τὴν φωνὴν εἰσεδέξατο τοῖς ὦσιν, τί Θεὸς οὐδέπω μεμαθηκώς. Καὶ μέντοι καὶ Ἰλίας ὁ πάνυ μόνος ὑπετόπαξεν ὕπολελειφθεῖν

• Num. xi, 26 seq. 6 I Reg. iii, seq.

VARIÆ LECTIONES.

1 Bavar. μετρακύλλιον. 2 B ἄπραξεν.

προφήτης ἄλλ' ἤκουσεν ὡς ἦσαν ἑπτακισχίλιοι τῆς A περὶ τὰ εἰδῶλα πλάνης ἀπηλλαγμένοι, καὶ τῷ Θεῷ τὸ προσήκον προσφέρουτες σέβας. Καὶ μυρία δὲ τοιαῦτα ἂν εὔρειν πρὸς τῇ θεῇ Γραφῇ διηγήματα. Οὐδὲν τοίνυν ἀπεικός, οἶδόν τινας κώνωπας καὶ ἡμᾶς σὺν ταῖς μάλισταις ἐκείναις τοὺς ἀποστολικούς περιδομῆσαι λειμώνας. Κύριος γὰρ πτωχίζει καὶ πλουτίζει, ταπεινοὶ καὶ ἀνυψοί, ἀνιστᾷ ἀπὸ γῆς πένητα, καὶ ἀπὸ κοπρίας ἐγείρει πτωχὸν, τοῦ καθίσει αὐτὸν μετὰ δυναστῶν λαοῦ, καὶ θρόνου δόξης· καὶ Κύριος σοφίζει τυφλοὺς, καὶ ἀποστρέφει φρονίμους εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ τὴν βουλὴν αὐτῶν μωραίνει. Οὐ δὴ χάριν, τῆς ἀκτίνοιο τοῦ νοεροῦ φωτὸς ἀντιβολήσας τυχεῖν, τῆς ἐρμηνείας καταθαρσύνω, καὶ τὰς ἀφρομᾶς ἐκ τῶν μακαρίων συλλέξω πατέρων. Συντομίας δὲ ὅτι μάλιστα φρονιῶ. Οἶδα γὰρ τὴν βραχυλογίαν καὶ τοὺς βίβλων συζῶντας προτρέπουσαν εἰς ἀνάγκησαν. Πρῶτον δὲ γὰρ τὴν κατὰ τὸν χρόνον τάξιν τῶν ἀποστολικῶν ἐπιστολῶν ἐπιδειξάμι περὶ ἑαυτοῦ.

Τὰς τέσσαρας μὲν καὶ δέκα ἐπιστολάς ὁ μακάριος γέγραφε Παῦλος· τὴν δὲ τάξιν, ἣν ἐν τοῖς βιβλίοις ἔχουσιν, οὐκ αὐτὸν ἠγαῦμαι πεποιθῆναι· ἄλλ' ὡς περ τοὺς ἱεροὺς Ψαλμοὺς συνέγραψε μὲν ὁ θεὸς Δαβὶδ, τοῦ παναγίου Πνεύματος δεξάμενος τὴν ἐνέργειαν, συνῆρμοςαν δὲ τούτους ἀλλήλοις ἄλλοι τινὲς ὡς ἠβουλήθησαν ὕστερον· καὶ τὴν μὲν πνευματικὴν ἐκπέμπουσιν εὐωδίαν, τὴν ἀπὸ τοῦ χρόνου δὲ τάξιν οὐκ ἔχουσιν· οὕτω καὶ τὰς ἀποστολικὰς ταύτας ἐπιστολάς συγκαίμενας ἔστιν εὔρειν. Ἡ γὰρ τοι πρὸς C Ῥωμαίους πρὸς τοῦ θεοτάτου Παύλου γραφεῖσα, τὴν μὲν πρώτην ἔλαχε τάξιν, ἐγράφη δὲ πασῶν ἐσχάτη τῶν ἐκ τῆς Ἀσίας, καὶ Μακεδονίας, καὶ Ἀχαΐας ἑκπεμφθειῶν. Πρώτην γὰρ δὴ γεγράφθαι νομίζω τὴν πρὸς Θεσσαλονικίας τὴν προτέραν· ταύτην γὰρ εἰς Ἀθηνῶν ἀπέστειλαν ὁ θεὸς· Ἀπόστολος, ὡς πρὸς αὐτοὺς γράφων ἐδίδαξεν. Ἐν γὰρ τῷ μέσῳ τῆς ἐπιστολῆς οὕτω φησὶ· « Διὸ μὴ στέγοντες εὐδοκῆσαμεν καταλειθῆναι ἐν Ἀθήναις μόνοι, καὶ ἐπέμψαμεν Τιμόθεον τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν, καὶ πιστὸν διάκονον τοῦ Θεοῦ, καὶ συνεργὸν ἡμῶν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ, εἰς τὸ στηρίξαι ὑμᾶς, καὶ παρακαλέσαι ὑπὲρ τῆς πίστεως ὑμῶν. » Σμικροῦ δὲ πάλιν χρόνου διελθόντος, τοῖς αὐτοῖς τὴν δευτέραν ἐπέστειλε. Διδραχόμεθα δὲ πρὸς τῆς ἱστορίας τῶν Πράξεων, D ὡς τὰς Ἀθήνας καταλιπὼν ὁ θεοσπέσιος Παῦλος κατέλαβε μὲν τὴν Κόρινθον, πλείστον δὲ ἐκεῖ διέτριψε χρόνον. Μετὰ ταύτας ἠγαῦμαι γραφῆναι τὴν πρὸς Κορινθίους προτέραν. Ἐν δὲ γὰρ τῇ Ἐφέσῳ τὴν κατὰ διατριβὴν ταύτην ἐπέστειλε· καὶ τοῦτο αὐτὸς πεποίηκε φανερόν. Περὶ γὰρ τοι τὸ τέλος τῆς ἐπιστολῆς φησιν· « Ἐπιμενὼν δὲ ἐν Ἐφέσῳ ἕως τῆς Πεντηχοστής. Θύρα γὰρ μοι ἀνεῳγε μεγάλη καὶ ἐνεργής, καὶ οἱ ἀντικείμενοι πολλοί. » Εἰς δὲ τὴν Ἐφέσον

licitum prophetam existimabat, audivit relicta esse septem millia a cultus idolorum errore aliena, et quæ Deo quem par est cultum exhibebant. Innumerabilia autem ejusmodi, quæ in Scripturis narrantur, possunt inveniri. Non est ergo alienum, ut nos quoque velut quidam culices, una cum illis apibus per prata apostolica resonemus. Dominus enim pauperes et divites efficit, humiliat et exaltat, e terra inopem excitat, et e stercore mendicorum erigit, 3 ut sedere eum faciat cum principibus populi, et throno gloriae. Et Dominus cæcos illuminat, et sapientes retrorsum convertit, et eorum consilium stultum reddit d. Quamobrem ut intelligentis lucis radium assequar precatus, interpretationem aggredi audebo : et ex beatis Patribus ea, quæ ad id conferent, colligam. Brevitatis autem in primis curam geram. Scio enim brevitatem eos etiam, qui signiores sunt, ad legendum adhortari. Ac primum quidem apostolicarum epistolarum temporis ordinem conabor ostendere.

Quatuordecim quidem Epistolas scripsit beatus Paulus : ordinem autem, quem in libris obtinent, minime ab eo institutum existimo. Sed quemadmodum sacros quidem Psalmos divinus David suscepta sancti Spiritus operatione conscripsit, eos autem quidam alii postea, ut voluerunt, inter se concinnarunt : et spiritualem quidem bonum odorem emittunt, sed temporis ordinem non habent : ita etiam has epistolas apostolicas : fuisse compositas deprehendere licet. Quæ enim a divinissimo Paulo ad Romanos scripta est Epistola, primum quidem locum sortita est ; ultima autem omnium scripta est earum, quæ ex Asia, et Macedonia, et Achaia missæ sunt. Primam enim scriptam esse existimo priorem ad Thessalonicenses. Hanc enim misit Athenis divinus Apostolus, ut ad eos scribens docuit. In medio enim epistolæ sic dicit : « Propter quod non sustinentes amplius, placuit nobis remanere Athenis solis : et misimus Timotheum fratrem nostrum, et fidelem ministrum Dei, et cooperatorem nostrum in Evangelio 4 Christi, ad confirmandos vos, et exhortandos pro fide vestra e. » Rursus autem, cum non multum temporis præterisset, iisdem scripsit secundam. Ab Actuum autem historia docemur quod divinus Paulus, relictis Athenis, Corinthum venerit, ibique plurimo tempore versatus sit. Post has autem, scriptam esse existimo priorem ad Corinthios. Eam autem scripsit, cum Ephesi tunc temporis ageret. Et hoc ipse declaravit. Dicit enim circa finem Epistolæ : « Permanebo autem Ephesi usque ad Pentecosten. Ostium enim mihi apertum est magnum et efficax, et adversarii multi f. » Venit autem Ephesum, postquam prædicasset Ma-

• III Reg. xix, 48. d Psal. cxliii, 7. ; I Reg. ii, 8. • I Thess. iii, 1, 2. f I Cor. xvi, 8, 9.

VARIE LECTIONES.

• B ἐπέστειλεν.

cedonibus, et Atheniensibus, et Corinthiis, ut docet historia Actuum apostolorum. Secundam quoque ad Corinthios post eam scriptam esse existimo. Cum enim, ut erat pollicitus, ad eos veniret, et aliquantum temporis in Macedonia duceret, illinc scripsit. Et hoc rursus in eadem epistola declaravit. Cum enim quas in Asia et in Troade subiisset afflictiones narrasset, pergens in medio dicit : « Nam et cum venissemus in Macedoniam, nullam quietem habuit caro nostra : sed omnem tribulationem passi sumus. Foris pugnae, intus timores. Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos in adventu Titi. Non solum autem in praesentia ipsius, sed etiam in consolatione, qua consolatus est in vobis ⁶. » Et rursus : « Notam autem vobis facimus fratres gratiam Dei datam Ecclesiis Macedoniae. » Et rursus : « Ne cum venerint mecum Macedones ^h. » Quintam scriptam esse existimo priorem ad Timotheum. Post **5** prooemium enim dicit : « Sicut rogavite ut remaneres Ephesi cum irem in Macedoniam ⁱ. » Docet autem nos etiam Actuum historia, quod quando primum venit in Macedoniam, nondum quidem Ephesum venerat. « Prohibiti enim, inquit, fuerant a Spiritu loqui verbum in Asia ^j. » Aderat autem una cum eo etiam Timotheus. Quod aperte quoque docet Actuum historia. Nam cum Judaei ex Thessalonica Berrhaeam venissent, et multitudinem ad seditionem concitassent, divinus quidem Apostolus Athenas navigavit : « Manserunt autem, inquit, Silas et Timotheus illic ^k. » Et rursus, cum ea, quae Corinthi acta sunt, scriptor narraret, et doceret quomodo divinus Apostolus in synagoga in omni Sabbato docuerit, et quod Judaeis et Graecis persuaserit, subjunxit : « Postquam autem venerunt ex Macedonia Silas et Timotheus, instabat verbo Paulus, testificans Judaeis, Jesum esse Christum ^l. » Clarum est ergo quod, quando secundo ex Epheso venit beatus Paulus in Macedoniam, tunc illuc optimum Timotheum reliquit, ut eorum curam gereret, qui salutarem praedicationem susceperant. Post hanc, eam esse scriptam existimo, quae ad Titum missa est. Cum enim in illis adhuc locis Paulus ageret, jussit Tito ut ad se veniret. Sic autem dicit : « Cum misero ad te Artemam, vel Tychicum, festina ad me venire Nicopolim; ibi enim statui hiemare ^m. » Dicunt autem Nicopolim esse urbem Thraciae, Macedoniae propinquam. Septimam misit ad Romanos. Post illas enim omnes se hanc **6** scripsisse docet. Sic autem dicit : « Nunc igitur profiteor in Jerusalem ministrare sanctis. Probaverunt enim Macedonia et Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctos qui sunt in Jerusalem ⁿ. » De his autem

μετὰ τὸ κηρῶσαι Μακεδόσι, καὶ Ἀθηναίοις, καὶ Κορινθίοις, ἀφίκετο, ὡς ἡ τῶν Πράξεων ἱστορία διδάσκει. Καὶ τὴν δευτέραν δὲ πρὸς Κορινθίους μετὰ ταύτην ἠγοῦμαι γεγράφθαι. Κατὰ γὰρ δὴ τὰς ὑποσχέσεις, πρὸς αὐτοὺς ἀφικνούμενος, καὶ μικρὸν ἐν τῇ Μακεδονίᾳ χρόνον διάγων, ἐκεῖθεν ἐπέστειλε, καὶ τοῦτο πάλιν ἐν αὐτῇ τῇ ἐπιστολῇ δεδήλωκε. Τὰς γὰρ κατὰ τὴν Ἀσίαν διηγησάμενος θλίψεις, καὶ κατὰ τὴν Τρωάδα, διεξελθὼν ἐν τῷ μέσῳ φησὶ· « Καὶ γὰρ ἐλθόντων ἡμῶν εἰς Μακεδονίαν, οὐδεμίαν ἀνεῖαν ἐσχῆκεν ἡ σὰρξ ἡμῶν, ἀλλ' ἐν παντὶ θλιβόμενοι· ἐξωθεν μάχαι, ἐσωθεν φόβοι· ἀλλ' ὁ παρακαλῶν τοὺς ταπεινοὺς παρεκάλεσεν ἡμᾶς ἐν τῇ παρουσίᾳ Τίτου· οὐ μόνον δὲ ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ παρακλήσει ἣ παρακλήθηται ἐφ' ὑμῖν. » Καὶ πάλιν· « Γνωρίζομεν ⁶ δὲ ὑμῖν, ἀδελφοί, τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, τὴν δεδομένην ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Μακεδονίας. » Καὶ αὖθις· « Μήπως ἐν ἑθῶσι σὺν ἡμοῖς Μακεδόνες. » Πέμπτην ἠγοῦμαι γεγράφθαι τῶν πρὸς Τιμόθεον τὴν προτέραν. Μετὰ γὰρ δὴ τὸ προοίμιον οὕτω φησὶ· « Καθὼς παρεκάλεσά σε προσμεῖναι ἐν Ἐφέσῳ, πορευόμενος εἰς Μακεδονίαν. » Διδάσκει δὲ ἡμᾶς καὶ ἡ τῶν Πράξεων ἱστορία, ὡς ἦν ἡμεῖς τὸ πρῶτον εἰς τὴν Μακεδονίαν ἀφίκετο, οὐδέπω μὲν εἰς τὴν Ἐφεσον ἐληλύθει. « Ἐκυλύθησαν γὰρ ὑπὸ τοῦ Πνεύματος λαλῆσαι, φησὶ, τὸν λόγον ἐν τῇ Ἀσίᾳ. » Συνῆν δὲ γε αὐτῷ καὶ ὁ Τιμόθεος· καὶ τοῦτο σαφῶς καὶ ἡ τῶν Πράξεων ἱστορία διδάσκει. Τῶν γὰρ ἀπὸ Θεσσαλονίκης Ἰουδαίων εἰς τὴν Βέβροϊαν ἀφικομένων, καὶ τὸ πλῆθος ἐγεράντων εἰς στάσιν, ὁ μὲν θεὸς Ἀπόστολος εἰς τὰς Ἀθήνας ἀπέπλευσεν· « Ἐπέμεινα δὲ, φησὶν, ὁ τε Σίλας καὶ ὁ Τιμόθεος ἐκεῖ. » Καὶ πάλιν τὰ κατὰ τὴν Κόρινθον ὁ συγγραφεὺς διηγουόμενος, καὶ διδάσκων, ὅπως ὁ θεὸς Ἀπόστολος διελέγετο ἐν τῇ συναγωγῇ κατὰ πᾶν Σάββατον, καὶ οἱ ἐπεισαν Ἰουδαίους τε καὶ Ἕλληνας, ἐπήγαγεν· « Ὡς δὲ ἤλθον ἀπὸ τῆς Μακεδονίας, ὁ τε Σίλας καὶ ὁ Τιμόθεος, συνέχετο τῷ λόγῳ ὁ Παῦλος, διαμαρτυρούμενος τοῖς Ἰουδαίοις τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν. » Δῆλον τοίνυν, ὡς ἦν ἡμεῖς τὸ δεύτερον ἀπὸ τῆς Ἐφέσου παρεγίνετο εἰς τὴν Μακεδονίαν ὁ μακάριος Παῦλος, τότε τὸν πάντα ἄριστον Τιμόθεον ἐκεῖ καταλείπειν, εἰς ἐπιμέλειαν τῶν δεξαμένων τὸ σωτήριον κήρυγμα. Μετὰ ταύτην, ὑπολαμβάνω τὴν πρὸς Τίτον γεγράφθαι. Ἐν ἐκείνοις γὰρ ἔτι διάγων τοῖς μέρεσι, καταλαθεῖν αὐτὸν παραγγύησε. Λέγει δὲ οὕτως· « Ὅταν ἐπέψω Ἀρτεμῖν πρὸς σέ, ἢ Τυχικόν, σπουδασον ἐλθεῖν πρὸς με εἰς Νικόπολιν· ἐκεῖ γὰρ κέκρικα παραχειμάσαι. » Τὴν δὲ Νικόπολιν, Θρακικὴν μὲν πόλιν εἶναι φασὶ, τῇ δὲ Μακεδονίᾳ πελάζειν. Ἐβδόμην τὴν πρὸς Ῥωμαίους ἐπέστειλε. Μετὰ γὰρ δὴ ταῦτα· ἀπάσας, ταύτην αὐτὸς γεγραφέναν· διδάσκει. Λέγει δὲ οὕτως· « Νυνὶ δὲ πορεύομαι εἰς Ἱερουσαλὴμ διακονῶν τοῖς ἁγίοις· ἠυδόκησε γὰρ Μακεδονία καὶ Ἀχαΐα κοινωνίαν τινα

⁶ I Cor. viii, 1. ^h II Cor. ix, 4. ⁱ I Timoth. i, 5. ^j Act. xvi, 6. ^k Act. xvii, 14. ^l Act. xviii, 5. ^m Tit. iii, 12. ⁿ Rom. xv, 26.

VARIAE LECTIONES.

⁶ B γνωρίζω. Sic Theodoretus quoque infra ad II Cor. viii, 1.

ποιησασθαι εἰς τοὺς πτωχοὺς τῶν ἀγίων τῶν ἐν Ἰε- A
ρουσαλήμ. » Περὶ δὲ τούτων τῶν χρημάτων, καὶ ἐν
τῇ προτέρᾳ τῇ πρὸς Κορινθίους φησὶν Ἐπιστολῇ·
« Ἴνα μὴ ὅταν ἔλθω, τότε λογίαι γίνωνται· ὅταν δὲ
παραγένωμαι, οὓς ἂν δοκιμάσητε δι' ἐπιστολῶν,
τούτους πέμψω ἀπενεγκεῖν τὴν χάριν ὑμῶν εἰς Ἰε-
ρουσαλήμ· ἂν δὲ ἦ ἀξίον τοῦ κάμει πορεύεσθαι, σὺν
ἐμοὶ πορεύονται. » Μετὰ τούτων τῶν χρημάτων εἰς
Ἰερουσαλήμ ἀπαίρων, ἐν Μιλήτῳ τοῖς Ἐφεσίων ἔφη
πρὸς πάντας, ὅτι· « Οὐκέτι ἔβηθε τοῦ πρόσωπόν μου
ὑμεῖς πάντες, ἐν οἷς διήλθον κηρύσσων τὴν βασι-
λείαν τοῦ Θεοῦ. » Εὐθύς γάρ ἐν Ἱεροσολύμοις παρα-
νόμων γραφεὶς, καὶ τὸν μέγιστον ἐκεῖνον κίνδυνον
ὑπομείνας, διὰ μὲν τοῦ χιλιάρχου τῶν Ἰουδαϊκῶν
ἀπὸ ἀλλήλων χειρῶν ἐφέσει δὲ χρησάμενος, ἐπὶ τοῦ
Φηστου τὴν Ῥώμην κατέλαβεν. Ὅτι δὲ ἀπὸ Κοριν- B
θου γέγραφε τὴν πρὸς Ῥωμαίους Ἐπιστολήν, σαφῶς
ἡμᾶς αὐτὸ διδάσκει τὸ τέλος. Πρῶτον μὲν γάρ τὴν
Φοίβην συνίστησι, διάκονον αὐτὴν εἶναι λέγων τῆς ἐν
Κεγχρεαῖς ἐκκλησίας· Κορινθίω δὲ χωρίον αἱ Κεγ-
χραῖ. Ἐπειτα δὲ καὶ ταῦτά φησιν· « Ἀσπάζεται
ὑμᾶς Γάιος ὁ ξένος μου, καὶ τῆς Ἐκκλησίας ὅλης. »
Ἔξον δὲ τὸν ξενοδόχον καλεῖ. Ὅτι δὲ Κορινθίος ἦν
ὁ Γάιος, ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους, ὁ προτέρως κατα-
μαθεὶν εὐπετές. Γράφει γάρ οὕτως αὐτοῖς· « Εὐχα-
ριστῶ τῷ Θεῷ μου, ὅτι οὐδένα ὑμῶν ἐδάπτισα, εἰ
μὴ Κρίσπον καὶ Γάιον. » Ἐσχάτῃ τοίνυν ἀπὸ τῆς
Ἀσίας, καὶ Μακεδονίας, καὶ Ἀχαΐας, ἢ πρὸς Ῥω-
μαίους ἐγράφη, καὶ τάξιν ἔχει τὴν ἐβδόμην, ὡς ἐκ
τῶν ἀποστολικῶν γραμμάτων ἐδειξάμεν. Τὰς γὰρ δὴ C
ἄλλας ἀπὸ τῆς Ῥώμης ἐπέστειλε. Καὶ πρώτην μὲν
ἠγοῦμαι τὴν πρὸς Γαλάτας γραφῆναι. Πρὸ γὰρ τῆς
εἰς τὴν Μακεδονίαν ἀποδημίας, διήλθεν εἰς τὴν Φρυ-
γίαν καὶ Γαλατικὴν χώραν, κηρύττων τὸ Εὐαγγέλιον.
Ἐἴτα τινα χρόνον ἐν τῇ Μακεδονίᾳ, καὶ τῇ Ἀχαΐᾳ,
καὶ μέντοι καὶ τῇ Ἀσίᾳ διατριψάς, ἀπῆρε μὲν εἰς
τὴν Ἰουδαίαν. Ἐκεῖθεν δὲ μετὰ τὴν Ἐφεσον τὴν
Ῥώμην κατέλαβε· καὶ μαθὼν, ὡς τινες τὰ τῆς εὐσε-
βείας συνέχον δόγματα, τὴν ἀπὸ τῶν γραμμάτων
αὐτοῖς θεραπείαν προσήνεγκε. Καὶ Φιλιππησίοις
μετὰ τοιούτους ἀπὸ τῆς Ῥώμης ἐπέστειλε, καὶ δηλοῖ
τῆς Ἐπιστολῆς τὸ τέλος· « Ἀσπάζονται γάρ, φησὶν,
ὑμᾶς οἱ ἐκ τῆς Καισαροῦ οἰκίας. » Καὶ μέντοι καὶ
Ἐφεσίοις, καὶ Κολοσσαεῦσι, κατὰ τὸν αὐτὸν ἔγραψε
χρόνον, ἐνὶ τῶν ἐπιστολῶν ἀμφοτέρων διακόνῳ χρη- D
σάμενος. Ἐν τῷ τέλει γὰρ ἑκατέρως φησὶν· « Ἴνα
δὲ εἰδῆτε καὶ ὑμεῖς τὰ κατ' ἐμὲ, τί πράττω, πάντα
ὑμῖν γνωρίσει Τυχικός, ὁ ἀγαπητὸς ἀδελφὸς καὶ
πιστὸς διάκονος ἐν Κυρίῳ, ὃν ἐπεμψα πρὸς ὑμᾶς
εἰς αὐτὸ τοῦτο, ἵνα γνῶτε τὰ περὶ ἡμῶν, καὶ πα-
ρακαλέσῃ τὰς καρδίας ὑμῶν. » Ἐν δὲ γε τῇ πρὸς
Κολοσσαεῖς καὶ τοῦ Ὀνησίμου μέμνηται. « Σὺν
Ὀνησίμῳ γάρ, φησὶ, τῷ πιστῷ καὶ ἀγαπητῷ ἀδελ-

pecuniis dicit etiam in prima ad Corinthios epi-
stola : « Ne quando venero, tunc collectæ fiant.
Quando autem venero, quos per epistolas proba-
veritis, eos mittam ad deferendam gratiam vestram
in Jerusalem. Quod si dignum fuerit ut ego eam,
mecum ibunt ». » Cum his pecuniis in Hierusalem
navigans, Mileti dixit Ephesiorum senioribus :
« Non amplius videbitis faciem meam vos omnes,
per quos transiit prædicans regnum » Dei ꝑ. »
Nempe mox Hierosolymis accusatus quod contra
leges faceret, et illud maximum periculum per-
pessus, per tribunum quidem militum a Ju-
daicis manibus liberatus est : appellatidne au-
tem usus, sub Festo Romam venit ꝑ. Quod au-
tem Corinthi scripserit epistolam ad Romanos,
ipse nos finis aperte docet. Primum enim Phœben
commendat, dicens eam esse ministram Ecclesiæ,
quæ est Cenchreis ꝑ. Cenchreæ autem sunt pagus
Corinthiorum. Præterea hæc quoque dicit : « Salu-
tat vos Caius hospes meus, et totius Ecclesiæ ». »
Hospitem autem eum appellat qui hospitio excipit.
Quod autem Corinthi erat Caius, ex priore ad
Corinthios epistola facile est intelligere. Ipsis
enim sic scribit : « Gratias ago Deo meo, quod
neminem vestrum baptizavi, nisi Crispum et
Caium ꝑ. » Ultima ergo omnium ex Asia, et Ma-
cedonia, et Achaia, scripta est ad Romanos ꝑ
epi-
stola, et locum habet septimum, ut ex scriptis
apostolicis docuimus. Alias enim Roma misit. Et
primam quidem scriptam esse existimo ad Gala-
tas. Antequam enim in Macedonia peregrinaretur,
pervasit Phrygiam et Galatiæ regionem, prædicans
Evangelium. Deinde cum aliquantum temporis in
Macedonia, et Achaia, atque etiam in Asia esset
versatus, profectus est in Judæam. Illinc autem
post Ephesum Romam venit : et cum intellexisset,
quod quidam pietatis decreta confunderent, illis
a Scripturis ductam medicinam adhibuit. Et Phi-
lippensibus post eos Roma scripsit, quod finis epi-
stolæ declarat : « Salutant enim, inquit, vos qui
sunt de domo Cæsaris ꝑ. » Jam vero etiam Ephe-
siis et Colossensibus eodem scripsit tempore,
utriusque epistolæ uno usus tabellario. Dicit enim
in fine utriusque : « Ut autem et vos sciatis quæ
circa me sunt, quid agam, omnia vobis nota faciet
Tychicus charissimus frater et fidelis minister in
Domino, quem misi ad vos in hoc ipsum, ut co-
gnoscatis quæ circa nos sunt, et consoletur corda
vestra ꝑ. » In epistola autem ad Colossenses
Onesimi quoque meminit : « Cum Onesimo enim,
inquit, fideli et dilecto fratre, qui est ex vobis,
omnia quæ hic aguntur nota facient vobis ꝑ. »
Ante has itaque duas collocetur ea quæ scripta est

• I Cor. xvi, 2-4. ꝑ Act. xx, 25. ꝑ Act. xxv, et xxv ꝑ Rom. xvi, 4. • ibid. 25. ꝑ Cor. i, 14.
• Philipp. iv, 22. ꝑ Ephes. vi, 21, 22; Coloss. iv, 7, 8. ꝑ ibid. 9.

VARIÆ LECTIONES.

• B δευτέρᾳ vitiose, quod etiam habet Herveti interpretatio. • Ita recte habet B, Sirmondi editio
male: Ῥωμαίους.

ad Philemonem. In illa enim hortatur ut recipiat Onesimus, ut qui in carcere ortum spirituales cepit. Hic autem eum etiam inter ministros collocat. Post hos autem ad Hebræos quoque scripsit, idque Roma, ut § finis docet: «Salutant, inquit, vos, qui sunt ex Italia γ. » Omnium autem ultimam scripsit secundam ad Timotheum, et hoc rursus ex ejus scriptis facile sciri potest. «Ego enim, inquit, jam delibor, et tempus meæ discessionis instat α. » Hinc quoque sciri potest, quod ad Ephesios et Colossenses epistolas Roma miserit. «Tychicum, enim inquit, misi Ephesum α. » Hic est ergo ordo Epistolarum, quod ad tempus quo scriptæ sunt attinet. Epistolam autem ad Romanos præposuerunt, ut quæ in se omnis generis doctrinam, et accuratam copiosamque dogmatum pertractationem contineat. Quidam autem dicunt, ut urbem, quæ universo orbi præerat, et imperii sceptrā tenebat, honorarent, eam quæ ad illos scripta est Epistolam primam collocasse. Mihi autem quod prius dictum est videtur esse verius. Sed aliarum quidem Epistolarum argumenta convenienti, si Deo visum fuerit, tempore scribemus, et unicuique præponemus. In præsentia autem Epistolæ ad Romanos institutum ac scopum summam dicemus.

Θεῶ φάναί, γράφομεν καὶ ἐκάστης προτάφομεν. Ἐπι τοῦ ἐροῦμεν ἐν κεφαλαίῳ.

γ Hebr. xiii, 24. α Il Timoth. iv, 6. α ibid. 12.

VARIE LECTIONES.

γ καὶ τοῦτοις — Ῥώμης desiderantur in Herveti versione.

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ

BEATI THEODORETI

EPISCOPI CYRENSIS

INTERPRETATIO EPISTOLÆ AD ROMANOS.

§ ARGUMENTUM.

Variam quidem et omnis generis doctrinam per hæc scripta exhibet divinus Apostolus. Universus autem epistolæ hic est scopus. Divinæ incarnationis mysterium his quidem qui pure ac sincere crediderunt est venerabile valdeque adorandum. Dei enim erga homines amorem nos evidenter docet.

Α φῶ, ὅς ἐστιν ἐξ ὁμῶν, πάντα γνωρίσουσι τὰ ὠδε. » Πρὸ τῶν δύο τοίνυν τούτων ἡ πρὸς Φιλήμονα τετάχθη. Ἐν ἐκείνῃ μὲν γὰρ δεχθῆναι παρακαλεῖ τὸν Ὀνήσιμον, ὡς ἐν τῷ δεσμοτηρίῳ τῶν πνευματικῶν ὠδίων τετυχηκότα· ἐνταῦθα δὲ καὶ τοῖς ὑπουργοῖς συντάττει. Μετὰ τούτου· Ἐβραίοις ἐπέστειλε, καὶ τοῦτοις γ' δὲ γε ἀπὸ Ῥώμης, ὡς διδάσκει τὸ τέλος· « Ἀσπάζονται γὰρ, φησὶν, ὑμεῖς οἱ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας. » Ἐσχάτην δὲ πασῶν τὴν δευτέραν πρὸς Τιμόθεον γέγραφε· καὶ τοῦτο δὲ πάλιν ἐκ τῶν αὐτοῦ γραμμάτων καταμαθεῖν βῆδιον. « Ἐγὼ γὰρ, φησὶν, ἤδη σπένδομαι, καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως ἐφέστηκεν. » Ἐντεῦθεν ἔστι καταμαθεῖν, ὡς καὶ τὴν πρὸς Ἐφεσούς, καὶ τὴν πρὸς Κολασσαεῖς, ἀπὸ τῆς Ῥώμης ἐπέστειλε. « Τυχικὸν γὰρ, φησὶν, ἐπέστειλα εἰς Ἐφεσον. » Ἡ μὲν τῶν ἐπιστολῶν κατὰ τὸν χρόνον τάξις ἐστὶν αὕτη. Προτετάχασιν δὲ τὴν πρὸς Ῥωμαίους, ὡς παντοδαπὴν ἔχουσαν διδασκαλίαν, καὶ τὴν τῶν δογμάτων ἀκρίθειαν διὰ πλείονων διδάσκουσαν. Τινὲς δὲ φασιν, ὅτι καὶ τὴν πόλιν τιμῶντες, ὡς τῆς οἰκουμένης προκαθημένην, καὶ τῆς βασιλείας τὰ σκήπτρα κατέχουσαν, πρώτην ἔταξαν τὴν πρὸς τοῦτους γραφεῖσαν Ἐπιστολήν. Ἐμοὶ δὲ τὸ πρότερον ἀληθέστερον εἶναι δοκεῖ. Ἀλλὰ τῶν μὲν ἄλλων ἐπιστολῶν τὰς ὑποθέσεις κατὰ τὸν προσήκοντα καιρὸν, σὺν Ἐπι δὲ γε τοῦ παρόντος τῆς πρὸς Ῥωμαίους τὸν

С ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ποικίλην μὲν καὶ παντοδαπὴν ὁ θεὸς Ἀπόστολος διὰ τῶνδε τῶν γραμμάτων προσφέρει διδασκαλίαν. Ἄπας δὲ τῆς Ἐπιστολῆς ὁ σκοπὸς ἐστὶν οὗτος. Τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως τὸ μυστήριον, τοῖς μὲν εὐκρινῶς πεπιστευκόσι σεπτὸν ἐστὶ καὶ ἄγαν προσκυνητόν. Ἐναργῶς γὰρ ἡμᾶς τὴν τοῦ Θεοῦ διδασκίαι

φιλανθρωπίαν. Οἱ δὲ γε τῆς ἀπιστίας τὴν ἀγλὴν περικείμενοι, καὶ τοῦ νοεροῦ φωτὸς τὴν ἀγλὴν μηδέπω δεξάμενοι, γελῶσιν ἃ μηδὲ τῶν ἀγγέλων οἱ δῆμοι πρὸς ἀξίαν ὑμῆσαι δεδύνηται. Καὶ τοῦτο σαφῶς ὁ θεσπέσιος Ἀπόστολος Κορινθίους ἐπιστέλλων ἐδίδαξεν· « Ὁ λόγος γὰρ ὁ τοῦ σταυροῦ τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις μωρία ἐστὶ, τοῖς δὲ σωζομένοις δύναμις Θεοῦ ἐστὶ. » Τοῦτο τοίνυν τὸ σωτήριον κήρυγμα, Ῥωμαῖοις γράφων, ἀναγκαῖον δείκνυσι, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις, Ἰουδαίους τε καὶ Ἕλλησι, λυσαιτελὲς καὶ συμφέρον. Οὐδὲ γὰρ χάριν πρὸς τῶν ἄλλων ἀπόντων, καὶ Ἕλληνας ἐξελέγχει, τὴν ἐντεθεῖσαν τῇ φύσει παρὰ τοῦ πεποιηκότος τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν ἐναντιῶν διάκρισιν ἀντικρυς διαφθείραντας, καὶ τῆς φύσεως παραβεβηκότας τοὺς νόμους· καὶ μέντοι καὶ Ἰουδαίους, ἐγγραφον μὲν θεῶν νόμων δεξαμένους διδασκαλίαν, ὄντων δὲ ἐντεῦθεν οὐ βουληθέντας λαβεῖν, ἀλλὰ μείζους τιμωρίαις ὑπευθύνους γεγεννημένους. Μετὰ ταῦτα λέγει τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφάνειαν, οὐκ ἐπὶ κρίσει καὶ τιμωρίᾳ τῶν παρανομηκότων γεγεννημένην, ἀλλὰ τῶν ἀμαρτημάτων δωρουμένην τὴν ἄφρασιν, καὶ τοῦ θανάτου τὴν λύσιν ὑπισχυομένην, καὶ τὴν αἰώνιον ἐπαγγελιομένην ζωὴν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ Ἰουδαίους ἤδει λίαν ἀντεχομένους τοῦ νόμου, καὶ τοὺς τὰ Μαρκίωνος καὶ Βαλεντίνου νοσοῦντας, καὶ μέντοι καὶ Μανιχαίους, λίαν τοῦτου κατηγοροῦντας, καθάπερ ἄριστος τις στρατηγὸς πάντοθεν ὑπὸ πολεμίων κυκλούμενος, καὶ τοὺς βάλλει κάκεινους, καὶ τὸ τρόποιον ἴστησιν· οὕτως ὁ θεῖος Ἀπόστολος καὶ τῶν αἰρετικῶν τὸ σίφος, καὶ τῶν Ἰουδαίων τὴν φάλαγγα διὰ τῆς θείας κατέλυσε χάριτος. Τί γὰρ ποιεῖ; οὐτε ἄγαν ἐπαίρει τὸν νόμον διὰ τῆς Ἰουδαίων ἀναίδειαν, οὐτε πρόφρασιν κατηγορίας παρέχει τοῖς δυσσεβέσιν αἰρετικοῖς. Ἀλλὰ δείκνυσι μὲν αὐτὸν τὸ δέον παιδεύσαντα, καὶ τὴν τῆς δικαιοσύνης διδασκαλίαν προσενεχόντα· κατορθῶσαι δὲ ταύτην οὐ δυναθέντα διὰ τὴν τῶν νομοθετηθέντων ἀσθένειαν. Ἔτα διδάσκει ὡς ἡ πίστις εἰς ἔργον ἤγαγε τὸν τοῦ νόμου σκοπόν. Ἄπερ γὰρ ἐκεῖνος κατορθῶσαι μὲν ἠθέλησεν, οὐκ ἴσχυσε δὲ, αὐτὴ διὰ τῆς τοῦ παναγίου Πνεύματος ἐξετέλεσε χάριτος. Διὰ τούτων δὲ πάντων μανθάνομεν, ὡς αἰετῶν ἀνθρώπων προμηθοῦμενος διετέλεσεν ὁ δημιουργήσας ἡμᾶς Θεός. Πρῶτον μὲν γὰρ ἐν τῇ φύσει τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν ἐναντιῶν τέθεικε τὴν διάκρισιν. Ἔτα διὰ τῆς κτίσεως τοὺς βουληθέντας ἐποδήγησε πρὸς εὐσέβειαν. Εἰ γὰρ καὶ μὴ πάντες ἰδεῖν ἠθέλησαν τὴν ἀλήθειαν, ἀλλ' οὖν οἱ ταύτην ποθήσαντες ἀπήλασαν τὸν ἐπόθησαν. Πρὸς δὲ τούτοις κάκεινο ἡμᾶς ἐκπαιδεύει, ὡς οὐκ ἐκ μεταμελείας ὁ τῶν ὄλων Θεὸς ἐπὶ ταύτην ἐλήλυθε τῆς σωτηρίας τὴν μέθοδον· ἀλλ' ἄνωθεν αὐτὴν διὰ τῶν θεῶν προηγόρευσε ὁ προφητῶν. Διδάσκει καὶ τῶν Ἰουδαίων ἀποβολῆς τὴν αἰτίαν, καὶ τοῖς ἐξ

A Qui autem sunt infidelitatis caligine circumfusi, et lucis intelligentiæ splendorem nondum susceperunt, ea rident quæ ne angelorum quidem populi **10** possunt pro dignitate laudare. Et hoc divinus Apostolus ad Corinthios scribens aperte docuit : « Verbum enim crucis iis quidem qui pereunt stultitia est, iis autem qui salvi sunt Dei virtus est ». Hanc itaque salutarem prædicationem ad Romanos scribens ostendit esse necessariam, et omnibus hominibus, tam Græcis quam Judæis, utilem ac conducibilem. Quamobrem ante alios omnes Græcos redarguit, qui honorum ac malorum iudicium, quod ab eo qui nos creavit naturæ insitum est, manifeste corruerunt, et naturæ leges transilierunt : deinde Judæos, qui divinarum quidem legum doctrinam **B** scriptis mandatam acceperunt, nihil tamen ex ea utilitatis accipere voluerunt, sed eo majoribus suppliciis facti sunt obnoxii. Postea autem dicit Deum et Servatorem nostrum, non ad eorum qui contra legem peccaverunt, condemnationem suppliciumque apparuisse, sed ad donandam peccatorum remissionem, mortis destructionem promittendam, et æternam vitam annuntiandam. Quis autem sciebat Judæos quidem legi nimis addictos, eos autem qui Marcionis et Valentini hæresi laborant, atque etiam Manichæos, eam nimis accusare : sicut præstantissimus aliquis dux belli ab hostibus undique circumsessus, et hos et illos dejecit, eisque victis tropæum erigit : ita divinus Apostolus hæreticorum catervas, et Judæorum phalanges divina gratia frangit ac fundit. Quid enim facit ? Neque legem nimis extollit propter Judæorum impudentiam, neque impiis hæreticis ejus accensandæ præbet occasionem. Sed eam quidem ostendit id quod opus est docuisse, **11** et justitiæ doctrinam attulisse, hanc autem perficere non potuisse, propter eorum quibus data fuerat imbecillitatem. Deinde docet quod fides legis scripturæ in opus deduxit. Quæ enim illa voluit quidem efficere, sed non potuit, ista per sancti Spiritus gratiam perfecit. Per hæc autem omnia intelligimus, quod hominum perpetuo curam gesserit Deus qui nos creavit. Primum enim in natura indidit honorum et contrariorum iudicium. Deinde per creaturas eos **D** qui voluerunt deduxit ad pietatem. Etsi enim non omnes voluerunt videre veritatem : qui tamen eam desiderarunt, ea quæ voluerunt assecuti sunt. Ad hæc autem hoc quoque nos docet, quod non mutatione quadam consilii Creator omnium venerit ad hanc salutis rationem, sed eam multo ante per divinos prophetas prædixit. Docet etiam Judæorum rejectionis causam, et eos qui ex gentibus crediderunt hortatur, ne adversus eos efferantur, admonens illos in prædicatione præcessisse. Porro

^b I Cor. 1, 18.

VARIE LECTIONES.

^a B προηγόρευσε. ^b B τῆς.

actiōe quoque virtutis doctrinam orationi dogmatice admiscuit, simul et veritatem docens, et mores componens. Hoc est itaque argumentum Epistolæ: interpretatio autem partium singularum melius ac perfectius omnia nos docebit.

CAPUT PRIMUM.

VERS. 1. *Paulus servus Jesu Christi, vocatus Apostolus.* Præfecti quidem et magistri militum suarum dignitatum nomina suis scriptis præponunt, supercilium **12** attollentes, et una cum dignitate magnos spiritus excitantes. Divinus autem Apostolus se abortivum nominat, et primum peccatorum appellat, et apostolatu indignum esse dicit. Epistolas tamen scribens, a gratia sibi imposita vocabula, ad eorum qui illas accipiunt utilitatem, præponit. Intelligentes enim qua esset dignitate præditus qui scribebat, majore illas studio et alacritate accipiebant. Ac primum quidem seipsum *Paulum* vocat, non a parentibus appellationem hanc ab initio adeptus, sed post vocationem ea dignatus, sicut Simon Petrus vocatus est, et filii Zebedæi filii tonitru, et Jacob Israel, et Abram Abraam. Deinde *servum Jesu Christi*, quem omnes increduli mortuum, et crucifixum, et fabri filium appellabant, ipse vero ejus servitutem cuivis regno anteponebat. Post hæc *vocatum* se appellat, supernam vocationem innuens. Et *Apostoli* quoque nomen adjicit, se hoc etiam a Deo assecutum esse docens. Quoniam enim Dominus duodecim illis hanc appellationem imposuit, hanc etiam ponit divinus Apostolus: quam non ipse arripuerat, sed ab ipso Domino acceperat. « Vade enim, inquit ad ipsum, quia ad gentes procul mittam te ». Et hoc declarat per ea quæ sequuntur: *Segregatus in Evangelium Dei.* Non a me ipso, inquit, sum electus, sed ab ipso Deo prædicationis ministerium suscepi. Segregavit autem ipsum et Pater, et Filius, et Spiritus sanctus. Et quod Pater quidem ipsum segregaverit, ipse docet in Epistola ad Galatas: « Cum autem placuit ei, qui me segregavit ex utero matris **13** meæ, et vocavit per gratiam suam, ut revelaret Filium suum in me, ut evangelizarem ipsum in gentibus ^d. » Quod autem etiam unigenitus Filius hoc ipsum fecerit, rursus dicit Apostolus **D** in Actibus, sibi visum esse Dominum in templo, jussisseque ut festinaret, et exiret, quod Judæi prædicationem non admitterent, et adjecisse: « Vade, quia ad gentes procul mittam te ». Hoc ipsum autem dixit etiam Ananiæ recusanti: « Vade, quoniam vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus, et regibus, et filiis Israel ^e. » At beatus quoque Lucas nos docet quod, cum prophetæ Antiochiæ Domino ministrarent, et jejunarent, dixit Spiritus sanctus: « Segregate mihi Barnabam et Saulum ad opus ad quod

ἁθῶν πεπιστευκοῖσι παραίνει μὴ κατεπαίρεσθαι τούτων· προτρέπων ἐκείνους προελθεῖν τῷ κηρύγματι. Καὶ τῆς πρακτικῆς δὲ ἀρετῆς τὴν διδασκαλίαν τοῖς δογματικοῖς ἀνέμιξε λόγοις, ὁμοῦ καὶ τὴν ἀλήθειαν ἐκπαίδευσαν, καὶ τὸ ἦθος βυθιμίζων. Ἡ μὲν οὖν ὑπόθεσις τῆς Ἐπιστολῆς ἐστὶν αὕτη· ἀκριδέστερον δὲ πάντα ἡμᾶς ἢ κατὰ μέρος ἐρμηνεῖα διδάξει.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

α'. *Παῦλος δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ, κλητὸς ἀπόστολος.* Ὑπαρχοι μὲν καὶ στρατηγοὶ τὰ τῶν ἀξιομάτων ὀνόματα τῶν οικειῶν γραμμάτων προτάττουσι, τὴν ὄφρυν ἀφροντες, καὶ τῷ ἀξιώματι τὸ φρόνημα συνεπαίροντες. Ὁ δὲ θεὸς Ἀπόστολος ἐκτρώμα μὲν ἑαυτὸν ὀνομάζει, καὶ τῶν ἀμαρτωλῶν πρῶτον ἀποκαλεῖ, καὶ τῆς ἀποστολῆς ἀνάξιον εἶναι φησι. Προτίθει δ' ὁμοῦ ἐπιστέλλων τὰς ὑπὸ τῆς χάριτος ἐπιτεθείσας προσηγορίας, εἰς ὠφέλειαν τῶν δεχομένων τὰ γράμματα. Μανθάνοντες γὰρ τίνων ὁ γράφων ἀξιομάτων μετέχει, μετὰ πλείονος αὐτὰ σπουδῆς τε καὶ προθυμίας ἐδέχοντο. Καὶ πρῶτον μὲν ἑαυτὸν *Παῦλον* καλεῖ, οὐ ταύτην ἄνωθεν παρὰ τῶν πατέρων τὴν προσηγορίαν δεξάμενος, ἀλλὰ μετὰ τὴν κλήσιν ταύτης ἀξιώθεις, ὡς Σίμων Πέτρος, καὶ υἱοὶ βροντῆς οἱ Ζεβεδαίου υἱοὶ, καὶ ὁ Ἰακώβ Ἰσραὴλ, καὶ Ἀβραὰμ ὁ Ἀβραμ. Εἶτα *δοῦλον Ἰησοῦ Χριστοῦ*, ὃν νεκρὸν ἐκάλουν ἄπιντες οἱ ἀπιστοῦντες, καὶ ἐσταυρωμένον, καὶ τοῦ τέκτονος υἱόν. Ἄλλ' ὁμοῦς τὴν τοῦτοῦ δουλείαν ὑπὲρ πάσαν βασιλείαν ἠσπάξτε. Ἐπειτα *κλητὸν* ἑαυτὸν ὀνομάζει, τὴν ἄνωθεν αἰνιττόμενος κλήσιν. Καὶ τὸ τοῦ ἀποστόλου δὲ προστίθεισιν ὄνομα, διδάσκων ὡς καὶ τούτου τετύχηκεν. Ἐπειδὴ γὰρ τοῖς δώδεκα ταύτην ὁ Κύριος τὴν προσηγορίαν ἐπέθηκε, τίθει καὶ ταύτην ὁ θεὸς Ἀπόστολος· οὐκ ἀρπάσας αὐτὴν, ἀλλὰ πρὸ αὐτοῦ τοῦ Δεσπότου δεξάμενος. « Πορεύου γὰρ, ἔφη πρὸς αὐτὸν, ὅτι εἰς ἔθνη μακρὰν ἐξαποστελῶ σε. » Καὶ τοῦτο δηλοῖ διὰ τῶν ἑξῆς· *Ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον Θεοῦ.* Οὐκ αὐτοχειροτόνητός εἰμι, φησὶν· ἀλλὰ παρ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ τὴν τοῦ κηρύγματος ἐδεξάμην διακονίαν. Ἀφώρισε δὲ αὐτὸν καὶ ὁ Πατὴρ, καὶ ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Καὶ ὅτι μὲν αὐτὸν ὁ Πατὴρ ἀφώρισε, αὐτὸς ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας διδάσκει· « Ὅτε δὲ εὐδόκησεν ὁ Θεός, ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας μητρὸς μου, καὶ καλέσας διὰ τῆς χάριτος αὐτοῦ, ἀποκαλύψαι τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἐν ἐμοί, ἵνα εὐαγγελίζωμαι αὐτὸν ἐν τοῖς ἔθνεσιν. » Ὅτι δὲ καὶ ὁ μονογενὴς Υἱὸς ταυτὸ τοῦτο πεποίηκε, πάλιν ὁ Ἀπόστολος ἐν ταῖς Πράξεσι λέγει, ὡς ὠφθῆ μὲν αὐτῷ ἐν τῷ ἱερῷ ὁ Κύριος, παρεκελεύσατο δὲ σπεῦσαι, καὶ ἐξελθεῖν, ὡς Ἰουδαίων μὴ δεχομένων τὸ κήρυγμα, καὶ προστέθηκε· « Πορεύου, ὅτι εἰς ἔθνη μακρὰν ἐξαποστελῶ σε. » Ταυτὸ δὲ τοῦτο καὶ πρὸ τῶν Ἀνανίαν ἔφη ἀναδύμενον· « Πορεύου, ὅτι σκεῦός ἐκλογῆς μοι ἐστὶν οὗτος, τοῦ βαστάσαι τὸ ὄνομά μου ἐνώπιον ἔθνων, καὶ βασιλέων, υἱὸν τε Ἰσραὴλ. » Ὁ δὲ γε μακάριος Λουκᾶς διδάσκει ἡμᾶς, ὡς τῶν ἐν Ἀντιο-

^c Act. xvii, 21. ^d Galat. i, 15. ^e Act. xxii, 21. ^f Act. ix, 15.

χείρ προφητῶν λειτουργούντων τῷ Κυρίῳ, καὶ νηστεούντων, εἶπε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· Ἐφορίστε δὴ μοι τὸν Βαρνάβαν καὶ τὸν Σαῦλον, εἰς τὸ ἔργον ὃ προσκέκλημαι αὐτοῦς. Ἐπὶ τῆς Τριάδος ἰσοτύς. Ἐπὶ τῆς Τριάδος ἰσοτύς. Καὶ τὸ Εὐαγγέλιον δὲ, τοῦ Θεοῦ μὲν ἐν ταῦθα προσηγόρευσε· μετὰ βραχέα δὲ φησι τοῦ Υἱοῦ τοῦτο εἶναι. Λέγει δὲ οὕτω· *Μάρτυς γάρ μοι ἐστὶν ὁ Θεὸς, ὃς λατρεύω ἐν τῷ Πνεύματι μου, ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ.* Ταῦτα δὲ οὐκ εἰκῆ καὶ μάτην ἐπεσημανάμην¹⁰, ἀλλὰ δεικνύς ὡς ἀδικήτως τὰ αὐτὰ, ποτὲ μὲν ἐπὶ τοῦ Πατρὸς, ποτὲ δὲ ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ τιθέασιν οἱ τῆς ἀληθείας διδάσκαλοι. *Εὐαγγέλιον* δὲ τὸ κήρυγμα προσηγόρευσε, ὡς πολλῶν ἀγαθῶν ὑπισχνούμενον χορηγίαν. Εὐαγγελίζεται γὰρ τὰς τοῦ Θεοῦ καταλαγὰς, τὴν τοῦ διαβόλου κατάλυσιν, τῶν ἁμαρτημάτων τὴν ἀφασιν, τοῦ θανάτου τὴν παῦλαν, τῶν νεκρῶν τὴν ἀνάστασιν, τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον, τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Ὁ δὲ θεὸς Ἀπόστολος αὐτοῦ πρὸ πάντων τὴν ἀρχαιότητα δεικνύσιν, ἵνα καὶ φησιν·

β'. *Ὁ προσηγγέλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ ἐν Γραφαῖς ἀγίαις.* Πλήρης γὰρ ἡ Παλαιὰ Διαθήκη τῶν περὶ τοῦ Κυρίου προρρήσεων. Τὸ δὲ ἀγίαις οὐχ ἀπλῶς τίθεικεν. Ἄλλὰ πρῶτον μὲν διδάσκων ὡς καὶ τὴν Παλαιὰν θεῖαν οἶδε Γραφήν· εἶτα πᾶσαν ἀποκρίνων τὴν ἄλλοτριαν. Μόνη γὰρ ἡ θεόπνευστος Γραφή τὸ ὠφέλιμον ἔχει. Λέγει δὲ καὶ τῆς ἐπαγγελίας τὸ εἶδος.

γ'. *Περὶ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα.* Διὰ πάντων, φησὶ, τῶν προφητῶν τὰ περὶ τοῦ Υἱοῦ προεθέσπισεν· ὃς ἐξ αὐτοῦ φύσει πρὸ τῶν αἰώνων γεγεννημένος, καὶ τοῦ Δαβὶδ υἱὸς ἔχρημάτισεν, ὡς ἐκ σπέρματος Δαβὶδ τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν ἀναλαβών. Τοῦ μόντου Δαβὶδ μνημονεύσας, ἄγαν ἀναγκαίως τὸ κατὰ σάρκα προστέθεικεν· ἵνα μὴ φύσει μὲν τοῦ Δαβὶδ υἱὸς νομισθῆ, κατὰ χάριν δὲ τοῦ Θεοῦ. Ἡ γὰρ τοῦ κατὰ σάρκα προσθήκη, ἀνιέττεται ὡς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς υἱὸς ἐστὶν ἀληθῶς κατὰ τὴν θεότητα. Οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τῶν τοῦτο μόνον ὄντων ὅπερ ὀρώνται, ἐστὶν εὐρεῖν τὸ κατὰ σάρκα προσκειμένον. Καὶ μάρτυς ὁ μακάριος Ματθαῖος ὁ εὐαγγελιστῆς. Εἰρηκῶς γὰρ· Ἐ *Ἀβραάμ ἐγέννησε τὸν Ἰσαάκ, Ἰσαάκ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ, Ἰακώβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰούδαν,* καὶ πᾶσαν ἐφεξῆς τὴν γενεαλογίαν διεξελθὼν, οὐδαμῶς τὸ κατὰ σάρκα προστέθεικεν. Οὐχ ἤρμητοτε γὰρ αὐτοῖς ἀνθρώποις οὐσιν ἡ τοιαύτη προσθήκη. Ἐνταῦθα δὲ, ἐπειδὴ οὐκ ἀνθρωπος μόνον ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ Θεὸς προαιώνιος ὁ ἐνανθρωπήσας Θεὸς Λόγος, τοῦ σπέρματος τοῦ Δαβὶδ μνημονεύσας ὁ θεὸς Ἀπόστολος, ἀναγκαίως τὸ κατὰ σάρκα προστέθεικε, ἀπ' αὐτοῦ ἡμᾶς διδάξας, πῶς μὲν Υἱὸς ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, πῶς δὲ τοῦ Δαβὶδ ἐχρημάτισε.

ε Act. xiii, 2. h Matth. i, 2 seqq.

assumpsi eos ε. Ἐ Quare etiam manifesta est Trinitatis æqualitas. Ac Dei quidem Evangelium hic appellavit; paulo post autem dicit hoc esse Filii. Sic enim dicit, *Testis est mihi Deus, cui servio in spiritu meo, in Evangelio Filii ejus.* Hæc autem non frustra et temere adnotavi; sed ut ostenderem quod citra ullum discrimen eadem aliquando Patri, aliquando Filio ascribunt veritatis doctores. Prædicationem autem *Evangelium* appellavit, ut quæ multorum bonorum largitionem promitteret. Feliciter enim annuntiat Dei reconciliationem, diaboli dissolutionem, peccatorum remissionem, mortis cessationem, a mortuis resurrectionem, vitam æternam, et regnum cælorum. Cum autem dixisset divinus Apostolus, se **14** fuisse segregatum in Evangelium Dei, ejus statim ante omnia antiquitatem ostendit, ne stultus forte quispiam id recentius reputans rejiceret, et dicit:

εἰρηκῶς ὡς ἀφωρίσθη εἰς Εὐαγγέλιον Θεοῦ, εὐθύς μὴ τις τῶν ἀνοήτων ὡς νεώτερον ἀποκρίνας ἐκβάλλη,

VERS. 2. *Quod ante promiserat per prophetas suos in Scripturis sanctis.* Plenum est enim *Vetus Testamentum* prædictionibus Domini. *Sanctis* autem non temere apposuit. Sed primum quidem, ut doceret se etiam veterem Scripturam divinam agnoscere; deinde etiam, ut omnem alienam excluderet. Sola enim a Deo inspirata Scriptura utilitatem in se continet. Jam vero dicit etiam promissi speciem.

VERS. 3. *De Filio suo, qui factus est ex semine Davidis secundum carnem.* Per omnes, inquit, prophetas Deus Pater prædixit quæ de Filio futura erant: qui ab eo natura genitus ante sæcula, filius etiam Davidis appellatus est, ut qui ex semine Davidis humanam naturam acceperit. Cum itaque Davidem meminisset, necessario addidit *secundum carnem*: ne natura quidem filius Davidis existimaretur, Dei autem secundum gratiam. Illa enim adjectio *secundum carnem*: innuit quod Dei et Patris vere est Filius secundum divinitatem. Neque enim in iis, qui id sunt solum quod videntur, est invenire adjectum illud *secundum carnem*. Testis est beatus Matthæus Evangelista. Cum enim dixisset, Ἐ *Abraham genuit Isaacum, Isaac autem genuit Jacobum, Jacob autem genuit Judam*, et omnem deinceps genealogiam esset persecutus, nusquam addidit, *secundum carnem*. Neque enim illis, qui erant ipsi homines, ejusmodi conveniebat additio. Hic vero, quoniam non solum homo est, sed et Deus ante sæcula, qui **15** homo factus est, Verbum Deus, cum seminis Davidis meminisset divinus Apostolus, *secundum carnem* necessario addidit, nos aperte docens quomodo Dei quidem sit Filius, quomodo autem filius Davidis dictus sit.

VARIE LECTIONES.

10 Ἐ ἐπεσημανάμην.

VERS. 4. *Qui prædestinatus fuit Filius Dei in virtute secundum Spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum Jesu Christi Domini nostri.* Ante crucem quidem et passionem, Dominus Christus, non solum aliis Judæis, sed ipsis etiam apostolis, non videbatur esse Deus. Offendebantur enim rebus humanis, cum eum comedentem, et bibentem, et dormientem, ac defessum viderent : et ne ipsa quidem miracula eos ad hanc opinionem adducebant. Itaque cum illud quod in mari factum est miraculum vidissent, dicebant : « Qualis est hic homo? quia et mare et venti obediunt ei ¹. » Et propterea Dominus eis etiam dicebat : « Habeo multa vobis dicere, sed non potestis portare modo. Quando autem venerit ille, Spiritus veritatis, ille vos deducet in omnem veritatem ¹. » Et rursus : « Sedete hic in hac civitate, donec induti fueritis potentiam ex alto, cum venerit Spiritus sanctus in vos ². » Ante passionem ergo habebant ejusmodi de eo opiniones. Postquam autem resurrexit, et ad cælos ascendit, et sanctus Spiritus venit, et post omnis generis miracula, quæ venerabili ejus nomine invocato peragebant, agnoverunt omnes qui crediderant, eum esse Deum, et Dei unigenitum Filium. Hoc ergo hic quoque docuit divinus Apostolus, quod qui filius Davidis secundum carnem dictus est, definitus et demonstratus est Dei Filius per potentiam, quæ **16** a sancto Spiritu exercebatur, post Domini nostri Jesu Christi resurrectionem a mortuis.

VERS. 5. *Per quem accepimus gratiam et apostolatam ad obediendum fidei, in omnibus gentibus pro nomine ejus.* Ipse enim nos prædicatores constituit, omnium gentium nobis mandans salutem, et gratiam donans, quæ prædicationi conveniret, ut nolis obedirent, ac verbo crederent, qui prædicationem recipere.

VERS. 6. *In quibus estis et vos, vocati Jesu Christi.* Ex his, inquit, vos quoque gentibus estis, quarum cultura mihi commissa est. Ne enim existimetis me aliena usurpare, et agros aliis assignatos invadere. Dominus enim me omnium gentium prædicationem constituit.

VERS. 7. *Omnibus qui sunt Romæ dilectis Dei, vocatis sanctis.* Et divinis eos appellationibus honoravit, et arrogantiam repressit. Primum enim eos, non ut totius orbis terrarum dominium obtinentes ab aliis gentibus secrevit, sed aliis commisit. Deinde omnibus simul scribit, servos miscens et mendicos, et eos qui sibi manibus victum parant, eosque qui opibus efferuntur, et eos qui potestate sunt præditi. Quod enim ex his quoque aliqui credidissent, docet in Epistola ad Philipenses. « Salutant enim, inquit, vos qui sunt ex

δ. Τοῦ ὀρισθέντος Υἱοῦ Θεοῦ ἐν δυνάμει, κατὰ Πνεῦμα ἀγιωσύνης, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ Κυρίου ἡμῶν. Πρὸ μὲν τοῦ σταυροῦ καὶ τοῦ πάθους, ὁ Δεσπότης Χριστὸς οὐ μόνον τοῖς ἄλλοις Ἰουδαίοις, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς τοῖς ἀποστόλοις οὐκ ἔδοκει εἶναι Θεός. Προσέπταιον γὰρ τοῖς ἀνθρωπίνους, ἐσθιόντά τε καὶ πίνοντα, καὶ καθεύδοντα, καὶ κοιτώντα θεώμενοι, καὶ οὐδὲ τὰ θαύματα αὐτοῦς πρὸς ταύτην ἐποδήγει τὴν δόξαν. Αὐτίκα τοίνυν τὸ κατὰ τὴν θάλατταν θεασάμενοι θαῦμα ἔλεγον· « Ποταπὸς ἐστὶν οὗτος ὁ ἀνθρώπος, ὅτι καὶ ἡ θάλασσα καὶ οἱ ἄνεμοι ὑπακούουσιν αὐτῷ; » Διὰ τοιούτου καὶ ὁ Κύριος ἔλεγε πρὸς αὐτούς· « Πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι· ὅταν δὲ ἔλθῃ ἐκεῖνος, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, **B** ἐκεῖνος ὑμᾶς ὀδηγήσει εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. » Καὶ πάλιν· « Μείνατε αὐτοῦ ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, ἕως ἂν ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους, ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς. » Πρὸ μὲν οὖν τοῦ πάθους τοιαύτας εἶχον δόξας περὶ αὐτοῦ. Μετὰ δὲ τὴν ἀνάστασιν, καὶ τὴν εἰς οὐρανοῦς ἀνάβασιν, καὶ τοῦ παναγίου Πνεύματος ἐπιφοίτησιν, καὶ τὰς παντοδαπὰς θαυματουργίας ἃς ἐπετέλουν, καλοῦντες αὐτοῦ τὸ σεβάσιμον ὄνομα, ἔγνωσαν ἅπαντες οἱ πιστεύοντες ¹, ὅτι καὶ Θεός ἐστι, καὶ τοῦ Θεοῦ μονογενῆς Υἱός. Τοῦτο τοίνυν κἀνταῦθα ἐδίδαξεν ὁ θεὸς Ἀπόστολος, ὅτι κατὰ σάρκα τοῦ Δαβὶδ χρηματίσας Υἱός, ὠρίσθη καὶ ἀπεδείχθη τοῦ Θεοῦ Υἱός, διὰ τῆς ὑπὸ τοῦ παναγίου Πνεύματος ἐνεργουμένης δυνάμεως μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν αὐτοῦ τοῦ **C** Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

ε. Δι' οὗ ἐλάβομεν χάριν καὶ ἀποστολήν εἰς ὑπακοὴν πίστεως, ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. Αὐτὸς γὰρ ἡμᾶς προῦδάλετο κήρυκας, τῶν ἐθνῶν ἀπάντων ἐγχειρίσας τὴν σωτηρίαν, καὶ ἀναλογοῦσαν τῷ κηρύγματι δωρησάμενος χάριν, ὥστε ἡμῖν, καὶ ὑπακούειν, καὶ πιστεῦειν τῷ λόγῳ, τοὺς δεχομένους τὸ κήρυγμα.

ς. Ἐν οἷς ἐστε καὶ ὑμεῖς, κλητοὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἐκ τούτων ἐστὶ καὶ ὑμεῖς τῶν ἐθνῶν, ὧν τὴν γεωργίαν ἐνεχειρίσθη. Μὴ γὰρ δὴ νομίσητε τὰ ἄλλότρια σφετερίζεσθαι, καὶ τὰς ἄλλοις ἀπονεμηθείσας ἀρπάζειν ἀρούρας. Πάντων γὰρ με τῶν ἐθνῶν ὁ Δεσπότης χειροτόνηκε κήρυκα.

ζ. Πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν Ῥώμῃ ἀγαπητοῖς Θεοῦ, κλητοῖς ἁγίοις. Καὶ ταῖς θείαις αὐτοῦς προσηγορίαις τετίμηκε, καὶ τὴν ἀλαζονείαν κατέστειλε. Πρῶτον μὲν γὰρ αὐτούς, οὐχ ὡς κρατοῦντας τῆς οἰκουμένης ἀπέκρινε τῶν ἄλλων ἐθνῶν, ἀλλὰ τοῖς ἄλλοις ἀνέμιγεν· ἔπειτα δὲ πᾶσιν ὁμοῦ γράφει, καὶ οἰκέτας ἀναμιγνύς, καὶ προσαιτάς, καὶ ἀποχειροδιώτους, καὶ τοὺς πλοῦτιν κομῶντας, καὶ τοὺς δυναστεῖαν περιχειμένους. Ὅτι γὰρ καὶ ἐκ τούτων ἦσαν πεπιστευκότες τινές, ἐν τῇ πρὸς Φιλιππησίους διδάσκει. « Ἀσπάζονται γὰρ, φησὶν, ὑμᾶς οἱ ἐκ τῆς

¹ Matth. viii, 27. ² Joan. xxvi, 42. ³ Luc. xxiv, 49.

Καίσαρος οικίας. Ὁ ἔδιδαξε μέντοι, ὡς οὐκ ἀπίστοις ἄ γράφει, ἀλλὰ τοῖς ἤδη πεπιστευκόσιν. Ὅθεν αὐτοὺς καὶ κλητοὺς καὶ ἀγίους προσαγορεύει, ταῖς πνευματικαῖς εὐφρημαῖς ἐπαύρων, καὶ τὸν περὶ τὸν εὐεργέτην πόθον πυροσώων. Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήρη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἐνταῦθα συμπληρῶκε τὴν τῆς Ἐπιστολῆς προγραφὴν· Παῦλος γάρ, φησὶ, δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ πᾶσι τοῖς ὄσιν ἐν Ῥώμῃ ἀγαπητοῖς Θεοῦ, κλητοῖς ἀγίοις, χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήρη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Τίλλα δὲ ἅπαντα μεταξὺ παρενέθηκε, διδάσκων τίνος τε κήρυξ προδίδληται, καὶ ὅποια κηρύττειν προστέτακται, καὶ τίσι ταῦτα προσφέρειν ἀφώρισται. Ἐπεύχεται δὲ αὐτοῖς, πρῶτον μὲν τοῦ Θεοῦ τὴν χάριν· διὰ ταύτης γάρ ἅπαντες σωτηρίας ἀπῆλυσαν οἱ πιστεύσαντες. Ἐἶτα τὴν εἰρήνην, δι' ἧς πᾶσαν αἰνιττεται τῆς ἀρετῆς τὴν κατόρθωσιν. Εἰρηνεύει γάρ πρὸς Θεὸν ὁ τὴν εὐαγγελικὴν ἀσπαζόμενος πολιτεία, ὁ θεραπεύειν αὐτὸν εἰς ἅπαντα προθυμύμενος. Τούτων δὲ τῶν δωρεῶν, οὐ τὸν Πατέρα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν Υἱὸν δεῖκνυσι χορηγόν· Ἄπὸ Θεοῦ γάρ, φησὶ, Πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Δι' ὧν ἡμᾶς ἐδίδαξεν ἀντικρυς Πατὸρ καὶ Υἱὸς τὴν ἰσότητα.

η'. Πρῶτον μὲν εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ πάντων ὑμῶν, διὲ ἡ πίστις ὑμῶν καταγγέλλεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ. Τοῦτο δὲ οὐ θεραπεύων αὐτοὺς, ἀλλ' ἀληθεύων ὁ Ἄπόστολος θέθεικεν. Οὔτε γάρ οἶδν τε ἦν λαθεῖν τοὺς κατὰ τὴν οἰκουμένην τὰ ἐν τῇ Ῥώμῃ συμβαίνοντα. Ἐν ἐκείνῃ γάρ εἶχον πάσαι Ῥωμαίων οἱ βασιλεῖς τὰ βασιλεία, κάκειθεν οἱ τε τῶν ἐθνῶν ἄρχοντες ἐξεπέμποντο, καὶ οἱ τὸν δασμὸν τὰς πόλεις εἰσπράττοντες. Καὶ μέντοι καὶ εἰς ἐκείνην συνέτρεχον ἅπαντες οἱ βασιλικὰς ἐπαγγέλλοντες χάριτας. Καὶ διὰ τούτων ἀπάντων κατεμηνύετο πανταχοῦ, ὡς καὶ ἡ Ῥωμαίων πόλις τὴν κατὰ τὸν Χριστὸν διδασκαλίαν ἐδέξατο. Μεγίστην δὲ τοῦτο τοῖς ἀκούουσιν ὠφέλειαν προῦξένει. Ὅθεν ὁ θεὸς Ἄπόστολος ἐπὶ τούτοις τὸν Δεσπότην ἀνύμνησεν. Ἐπειδὴ δὲ χειροτονησθαι μὲν ἔφη τῶν ἐθνῶν ἀπάντων διδάσκαλος, συχνοῦ δὲ χρόνου διεληλυθότος οὔτε αὐτὸς πρὸς αὐτοὺς ἀπελήλυθεν, οὔτε διὰ γραμμάτων αὐτοὺς πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐποδήγησεν, ἀναγκαιῶς καὶ τὴν ἀπολογίαν προσφέρει, καὶ τὸν Δεσπότην Θεὸν εἰς μαρτυρίαν τῆς περὶ αὐτοὺς καλεῖ διαθέσεως.

θ', ε'. Μάρτυς γάρ μου ἐστὶν ὁ Θεὸς, ᾧ λατρῶν ἐν τῷ πνεύματι μου, ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, ὡς ἀδιαλείπτως μνηστὴρ ὑμῶν ποιῶμαι. Πάντοτε ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου θεόμενος, εἰ πως ἤδη ποτὲ εὐδοθησομαι ἐν τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς. Εἶδη λατρῆας πολλὰ. Καὶ γάρ ὁ προσευχόμενος Θεῷ λατρεῖ, καὶ ὁ νηστεία χρώμενος, καὶ ὁ τοῖς θεοῖς προσέχων λόγοις¹², καὶ μέντοι καὶ ὁ τῆς τῶν ξένων θεραπείας ἐπιμελοῦ-

A Cæsaris domo¹. Docuit itaque, quod non scribat infidelibus, sed iis qui jam crediderunt. Unde eos etiam et *vocatos* et *sanctos* appellat, spiritualibus eos laudibus extollens, et eorum in eum qui ipsos illo beneficio affecerat, desiderium inflammans. *Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro et Domino Jesu Christo*. Hic Epistolæ inscriptionem perfecit: **17** Paulus, inquit, *servus Jesu Christi, omnibus qui sunt Romæ dilectis Dei, vocatis sanctis, gratia vobis et pax a Deo Patre nostro et Domino Jesu Christo*. Alia vero omnia interjecit, docens a quonam prædicator sit constitutus, et quænam prædicare jussus sit, et quibusnam hæc offerre præscriptum sit. Eis autem precatur, primum quidem Dei gratiam: per hanc enim, quicumque crediderunt, salutem sunt consecuti. Deinde pacem, per quam omnem rector virtutis actionem significat. Cum Deo enim pacem habet, qui evangelicam vitæ institutionem amplectitur, quique eum sedulo in omnibus colit et observat. Horum autem donorum non solum Patrem, sed etiam Filium largitorem esse ostendit. *A Deo enim, inquit, Patre nostro, et Domino Jesu Christo*. Per quæ nos aperte docuit Patris et Filii æqualitatem.

VERS. 8. *Primum quiaem gratias ago Deo meo per Jesum Christum pro vobis omnibus, quod fides vestra annuntiat in universo mundo*. Hoc autem non eis blandiens, sed vera dicens posuit Apostolus. Neque enim fieri poterat, ut quæ Romæ eveniebant, ea illos qui in toto erant terrarum orbe laterent. In illa enim Romanorum imperatores regiam suam habebant, et illinc mittebantur, tum qui gentibus præessent, tum qui a civitatibus vectigal exigent. Jam vero in illam quoque concurrerant omnes qui regalia petebant beneficia: et per hos omnes ubique significabatur, quod civitas Romanorum Christi doctrinam perceperat. Hoc autem iis qui audiebant maximam utilitatem afferebat. Unde et divinus Apostolus propter hæc Dominum **18** laudabat. Quoniam autem omnium gentium se ait fuisse constitutum apostolum, multum autem temporis præterierat, quo nec ipse ad eos venerat, nec ipsos litteris ad veritatem deduxerat, necessario affert excusationem, et Dominum Deum ad suæ in eos benevolentiae testimonium vocat.

VERS. 9, 10. *Testis enim meus est Deus cui servio in spiritu meo, in Evangelio Filii ejus, quod sine intermissione memoriam vestri facio*. Semper in orationibus meis obsecrans, si quo modo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos. Multa divini cultus sunt genera. Nam et Deum colit qui Deum precatur, et qui jejunio utitur, et qui vacat divinis eloquiis: et is etiam qui curandorum hospitem curam gerit. Divinus autem

¹ Philipp. iv, 22.

¹² Œcumenius: λόγος. Theodulus: sacris Litteris.

Apostolus Deo servire se dicit, dum Filii ejus Evangelium gentibus profert: et servire spiritu, hoc est, data gratia. Ita scit Unigeniti honorem Deo placere. Accurate autem loquens, non dixit simpliciter se iter ad eos expetiisse, sed in voluntate Dei. Si hoc, inquit, placet rerum omnium Gubernatori. Quod si, ubi de tot hominum myriadum salute agitur, nihil indistincte petiit divinus Apostolus, sed petitioni divinam voluntatem conjunxit, quam venia digni sumus, qui de rebus sensibilibus et disserimus et eas optamus, nec nostra omnia divinæ voluntati permittimus, ab ea que pendemus?

vita **68** aeterna in Christo Jesu Domino nostro. Hoc in loco non dicit mercedem, sed gratiam. Est enim Dei donum vita aeterna. Etsi enim summam quispiam et absolutam justitiam praestiterit, temporalibus laboribus aeterna bona non aequabiliter respondent. His dictis, ut doceret quod eos peccare non oporteat, qui vitam ex gratia instituunt, rursus convertit orationem ad conferendam legem cum gratia : atque hujus quidem ostendit potentiam, illius vero imbecillitatem, et docet hac exorta illam cessasse. Sic autem incipit :

CAPUT VII.

VERS. 1. An ignoratis, fratres (scientibus enim legem loquor), quod lex in homine dominatur, quanto tempore vivit? Vos etiam, inquit, recte scitis, qui in lege educati estis, quod lex iis dominatur qui adhuc supersunt. Afferit autem etiam exemplum rei propositae conveniens, et dicit :

VERS. 2. Nam quae sub viro est mulier, viventi viro alligata est lege; si autem mortuus fuerit vir ejus, soluta est a lege viri. Deinde hoc docet apertius.

VERS. 3. Igitur vivente viro vocatur adultera, si fuerit cum alio viro. Si autem mortuus fuerit vir ejus, liberata est a lege, ut non sit adultera, si fuerit cum alio viro. Adulteram, inquit, vocat lex, non eam quae post mortem conjugis alii conjungitur, sed eam quae conjuge superstite cum alio copulatur. Hanc enim, ut quae legem matrimonii injuria afficiat, puniri jubet. Clarum est ergo quod, postquam vir vitam sinierit, ex lege et non contra legem faciat vidua, quae alii nupserit. Et sciebat quidem **69** divinus Apostolus, quod lex viventibus quoque separandi matrimonii facultatem dederit, quando id gratum non esset. Sed Dominicam doctrinam exaudiit, quae dicit Moysen hanc legem dedisse cordis Judaeorum duritiae : legem vero naturae non ita habuisse. Unum enim virum, inquit, et unam feminam creavit Deus, in ipsa creatione matrimonii legem statuens. Et propterea hoc relicto, accessit ad legem, quae de mortuis lata est, et subjunxit :

VERS. 4. Itaque, fratres mei, et vos mortificati estis legi per corpus Christi, ut sitis vos alterius, qui ex mortuis resurrexistis. Atqui juxta exemplum consequens erat dicere : Lex mortificata est, hoc est, cessavit. Sed Judaeorum imbecillitati consulens, legem enim plurimi faciebant, et haereticis, qui Veteri Testamento sunt infesti, ejus accusandae occasionem dare volens, non dixit legem cessavisse, sed dixit nos legi mortificatos esse per baptismum salutarem : deinde cum resurrexissemus, alteri conjunctos esse, qui ex mor'tuis

VARIAE LECTIONES.

¹¹ B προστετοχέναι.

resurrexit, noc est, Domino Christo. Et quoniam A conjunctionem et matrimonium nostram in Christum fidem appellavit, merito matrimonii quoque fructum ostendit. *Ut fructificemus*, inquit, *Deo*. Quis est autem fructus? Ut membra nostra fiant arma justitiæ. Valde autem sapienter demonstravit legem jubere ut Christo jungamur. Non enim prohibebat, inquit, quo minus posset mulier alii viro nubere post prioris mariti mortem. Deinde rursus ostendit differentiam.

Vers. 5. *Cum enim essemus in carne*. Hoc est in 70 conversatione secundum legem. *Carnem* enim vocavit eas leges quæ carni datæ sunt, de cibo, et potu, et lepra, et iis similibus. *Passiones peccatorum, quæ per legem erant, operabantur in membris nostris*. Non dixit, sub lege, sed, *per legem*. Ipsa enim non operabatur peccatum, sed ipsa peccatum accusabat. Peccatum autem bono male usum est. Neque vero membra nostra operabantur peccatum, sed per membra nostra animæ ad id quod est deterius inclinatio, peragebat ejus operationem. Quid autem ex eo eveniebat? *Ut fructificarent morti*. Per hæc autem nos docuit, quod ante gratiam, dum sub legis statu ageremus, peccati vehementiores impetus sustinebamus, cum lex quid esset quidem agendum ostenderet, auxilium autem non ferret.

Vers. 6. *Nunc autem soluti sumus a lege*. Rursus in cautione perstitit: et non dixit, soluta est lex, sed *nos soluti sumus a lege*. Lex scilicet nobis inutilis est, neque enim ex illa amplius vitam instituitur. Et quomodo soluti sumus? *Mortui ei in qua detinebamur*. Cum enim legi obnoxii essemus, accessimus ad baptismum. Simul autem cum Christo mortui, ac cum ipso resurgentes, legislatori conjuncti sumus, nec legali vitæ ratione amplius opus habemus. Ipsam enim Spiritus gratiam accepimus. Hoc enim sequentia declarant. *Ita ut serviamus in novitate spiritus, et non in vetustate litteræ*. Et litteræ opposuit spiritum, et veteri novum, ut per litteram quidem legem 71 ostendat, per vetus autem, ejus cessationem. Nam et Deus dicit per Jeremiam: « Disponam domui Israel et domui Judæ Testamentum novum, non secundum testamentum quod disposui patribus eorum, in die qua apprehensa ego manu ipsorum eduxi eos e terra Ægypti ». » Quare etiam per prophetam ostensa est differentia: et cum Novum Testamentum apparuerit, oportet Vetus cedere. Hæc cum dixisset divinus Apostolus, et prævideret, utpote divina gratia ornatus, quod quidam ex hæreticis hæc ad Veteris Testamenti accusationem

ἐτέρῳ συναφθῆναι τῷ ἐκ νεκρῶν ἐγεθῆντι, τοῦτέστι τῷ Δεσπότη Χριστῷ. Καὶ ἐπειδὴ συνάφειαν καὶ γάμον τὴν εἰς τὸν Κύριον προσηγόρευσε ⁶⁶ πίστιν, εἰκότως δεικνύσει καὶ τὸν τοῦ γάμου καρπὸν. Ἴνα καρποφορήσωμεν, φησὶ, τῷ Θεῷ. Τίς δὲ ἡ καρποφορία; Τὸ τὰ μέλη ἡμῶν ὕψλα δικαιοσύνης γενέσθαι. Μάλα δὲ σοφῶς αὐτὸν ὑπέδειξε τὸν νόμον παρεγγυῶντα τῷ Χριστῷ συναφθῆναι. Οὐκ εἶργε ⁶⁶ γὰρ, φησὶ, τὴν γυναῖκα γήμασθαι ἀνδρὶ ἐτέρῳ μετὰ τὴν τελευταίην τοῦ προτέρου. Εἴτα πάλιν τὸ διάφορον δεικνύσιν.

ε'. Ὅτε γὰρ ἡμεῖς ἐν τῇ σαρκὶ (τοῦτέστι τῇ κατὰ νόμον πολιτείᾳ. Σάρκα γὰρ τὰς τῇ σαρκὶ δεδομένας νομοθεσίας ὠνόμασε, τὰς περὶ βρώσεως, καὶ πόσεως, καὶ λέπρας, καὶ τὰ τοῦτοις ⁶⁷ προσόμοια), τὰ πηθήματα τῶν ἀμαρτιῶν, τὰ διὰ τοῦ νόμου, ἐτηρηθεῖτο ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν. Οὐκ εἶπεν, ὑπὸ τοῦ νόμου, ἀλλὰ, διὰ τοῦ νόμου. Οὐ γὰρ αὐτὸς ἐνήργει τὴν ἀμαρτίαν, ἀλλ' αὐτὸς κατηγήρει τῆς ἀμαρτίας. Ἡ δὲ ἀμαρτία κακῶς ἐκίχρητο τῷ ἀγαθῷ. Ὅστε μὴ τὰ μέλη ἡμῶν ἐνήργει τῆς ἀμαρτίας, ἀλλὰ διὰ τῶν ἡμετέρων μελῶν ἡ τῆς ψυχῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον βοήθη ἀπτελεῖ τὴν ταύτης ἐνεργειαν. Τί δὲ ἐντεῦθεν ἐγένετο; Εἰς τὸ καρποφορῆσαι τῷ θανάτῳ. Διὰ τούτων δὲ ἡμᾶς εἰδίδασκεν ὡς, πρὸ τῆς χάριτος, ὑπὸ τῷ νόμῳ πολιτευόμενοι, σφοδρότερας ἐδεχόμεθα τῆς ἀμαρτίας τὰς προσβολὰς, τοῦ νόμου μὲν τὴ πρακτικὸν ὑποδεικνύοντος, ἐπικουρίαν δὲ οὐ παρέχοντος.

ς'. Νυρὶ δὲ κατηργήθημεν ἀπὸ τοῦ νόμου. Πάλιν ἐπέμεινε τῇ φειδῶ: καὶ οὐκ εἶπε, Κατηργήθη ⁶⁸ ὁ νόμος, ἀλλ', Ἡμεῖς κατηργήθημεν ἀπὸ τοῦ νόμου. Τοῦτέστιν, ἀργὸς ἡμῖν ἐστίν, οὐκέτι κατ' ἐκαίνον πολιτευόμεθα. Καὶ πῶς κατηργήθημεν; Ἀποθανόντες ἐν ᾧ κατεχόμεθα. Ἰποκείμενοι γὰρ τῷ νόμῳ, προσελθύσαμεν τῷ βαπτίσματι: συναποθανόντες δὲ τῷ Χριστῷ, καὶ συναναστάντες αὐτῷ, τῷ νομοθέτῃ συνήφθημεν, καὶ οὐκέτι τῆς νομικῆς πολιτείας δεόμεθα: αὐτὴν γὰρ τὴν τοῦ Πνεύματος χάριν ἐδεξάμεθα. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὰ ἐξῆς: Ὅστε δουλεύειν ἡμῖς ἐν καινότητι πνεύματος, καὶ οὐ παλαιότητι γράμματος. Καὶ ἀντέθηκε τῷ μὲν γράμματι τὸ πνεῦμα, τῷ δὲ παλαιῷ τὸ καινόν, ἵνα δείξῃ τῷ μὲν γράμματι τὸν νόμον, τῷ δὲ παλαιῷ τὴν τούτου παῦλαν. Καὶ γὰρ διὰ Ἰερραίου φησὶν ὁ Θεός: « Διαθήσομαι τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ, καὶ τῷ οἴκῳ Ἰούδα διαθήξην καινὴν, οὐ κατὰ τὴν διαθήξην, ἣν διαθήξην τοῖς πατράσιν αὐτῶν, ἐν ἡμέρᾳ ἐπιλαθόμενου μου τῆς χειρὸς αὐτῶν, ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου. » Ὅστε καὶ διὰ τοῦ Προφῆτου δέδεικται τὸ διάφορον, καὶ τῆς Καινῆς Διαθήκης ἀναφανείσης, ὑποχωρήσαι προσήκει τὴν Παλαιάν. Ταῦτα ὁ θεὸς Ἀπόστολος εἰρηκῶς, καὶ προορῶν, ὡς πνευματικῆς χάριτος ἤξιωμένος, ὅτι τῶν αἰρετικῶν τινες

⁶⁶ Jerem. xxxi, 31, 32.

VARIE LECTIONES.

⁶⁶ B προσηγορέυσας. ⁶⁷ B εἶργει. ⁶⁸ OEc. Καὶ τῶν τοιούτων. ⁶⁹ OEcum. κατήργηται.

εις κατηγορίαν ταῦτα τῆς Παλαιᾶς λήφονται Διαθή- A
κης, καὶ νομιούσιν ἄλλου τινὸς εἶναι Θεοῦ τὸν νόμον
τὸν παλαιὸν, ἀναγκαιῶς καὶ τὰς ἀντιθέσεις τίθησι,
καὶ ἐπιφέρει τὰς λύσεις.

ζ. *Τι οὖν ἐροῦμεν; ὁ νόμος ἁμαρτία;* Πολλὰ
τέθεικεν ἐν τοῖς πρόσθεν εἰρημένους, ἃ τοῖς βλασ-
φημεῖν τὸν νόμον ἐθέλουσι παρέσχεν ἂν πρόσραιν
εἰς τὴν κοῦ νόμου κατηγορίαν, εἰ μὴ τὴν προ-
κειμένην τῶν ζητημάτων ἐποιήσατο λύσιν. « Νόμος
γὰρ παρεσιήλθεν, ἵνα πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα. »
Καί· « Ὁ νόμος ὀργὴν κατεργάζεται. » Καί· « Ἐξ
ἔργων νόμου οὐ δικαιοθήσεται ἐνώπιον αὐτοῦ πᾶσα
σὰρξ » καὶ τὰ τοῦτοις προσόμοια. Ὅθεν ἐπὶ τῇ
λύσει τούτων αὐτῶν τέθεικε τὴν ἀντίθεσιν. Καὶ
πρῶτον μὲν βλάσφημον ἔδειξε τὴν ἐρώτησιν, καὶ
τὸν ἀπαγορευτικὸν τέθεικε λόγον, *Μὴ γένοιτο.* Εἶτα B
διδάσκει τοῦ νόμου τὸ χρῆσιμον· *Ἀλλὰ τὴν ἁμαρ-
τίαν οὐκ ἔγνω, εἰ μὴ διὰ τοῦ νόμου.* Οὐ μόνον,
φησὶν, ὁ νόμος οὐκ ἔστιν ἁμαρτίας διδάσκαλος⁶⁰,
μὴ γένοιτο, ἀλλὰ καὶ τὸναντίον ἁμαρτίας κατ-
ήγορος. Οὐ γὰρ ἂν ἔγνω τί τὸ κακὸν, εἰ μὴ ἐκεῖνος
ἐδίδαξε. *Τὴν τε γὰρ ἐπιθυμίαν οὐκ ἤθευ, εἰ μὴ
ὁ νόμος ἔλεγε· Οὐκ ἐπιθυμήσεις.* Τὸ, *οὐκ ἤθευ,*
καὶ, *οὐκ ἔγνω,* οὐ παντελῶς⁶¹ ἀγνοίας ἐνταῦθα
δηλωτικά· ἀλλὰ τοῦτο λέγει, ὅτι ἀκριβεστέραν
τῆς φυσικῆς διακρίσεως ἐδεξάμην γνώσιν διὰ τοῦ
νόμου.

η. *Ἀφορμὴν δὲ λαβοῦσα ἡ ἁμαρτία διὰ τῆς
ἐντολῆς, κατεργάσατο ἐν ἐμοὶ πᾶσαν ἐπιθυμίαν.*
Διὰ πάντων πειράται δεικνύται τῆς κατηγορίας
ἐλεύθερον. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, ὅτι ἠῤῥήθη τὰ ἁμαρ- C
τήματα τῇ θέσει τοῦ νόμου, ἵνα μὴ τις ὑπολάβῃ τὸν
νόμον αἴτιον γεγενῆσθαι, ἀναγκαιῶς τὸν ταύτης
ὑποδεικνύσει τρόπον· ὅτι πρόσραιν διαμάχης ἡ
ἁμαρτία τὴν νομοθεσίαν λαβοῦσα, τὴν ἀσθενέστερον
κατηγωνίσαστο⁶² λογισμῶν. *Χωρὶς γὰρ νόμου ἡ ἁμαρ-
τία νεκρά.* Νόμου γὰρ οὐκ ὄντος, τοῦ τὸ πρακτέον
ὑποδεικνύοντος, καὶ τὸ οὐ πρακτέον ἀπαγορεύοντος⁶³,
οὐκ ἔχει χώραν ἡ ἁμαρτία. Εἶτα ἀπὸ παραδείγματος
τοῦτο ποιεῖ φανερόν.

θ. *Ἐγὼ δὲ ἔκωρ χωρὶς νόμου ποτέ.* Ὁ γὰρ
Ἀδὰμ πρὸ τῆς παραβάσεως οὐκ εἶχε τοῦ θανάτου
τὸ δέος.

*Ἐλθούσης δὲ τῆς ἐντολῆς, ἡ ἁμαρτία ἀνέζη-
σεν· (ι'). ἐγὼ δὲ ἀπέθανον.* Τοῦ γὰρ Θεοῦ τὴν D
περὶ τῶν δένδρων ἐντολὴν θεεικότος, εὐθὺς μὲν
προσελήλυθε διὰ τοῦ ὄφρατος ὁ διάβολος τῇ γυναικί,
καὶ τοῖς ἀπατηλοῖς ἐκεῖνοις ἐχρήσατο λόγοις. Δελεα-
σθεῖσα δὲ ἐκείνη, καὶ τοῦ καρποῦ τὴν ὥραν θεα-
σαμένη, ἠττήθη μὲν τῆς ἡδονῆς, παρέθη δὲ τὴν
ἐντολὴν· ἐδέξατο δὲ σὺν τῷ Ἀδὰμ παραυτίκα τὸν
ὄρον τῆς τελευτῆς· ἐκοινωνήσε γὰρ κακείνους τῆς
βρώσεως. *Καὶ εὐρέθη μοι ἡ ἐντολή ἡ εἰς ζωὴν,
αὕτη εἰς θάνατον.* Διὰ πάντων ἀπολογεῖται μὲν
ὑπὲρ τοῦ νόμου καὶ τῆς ἐντολῆς· τῆς δὲ ἁμαρτίας

¹ Rom. v, 20. ² Rom. vi, 15.

VARIÆ LECTIONES.

⁶⁰ Augustanus codex: οὐκ ἔστιν ὁ νόμος ἁμαρτίας διδάκτικός. ⁶¹ Aug. τῆς παντελοῦς. ⁶² Aug. κατε-
τροπώσατο. ⁶³ A διαγορεύοντος.

accepturi essent, et existimaturi veterem legem
esse alicujus alius Dei, necessario objectiones
proponit, et earum affert solutiones.

VERS. 7. *Quid ergo dicemus? lex peccatum est?*
Multa posuit in superioribus, quæ iis qui legem
vellet maledictis impetere, præberent occasionem
ad eam accusandam, nisi propositam quæstionum
solutionem attulisset. « Lex enim subintravit, ut
abundaret peccatum¹; » et: « Lex iram opera-
tur²; » et: « Ex operibus legis non justificabitur
coram eo omnis caro³, » et quæ sunt his similia.
Unde ad promendam solutionem horum ipsorum
objectionem proposuit. Ac primum quidem, blas-
phemam esse ostendit interrogationem, et negati-
vam dictionem intulit, *Absit.* Deinde docet legis
utilitatem: *Sed peccatum non cognovi, nisi per le-
gem.* Non solum, inquit, non est lex peccati mag-
istra, absit; sed contra etiam peccati accusatrix.
Neque enim cognovissem, quid sit malum, nisi illa
docuisset. *Nam 72 et concupiscentiam nesciebam,*
nisi lex diceret: Non concupisces. Illud non cognovi,
et nesciebam, hoc loco non ignorationem omni-
modam significant; sed hoc dicit naturalis se
discretionis exactiorem cognitionem accepisse
per legem.

VERS. 8. *Occasione autem accepta per mandatum
peccatum operatum est in me omnem concupiscen-
tiam.* Per omnia ostendere conatur eam esse ab
accusatione liberam. Quia enim dixit aucta esse
peccata per legis impositionem, ne quis existi-
maret legem peccati causam fuisse, necessario
illius modum ostendit. Cum enim peccatum ex
lege lata pugnæ occasionem cepisset, imbecillio-
rem rationem expugnavit. *Sine lege enim peccatum
mortuum erat.* Nisi enim lex sit, quæ quid sit
agendum ostendat et quod non agendum prohibeat,
non est locus peccato. Deinde exemplo hoc ma-
nifestum reddit.

VERS. 9. *Ego autem vivebam sine lege aliquando,*
Adam enim ante transgressionem non habebat
metum mortis.

Sed cum venisset mandatum, peccatum revixit:
(VERS. 10.) *Ego autem mortuus sum.* Cum enim
Deus de arboribus statuisset præceptum, statim
diabolus per serpentem accessit ad mulierem, et
fallacibus illis sermonibus usus est. Illa autem
inescata, cum fructus pulchritudinem aspexisset,
a voluptate superata est, et præceptum transiit.
Una autem cum Adamo statim mortis decretum
accepit. Fuerat enim ille etiam esus particeps.
*Et inventum est mihi mandatum, quod erat ad vi-
tam, hoc esse ad mortem.* Legem et mandatum per
omnia defendit, peccati autem improbitatem

73 arguit. Mandatum enim, inquit, vitam sup-
peditat : ad id autem quod est deterius conversio,
mortem peperit. Propterea proprie posuit illud
inventum est, ut ostendat aliud quidem esse legis
propositum, aliud vero id quod propter peccatum
accidit.

VERS. 11. *Nam peccatum, occasione accepta per
mandatum, seduxit me, et per illud occidit.* Idem
diverse dixit.

VERS. 12. *Quare lex quidem sancta, et mandatum
sanctum, et justum, et bonum.* Legem appellat eam
quæ Mosaica dicitur, mandatum vero, quod Adamo
datum est. Quod quidem pluribus laudibus orna-
vit, eo quod vulgo pluribus modis accusetur. Qui
enim otio se dedunt, et virtutis labores refugiant,
Dominum Deum accusant quod mandatum dederit.
Si enim, inquit, quod erat futurum ignorabat,
quomodo Deus, qui futura non præcitat? Sin au-
tem prævidens transgressionem dedit mandatum,
ipse est causa transgressionis. Oportebat autem
eos intelligere rerum honestarum malarumque
notionem propriam* eorum esse, qui ratione
sunt præditi. Eorum enim quæ ratione carent,
natura non habet hæc discernendi facultatem. Est
enim rapax lupus, leo crudivorus, et ursi et pardi
his similia faciunt; nec habent sensum peccati,
nec conscientiam quæ a factis suis pungatur.
Homines autem, etiamsi nullus rebus agendis in-
terisit, erubescunt, et quæ ipsi admittere ausi sunt
pertimescunt. Conscientia enim accusationem com-
parat. Quomodo ergo fieri poterat, ut qui tali
essent natura præditi, sine lege viverent? Pro-
pterea Deus mandatum statuit, ut et propriam
naturam agnosceret, et legislatorem timeret. Licet
autem legislatoris humanitatem agnoscere. **74**
Non enim difficilem aliquam legem tulit, sed quæ
facillime servari posset. Concesserat ut liceret frui
omnibus plantis, unius tantummodo esum vetue-
rat : non illi unam invidens, quomodo enim, qui
illi omnium potestatem dederat? Sed eum servitu-
tis terminos docens, et ut in Creatorem benevolens
esset animo instituens, et rationis facultate præ-
dito ejus exercendæ occasionem præbens. Quod si
non servato præcepto mortis decreto addictus est,
non est hoc culpa ejus qui delit, sed ejus qui
transgressus est. Neque enim medicus, qui jubet
ægroto ut a frigida potu absteineat, ei invidens hoc
facit, sed ejus sanitatem procurans. Quare si ille,
non servato præcepto, frigidam aquam biberit, ipse
ad se damnum attrahit : medicus autem nulla
culpa vacuus. Dominus ergo Deus, et ipsum Ada-
mum, et totum illius genus, omni cura et studio
dignatus est. Atque ut, aliis omissis, ad id veniam
quod est maximum et præcipuum, propter illum,
et illius genus, unigenitum Dei Verbum homo fa-
cium est, et mortis dominatum fregit, qui ab illo

Α την πονηρίαν ἐλέγχει. Ζωῆς γὰρ, φησίν, ἡ ἐντολὴ
χρηστῆς, ἡ δὲ περὶ τὸ χεῖρον τροπὴ τὸν θάνατον
ἀπεκύρτωσε. Διὰ τοῦτο κυρίως τὸ, εὐρέθη, τέθεικεν,
ἵνα δείξῃ, ἄλλον μὲν τὸν τοῦ νόμου σκοπὸν, ἄλλο δὲ
τὸ διὰ τῆς ἁμαρτίας συνδῶν.

α'. Ἡ γὰρ ἁμαρτία, ἀφορμὴν λαβοῦσα διὰ
τῆς ἐντολῆς, ἐξηπάτησέ με, καὶ δι' αὐτῆς ἀπ-
έκτεινε. Τὸ αὐτὸ διαφόρως εἶρηκεν.

β'. Ὅστε ὁ μὲν νόμος ἅγιος, καὶ ἡ ἐντολὴ
ἁγία, καὶ δικαία, καὶ ἀγαθὴ. Νόμον τὸν Μωσαϊκὸν
καλεῖ, ἐντολὴν δὲ τὴν τῷ Ἀδὰμ δεδομένην. Οὐ δὲ
χάριν καὶ πλείοσιν ἐταίνωσαν αὐτὴν εὐφημίας⁶².
ὡς πλείους παρὰ πολλῶν δεχομένην κατηγορίας.
Οἱ γὰρ ἄφθυμὰ συζῶντες, καὶ τοὺς τῆς ἀρετῆς οὐκ
ἀσπαζόμενοι πόνους, καὶ τοῦ Δεσπότητος Θεοῦ κατ-
ηγοροῦσιν, ὡς θεοεικότος τὴν ἐντολὴν. Εἰ μὲν γὰρ
ἴγνῶσι, φασί⁶³, τὸ γεννησόμενον, πῶς Θεὸς ὁ μὴ προ-
γινώσκων τὰ μέλλοντα; Εἰ δὲ προορῶν τὴν παρά-
θασιν, τέθεικε τὴν ἐντολὴν, αὐτῆς τῆς παραβάσεως
αἴτιος. Ἐδεῖ δὲ αὐτοὺς συνιδεῖν, ὡς ἴδιον τῶν λογι-
κῶν ἢ τῶν καλῶν καὶ τῶν ἐναντίων διάγνωσις⁶⁴.
Τῶν γὰρ ἀλόγων ἢ φύσις οὐκ ἔχει τὴν τούτων δι-
άκρισιν. Ἀρπακτικὸς γὰρ ὁ λύκος, ὠμοδόρος ὁ λέων,
καὶ ἄρκτοι καὶ παρδάλεις τὰ ὅμοια δρῶσι· καὶ οὐκ
ἔχουσι τῆς ἁμαρτίας αἴσθησιν, οὐ δὲ συνειδὸς ὑπὸ
τῶν γινόμενων κεντούμενον. Ἄνθρωποι δὲ, κἄν
μηδεὶς τοῖς γινόμενοις παρῆ, ἐρυθρίωσι καὶ δεῖξιαι
τὰ τολμώμενα. Τὴν γὰρ κατηγορίαν ὑφαίνει τὸ συν-
ειδὸς. Πῶς τοίνυν ἐνῆν τοὺς τοιαύτην ἔχοντας φύσιν
χωρὶς νόμου πολιτεύεσθαι; Διὰ τοῦτο τέθεικε
τὴν ἐντολὴν ὁ Θεὸς, ἵνα καὶ τὴν οἰκειαν φύσιν ἐπι-
γινώσκῃ, καὶ τὴν νομοθέτην δειμαίνῃ. Ἔστι δὲ ἰδεῖν
καὶ τοῦ νομοθέτου τὴν φιλανθρωπίαν. Οὐ γὰρ τινα
δυσκατόρθωτον τέθεικε νόμον, ἀλλὰ καὶ λίαν εὐπε-
τῶς φυλαχθῆναι δυνάμενον. Πάντων ἐδεδώκει τῶν
φυτῶν τὴν ἀπόλαυσιν, ἐνδὸς δὲ μόνου ἐκεκωλύκει
τὴν μετάληψιν, οὐ φθονῶν αὐτῷ τοῦ ἐνδὸς (πῶς
γὰρ ὁ γε πάντων αὐτῷ τὴν ἐξουσίαν παρεσχηκώς;) ἀλλὰ
τῆς δουλείας αὐτὸν ἐκπαιδεύων τοὺς ὄρους⁶⁵,
καὶ εὐνοῦν εἶναι περὶ τὴν Πεποιηκότα διδάσκων,
καὶ ἀφορμὴν εἰς γυμνασίαν παρέχων τῷ λογικῷ.
Εἰ δὲ τὴν ἐντολὴν μὴ φυλάξας ὑπὸ τὸν ὄρον τοῦ
θανάτου κατέστη, οὐ κατηγορία τοῦτο τοῦ θεοεικό-
τος, ἀλλὰ τοῦ παραθεηκότος. Οὐ γὰρ ἰατρὸς, ἀπ-
έχεσθαι κελεύων ψυχροποσίας τῷ κάμνοντι, φθόνῳ
βαλλόμενος τοῦτο ποιεῖ, ἀλλὰ τὴν ὑγίαν πραγμα-
τευόμενος. Εἰ δὲ ἐκεῖνος, μὴ φυλάξας τὴν ἐντολὴν,
μεταλάβοι τοῦ ὕδατος, αὐτὸς ἐπισπάται τὴν βλάβην·
ὁ δὲ γε ἰατρὸς τῆς κατηγορίας ἀνεύθυνος. Ὁ μὲντοι
Δεσπότης Θεὸς, καὶ αὐτὸν τὸν Ἀδὰμ, καὶ ἅπαν τὸ
ἐκεῖνου γένος, πάσης ἐπιμελείας ἠξίωσε. Καὶ ἵνα,
τὰ ἄλλα ἀφείλ, ἐπὶ τὸ κυριώτατον ἔλω, δι' ἐκεῖνον,
καὶ τὸ ἐκεῖνου γένος, ὁ μονογενὴς ἐπιθροῦνητος
Λόγος, καὶ τοῦ θανάτου τὴν δυναστείαν κατέπαυσεν,
ἐξ ἐκεῖνου τὴν ἀρχὴν δεξαμένην· καὶ τὴν ἀνάστασιν

VARIE LECTIONES.

⁶² Ἀ στεφάνους. ⁶³ Ita A. Sirmondi edit. φησὶ. ⁶⁴ Ἀ τῶν μὴ τοιοῦτων διάκρισις.

ἐπηγγελάτο, καὶ βασιλείαν ἡνδρέπισεν οὐρανῶν ἄ
 ὥστε καὶ τὴν ἐκεῖνου παράβασιν ἤδει, καὶ τὴν
 ἐσομένην ἰακὴν προηυτρέπισε. Διὰ τοι τοῦτο ὁ θεὸς
 Ἀπόστολος καὶ ἀγίαν, καὶ δικαίαν, καὶ ἀγαθὴν
 τὴν ἐντολὴν προσηγόρευσε· ἀγίαν μὲν, ὡς τὸ δέον
 διδάσασαν· δικαίαν δὲ, ὡς ὀρθῶς τοῖς παραβάταις
 τὴν ψῆφον ἐξενεγκοῦσαν⁶⁶· ἀγαθὴν δὲ, ὡς ζωὴν
 τοῖς φυλάττουσιν εὐτρέπίζουσαν. Εἶτα πάλιν τὸ
 ὑποροῦν τιθεῖσι.

17. Τὸ οὖν ἀγαθὸν ἐμοὶ γέγονε θάνατος; Καὶ
 πάλιν συνήθως ἀπαγορεύει· Μὴ γένοιτο. Καὶ ἐπι-
 δείκνυσσι τῶν κακῶν τὴν αἰτίαν. Ἀλλ' ἡ ἁμαρτία,
 ἴνα φανῇ ἁμαρτία, διὰ τοῦ ἀγαθοῦ μοι κατερ-
 γαζομένη θάνατον. Ἀσφαλές ἐστι διὰ πολλὴν συν-
 τομίαν· λέγει δὲ τοῦτο, οὐκ διὰ τοῦ ἀγαθοῦ, τουτέστι
 διὰ τοῦ νόμου καὶ τῆς ἐντολῆς, δείκνυται μοι ἡ
 ἁμαρτία, τουτέστι κακὴ καὶ πονηρά. Καὶ πῶς δει-
 κνυται; Κατεργαζομένη θάνατον. Ἀπὸ γὰρ τοῦ
 καρποῦ γινώσκω τὸ δένδρον, καὶ τὸν θάνατον βλέ-
 πων, τὴν τοῦτου μητέρα μισῶ. Τοῦτων δὲ μοι ὁ
 νόμος διδάσκαλος. Οὐ τοίνυν ὁ νόμος κακὸς ὁ ταῦτα
 διδάσκων· ἀλλ' ἡ ἁμαρτία, προξενούσα τὸν θάνατον.
 Ποῖε δὲ τὴν ἁμαρτίαν τῆς ἡμετέρας προαιρέσεως
 ἡ ἐπὶ τὸ χεῖρον βοήθ. Ἴνα γένηται καθ' ὑπερ-
 βολὴν ἁμαρτωλὸς ἡ ἁμαρτία διὰ τῆς ἐντολῆς.
 Εἰ γὰρ καὶ ἡ φύσις αὐτὴν ὑποδείκνυσσι, ἀλλ' οὖν
 γε ὁ νόμος ἀκριβέστερον ἡμᾶς ἐδίδαξε τῆς πονηρίας
 αὐτῆς τὴν ὑπερβολὴν. Τὸ δὲ, ἴνα γένηται, ἐλλειπῶς
 λέγεται· προσυπακούεται δὲ, φανερά. Οὕτω γὰρ καὶ
 ἐν τοῖς ἐμπροσθεν εἰρήκαμεν· Ἀλλ' ἡ ἁμαρτία
 ἴνα φανῇ ἁμαρτία, διὰ τοῦ ἀγαθοῦ μοι κατεργα-
 ζομένη θάνατον, ἴνα γένηται καθ' ὑπερβολὴν
 ἁμαρτωλὸς ἡ ἁμαρτία διὰ τῆς ἐντολῆς. Τουτέστιν,
 ἴνα γένηται διὰ τῆς ἐντολῆς φανερά, οὐ καθ' ὑπερ-
 βολὴν ἐπὶν ἁμαρτωλὸς ἡ ἁμαρτία, ἀντὶ τοῦ, πον-
 ηρά. Εἶτα καθάπερ τις ἄριστος ζωγράφος, τῆς
 ἡμετέρας φύσεως καὶ τῆς ἁμαρτίας διαγράφει τὸν
 πόλεμον.

18. Οἴδαμεν δὲ ὅτι ὁ νόμος πνευματικὸς ἐστι.
 Πάνιν ταινοῖσι τὸν νόμον τῆ εὐφροσύνης. Τί γὰρ ταύτης
 τῆς προσηγορίας σεβασμιώτερον; Θεῖον γὰρ, φησὶν,
 ἐγράφη Πνεύματι· ταύτης μετέχων τῆς χάριτος ὁ
 μακάριος Μωσῆς τὸν νόμον συνέγραψεν. Ἐγὼ δὲ
 σαρκικὸς εἰμι, πεπραμένος ὑπὸ τῆν ἁμαρτίαν. Ἐν
 τὸν πρὸ τῆς χάριτος ἀνθρώπων ἐισάγει ποιοροκού-
 μενον ὑπὸ τῶν παθῶν. Σαρκικὸν γὰρ καλεῖ, τὸν
 μηδέπω τῆς πνευματικῆς ἐπικουρίας τετυχηκότα.
 Τὸ δὲ, πεπραμένος ὑπὸ τῆν ἁμαρτίαν, διὰ τῆς
 προφητικῆς νοήσωμεν χρήσεως. «Τοῦ, φησὶ, ταῖς
 ἁμαρτίαις ὑμῶν ἐπράθητε.» Τοῦτο καὶ ἐνταυθα φη-
 σιν· Ἡτομόλησα πρὸς τὴν ἁμαρτίαν, καὶ ἐμαυτὸν
 αὐτῇ πέπρακα⁶⁷.

19. Ὁ γὰρ κατεργάζομαι, οὐ γινώσκω. Ὁ γὰρ
 ἠνώμενος ὑπὸ τῆς ἡδονῆς, καὶ μέντοι καὶ τῆς
 ἔργῆς τῷ πάθει μεθύων, οὐκ ἔχει σαφῆ τὴν γνώσιν

initium cepit: et resurrectionem pollicitus est,
 et caelorum regnum paravit. Quare et illius trans-
 gressionem scivit, et futuram medicinam praepa-
 ravit. Propterea ergo divinus Apostolus, et sanc-
 tum, et justum, et bonum mandatum appellavit.
 Sanctum quidem, quod id docuerit quod decebat.
 Justum autem, quod in transgressores recte sen-
 tentiam tulerit. Bonum vero, quod iis qui illud
 servant vitam praeparet. Deinde rursus ponit du-
 bitationem quae subhoritur.

Vers. 13. Quod ergo bonum est, mihi factum est
 mors? Et rursus ut solet 75 negat, Absit. Et
 ostendit malorum causam. Sed peccatum, ut appa-
 reat peccatum, tanquam id quod per bonum opera-
 tum est mihi mortem. Obscurum istud est propter
 miniam brevitate. Hoc autem dicit, Per bonum,
 hoc est, per legem et mandatum, ostenditur mihi
 peccatum, scilicet malum et improbum. Et quo-
 modo ostenditur? Operans mortem. Ex fructu
 enim cognosco arborem, et dum video mortem,
 ejus matrem odi. Lex autem est horum mihi ma-
 gistra. Non est ergo lex mala, quae haec docet: sed
 peccatum malum est, quod mortem conciliat. Pec-
 catum autem facit liberi arbitrii nostri ad id quod
 deterius est inclinatio. Ut fiat supra modum pec-
 cans peccatum per mandatum. Etsi enim natura
 ipsa illud ostendit, lex tamen perfectius nos do-
 cuit, quanta sit ejus improbitas. Et autem quod ait,
 ut fiat, aliquid deest: subauditur enim, apertum.
 Sic enim in anterioribus diximus: Sed peccatum
 ut appareat peccatum, per bonum operatum est mihi
 mortem, ut fiat supra modum peccans peccatum
 per mandatum. Hoc est, ut per mandatum mani-
 festetur peccatum supra modum peccare, hoc est
 malum esse. Deinde, tanquam praestantissimus
 quispiam pictor, naturae nostrae et peccati bellum
 describit.

Vers. 14. Scimus autem quod lex est spiritualis.
 Legem rursus ornat laudibus. Quid enim haec
 appellatione honorabilius? Divino quippe, ait,
 spiritu scripta est. Hujus gratiae particeps factus
 beatus Moses legem conscripsit. Ego autem car-
 nalis sum, venundatus sub peccato. Introducit ho-
 minem ante gratiam ab 76 animi perturbationibus
 obsessum. Carnalem enim vocat eum, qui nondum
 spiritualem gratiam est assecutus. Illud autem,
 venditus sub peccato, ex Prophetae verbis intelligen-
 mus. «Ecce, inquit, peccatis vestris venundati
 estis.» Hoc ipsum hic dicit: Sponte transii ad
 peccatum, et meipsum illi venundedi.

Vers. 15. Quod enim operor, non intelligo. Qui
 enim a voluptate, vel etiam ab ira vincitur, illa
 animi perturbatione ebrius, non habet apertam

VARIÆ LECTIONES.

⁶⁶ A ἐπενεγκούσαν. ⁶⁷ A addit: ἐκδεδομένος ὡς περ εἰς πταίσματα.

peccati cognitionem, sed postquam ab illa perturbatione quieverit, mali tunc sensum accipit. *Non enim quod volo hoc ago, sed quod odi illud facio.* Hoc a lege pulchre efficitur: nempe ut doceat quid sit malum, et ejus odium animæ inserat. Illa autem, *quod non volo*, et *quod odi*, non necessitatem, sed imbecillitatem significant. Non enim necessitate, aut vi aliqua impulsus peccamus, sed a voluntate deliniti facimus quæ ut flagitiosa abhorremus.

VERS. 16. *Si autem quod nolo illud facio, consentio legi quod bona est.* Illud enim odium, quo in peccatum afficior, a lege accipi. Legem itaque defendo, et eam recte habere fateor.

VERS. 17. *Nunc autem jam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.* Hæc declaratione et pluribus verbis indigent. Corpus mortale effectum post præcepti transgressionem, animi motus et affectiones suscipit. Sub his enim præsens vita subsistit. Eget enim cupiditate, non alimentum tantum causa, sed et liberorum procreationis, et agriculturæ, et aliarum 77 artium gratia. Hæc enim si non esset, nihil horum consisteret. Hæc nobis etiam ad vitam ex virtute instituendam conducit. Qui enim eam non desiderat, labores ejus causa suscipiendos non tolerat. Ipsa quoque nobis divinum amorem inserit. Cupiditas itaque moderata ad res bonas et honestas adjuvat; modum autem excedens intemperantiam inducit. Hæc enim, ut et alienis nuptiis insidiæ parentur, et quæ ad nos non pertinent appetantur, et latrocinia exercentur, et sepulcra effodiantur, et cædes perpetrentur, et ejusmodi alia fiant, efficit. Et ideo universorum Deus iram illi adjunxit, ut illius immoderationem reprimeret. Habet tamen et ista quoque opus aliquo, qui ejus insatiabilitatem prohibeat. Sicut ergo ei quod est nimis frigidum calidum admiscemus, et rursus nimis calidum frigido temperamus: ita creator Deus his duabus animi perturbationibus, quæ sunt inter se ex diametro contrariæ, nobis insitis, docuit alterius per alteram nimium excessum corrigere. Eis enim mentem, tanquam equis aurigam, præfecit, et servitutis illis jugum imposuit, æqualiter id ferre præcipiens. Quod si quando eveniat, ut cupiditas ultra modum procedat, jussit iram pungere, ut ea concitata jugum rursus æquale statuatur. Quod si hæc rursus nimium progrediatur, jubet rursus cupiditatem moveri, et iræ excessum castigare. Mens itaque sobria, et sapiens, hoc modo regit. At si ipsa negligens evaserit et habenas reliquerit, ut equi quidem exsiliant efficit, ipsa autem trahitur, et una cum ipsis in voragines et præcipitia corrui. Hoc divinus Apostolus hic dixit: *Nunc autem jam*

v Rom. III, 20.

Α τῆς ἀμαρτίας· μετὰ δὲ γε τὴν παῦλαν τοῦ πάθους· τὴν ἀσθησὶν δέχεται τοῦ κακοῦ. Οὐ γὰρ ὁ θέλω, τοῦτο πράσσω, ἀλλ' ὁ μισῶ⁶⁶, τοῦτο ποιοῦ. Τοῦτο τοῦ νόμου κατόρθωμα, τὸ διδάξαι τί τὸ κακόν, καὶ μίσος ἐνθεῖναι τῇ ψυχῇ περὶ τοῦτο⁶⁷. Τὸ μέντοι, ὁ οὐ θέλω, καὶ, ὁ μισῶ, οὐκ ἀνάγκης⁶⁸, ἀλλ' ἀσθενείας δηλωτικά. Οὐ γὰρ ὑπ' ἀνάγκης τινὸς καὶ βίας ὠθοῦμενο: πλημμελοῦμεν, ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἡδονῆς καταθελγόμενοι ποιοῦμεν ἅπερ ὡς παράνομα βδελυτόμεθα.

ις'. Εἰ δὲ ὁ οὐ θέλω ἐγὼ, τοῦτο ποιοῦ, σύμφημι τῷ νόμῳ, ὅτι καλός. Αὐτὸ γὰρ τὸ μίσος, ὁ περὶ τὴν ἀμαρτίαν ἔχω, παρὰ τοῦ νόμου λαθῶν ἔχω. Οὐκοῦν συνηγορῶ τῷ νόμῳ, καὶ εὖ αὐτὸν ἔχειν ὁμολογῶ.

ις'. Νυρὶ δὲ οὐκέτι ἐγὼ κατεργάζομαι αὐτὸ, ἀλλ' ἡ οἰκοῦσα ἐν ἐμοὶ ἀμαρτία. Σαφηνείας τοῦτο δεῖται, καὶ λόγων πλειόνων. Θνητὸν τὸ σῶμα γενόμενον μετὰ τὴν παράδοξιν τῆς ἐντολῆς, ὑπεδέξατο τὰ παθήματα. Διὰ τούτων γὰρ τὰ κατὰ τὸν παρόντα συνέστηκε βίον. Δεῖται γὰρ ἐπιθυμίας, οὐ τροφῆς ἕνεκα μόνον, ἀλλὰ καὶ παιδοποιίας, καὶ γηπονίας, καὶ τῶν ἄλλων χάριν τεχνῶν. Ταύτης γὰρ οὐκ οὕσης, οὐδὲν τούτων συνέστηκεν. Αὕτη ἡμῖν καὶ εἰς τὴν τῆς ἀρετῆς κατόρθωσιν συντελεῖ. Ὁ γὰρ μὴ ἐπιέμενος ταύτης, τῶν ὑπὲρ ταύτης οὐκ ἀνέχεται πόνων. Αὕτη καὶ τὸν θεῖον ἡμῖν ἐξεργάζεται πόθον. Ἡ μὲν οὖν συμμετρία τῆς ἐπιθυμίας τῶν ἀγαθῶν ἐστι συνεργός· ἡ δὲ ταύτης ἀμετρία τὴν ἀκολασίαν εἰσάγει. Αὕτη γὰρ καὶ γάμοις ἄλλοτριῶς ἐπιβουλεύειν, καὶ τῶν οὐ προσηκόντων ἐφίεσθαι, καὶ ληστεύειν, καὶ τάφους ὀρύττειν, καὶ μαιφονίας κατατολμᾶν, καὶ τᾶλλα τὰ τοιαῦτα παρασκευάζει ποιεῖν. Διὰ τοι τοῦτο συνέχευεν αὐτῇ τὸν θυμὸν ὁ τῶν ὄλων Θεός, ἐν' αὐτῆς ἀναστειλῆ τὴν ἀμετρίαν. Δεῖται δὲ ὁμοῦ καὶ οὗτος τοῦ τὴν ἀπλησίαν κωλύοντος. Καθάπερ τοῖνον τῷ ἄγαν ψυχρῷ κεράννυμεν τὸ θερμὸν, καὶ αὖ πάλιν τὸ ἄγαν ψυχρὸν κολάζομεν τῷ θερμῷ· οὕτως ὁ δημιουργήσας Θεός ἐνθεὶς ἡμῖν τὰ δύο ταῦτα παθήματα, ἐναντία ὄντα ἀλλήλοις ἐκ διαμέτρου, τοῦ ἐτέρου κολάζειν διὰ θατέρου τὴν ἀμετρίαν ἐδίδαξεν. Ἐπίστησε γὰρ αὐτοῖς τὸν νοῦν, καθάπερ τισὶ πώλοις ἠνίοχον, καὶ ἐπέθηκεν αὐτοῖς τὸν τῆς δουλείας ζυγόν, ἵσως φέρειν νομοθετήσας. Εἰ δὲ ποτε συμβαίῃ πέρα τοῦ μέτρου τὴν ἐπιθυμίαν προκόψαι, νύττειν ἐκέλευσε τὸν θυμὸν ἵνα ὀρμήσας οὗτος, ἴσον πάλιν ἐργάσται τὸν ζυγόν. Εἰ δὲ οὗτος δέξαιτο τῆς ἀμετρίας τὸ πάθος, τὴν ἐπιθυμίαν πάλιν κινεῖσθαι παρεγγυᾶ, καὶ τοῦ θυμοῦ τὴν ἀμετρίαν κολάζειν. Νήφων μὲν οὖν ὁ νοῦς, καὶ σωφρονῶν, τοῦτον ἰθύνει τὸν τρόπον. Ἀμελήσας δὲ, καὶ καταλιπὼν τὰς ἠνίας, σκιρτᾶν μὲν τοὺς πώλους παρασκευάζει· σύρεται δὲ αὐτὸς, καὶ εἰς βάραθρα καὶ κρημνοὺς σὺν αὐτοῖς καταπίπτει. Τοῦτο ἐναυθα ὁ θεός Ἀπόστολος εἶρηκε· Νυρὶ δὲ οὐκέτι ἐγὼ

VARIE LECTIONES.

⁶⁶ Α οὐ θέλω. ⁶⁷ Α κατὰ τοῦτο. ⁶⁸ Β οὐ κατ' ἀνάγκης.

καταργήζομαι αὐτὸ, ἀλλ' ἡ οἰκοῦσα ἐν ἐμοὶ ἁμαρτία· ἁμαρτίαν καλῶν τοῦ νοῦ τὴν δουλείαν, καὶ τῶν παθῶν τὴν δεσποτείαν. Καὶ αὐτὸς μὲν οὐ καταργάζεται, ἐπειδὴ μισεῖ τὸ γινόμενον· ἡ δὲ τῶν παθῶν δυναστεία ταύτην ἔχει τὴν πρᾶξιν.

ιη'. Οἶδα γὰρ ὅτι οὐκ οἰκεῖ ἐν ἐμοὶ, τουτέστιν ἐν τῇ σαρκὶ μου, ἀγαθόν. Τῶν παθῶν λέγει τὴν ἐπικρατείαν, ἃ ἐπεισήγαγε μὲν θνητὸν τὸ σῶμα γεγενημένον, ἠβήτησε δὲ ἡ τοῦ νοῦ βραθυμία. Τὸ γὰρ θέλει παρακεῖται μοι, τὸ δὲ καταργήσεσθαι τὸ καλὸν οὐχ εὐρίσκω. Τὴν γὰρ περὶ τὰ καλὰ προθυμίαν ἀπὸ τῆς τοῦ νόμου διδακτικῆς προσέλαβον· ἀσθενῶ δὲ ἕμῳ περὶ τὴν πρᾶξιν, ἐτέραν ἐπικουρίαν οὐκ ἔχω.

ιθ', κ'. Οὐ γὰρ ὁ θέλω, ποιῶ ἀγαθόν, ἀλλ' ὁ μισῶ κακόν, τοῦτο πράσσω. Εἰ δὲ ὁ οὐ θέλω ἐγὼ, τοῦτο ποιῶ, οὐκέτι ἐγὼ καταργήζομαι αὐτὸ, ἀλλ' ἡ οἰκοῦσα ἐν ἐμοὶ ἁμαρτία. Σαφέστερον αὐτὸ εἰρηκεν.

κα'. Εὐρίσκω ἄρα τὸν νόμον τῷ θέλοντι ἐμοὶ ποιεῖν τὸ καλόν. Ἐνταῦθα δεῖ στίξαι. Ὅτι ἐμοὶ τὸ κακὸν παράκεται. Πάλιν διὰ τὴν συντομίαν ἀσαφῶς αὐτὸ τέθεικε· λέγει δὲ, ὅτι Καὶ ὁ νόμος μοι καλὸς⁷⁹ εἶναι δοκεῖ. Ἐπαινῶ γὰρ τὰ ὑπ' αὐτοῦ διηγορευμένα, ὡς εὐ ἔχοντα, καὶ ὁμοίως αὐτῷ⁷¹, καὶ τὰ καλὰ φιλῶ, καὶ τάναντία μισῶ· ἀλλ' ὅμως ἐμοὶ τὸ κακὸν παράκεται, τουτέστιν ἡ ἁμαρτία, διὰ τε τὸ θνητὸν ἔχειν τὸ σῶμα καὶ παθητὸν, καὶ τὴν⁷² τῆς ψυχῆς βραθυμίαν τε καὶ ἀσθένειαν. Εἴτα⁷³ σαφέστερον τοῦ νοῦ καὶ τῶν παθῶν τὸν πόλεμον δείκνυσι.

κβ'. Συνήδομαι γὰρ τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον. Ἔσω ἄνθρωπον τὸν νοῦν λέγει.

κγ'. Βλέπω δὲ ἕτερον νόμον ἐν τοῖς μέλεσί μου, ἀντιστρατεύομενον τῷ νόμῳ τοῦ νοῦς μου, καὶ αἰχμαλωτίζοντά με ἐν τῷ νόμῳ τῆς ἁμαρτίας, τῷ ὅτι ἐν τοῖς μέλεσί μου. Νόμον ἁμαρτίας τὴν ἁμαρτίαν καλεῖ. Ἐνεργεῖται δὲ αὕτη, τῶν μὲν τοῦ σώματος παθῶν σκιρτώντων, τῆς δὲ γε ψυχῆς ταῦτα διὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς γεγενημένην βραθυμίαν⁷⁴ ἐπισχεῖν οὐ δυναμένης, ἀλλὰ τὴν μὲν οἰκείαν ἐλευθερίαν ἀποβαλοῦσης, δουλεύειν δὲ τοῦτοις ἀνεχομένης· ἀλλ' ὅμως καὶ δουλεύουσα τὴν δουλείαν μισεῖ, καὶ ἐπαινεῖ τὸν τῆς⁷⁵ δουλείας κατήγορον. Ταῦτα διεξελθὼν πάντα ὁ Ἀπόστολος, ὥστε δεῖξαι τίνες μὲν πρὸ τῆς χάριτος ἦμεν, τίνες δὲ μετὰ τὴν χάριν γεγονάμεν· καὶ οἷόν τι προσωπεῖον⁷⁶ τῶν πρὸ τῆς χάριτος ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας πολιορκηθέντων ἀναλαβῶν, ὡς ἐν μέσοις τοῖς πολεμίοις γεγενημένος, καὶ ἐξηγόραπο-

A non ego operor illud, **78** sed quod inhabitat in me peccatum, peccatum appellans mentis servitutem, et animi perturbationum dominationem. Et ipse quidem non operatur, quoniam odio habet id quod agitur : perturbationum autem potestas hanc in se habet actionem.

VERS. 18. Scio enim, quod non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. Perturbationum animi dominationem dicit, quas introduxit quidem corpus mortale effectum, auxit autem mentis socordia. Nam velle adjacet mihi, perficere autem bonum non invenio. Ad ea enim quæ bona et honesta sunt, propensionem ac studium a legis doctrina accepi : sed in actione non satis habeo virium, cum aliud auxilium non habeam.

B VERS. 19, 20. Non enim quod volo bonum, hoc facio, sed quod nolo malum, hoc ago. Si autem quod nolo illud facio, jam non operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Apertius hoc dixit.

VERS. 21. Invenio igitur legem volenti mihi facere bonum. Hic ponenda est distinctio. Quoniam mihi malum adjacet. Rursus idem propter breviteratam obscure posuit. Dicit autem, et lex mihi bona esse videtur. Laudo enim quæ ab ea constituta sunt, ut recte se habentia, et similiter ac ipsa, et quæ sunt honesta diligo, et quæ sunt contraria odio habeo. Sed mihi tamen malum adjacet, hoc est peccatum, quod habeam corpus mortale, et patibile, animæque socordiam et imbecillitatem. Deinde mentis et animi perturbationum pugnam apertius ostendit.

VERS. 22. Condelector enim **79** legi Dei secundum interiorem hominem. Interiorem hominem dicit mentem.

VERS. 23. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, et captivantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Legem peccati peccatum appellat. Tunc autem operatur peccatum, quando corporales animi perturbationes exsiliunt, et anima propter inolitam ab initio socordiam eas cohibere non potest, sed propria libertate abjecta, eis ut serviat sustinet : sed tamen quamvis serviat, habet odio servitutem, et laudat eum qui servitutem accusat. Hæc omnia cum discruisset Apostolus, ut ostenderet, quales fuerimus ante gratiam, et quales post gratiam facti simus : veluti suscepta persona eorum qui ante gratiam a peccato obsessi fuerunt, tanquam a mediis hostibus circumdatus, et in servitutem abductus, et servire coactus, et nullum aliunde videns auxi-

VARIÆ LECTIONES.

⁷⁹ B καλῶς. ⁷¹ A αὐτά. ⁷² A διὰ τὴν. ⁷³ A pro : εἴτα—δείκνυσι, hæc habet : Ὡς δὲ τὸ μὲν τῷ θέλοντι ἐμοὶ τὸ κακὸν ποιεῖν, τῇ ψυχῇ πρόστασον. Ἴδὲ δὲ, Ὅτι ἐμοὶ τὸ κακὸν παράκεται, τῇ σαρκὶ. Λέγει γὰρ, ὅτι ὁ νόμος κατὰ μὲν τὴν ψυχὴν χρήσιμος, παιδεύων αὐτὴν ἐφεῖσθαι τοῦ καλοῦ. ἀποστρέφεσθαι δὲ τὸ κακόν· τὴν περὶ τὸ ἁμαρτάνειν ἡμῶν εὐκολίαν οὐδαμῶς δύναται ἀφελεῖν, ἥτις ἡμῖν ἀπὸ τῆς θνητότητος ἐγένετο. ⁷⁶ A ἐπιθυμίαν. ⁷⁵ A τὸν νόμον τὸν τῆς, κ. τ. λ. ⁷⁶ A πρόσωπον.

lium, graviter gemit ac lamentatur, ostenditque legem opem ferre non posse, et dicit :

VERS. 24, 25. *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratias ago Deo meo per Jesum Christum Dominum nostrum.* Mortis autem corpus vocat, ut obnoxium morti factum, hoc est mortale: anima enim immortalis. Solus, inquit, Dominus noster Jesus Christus nos a gravi dominatu liberavit, morte quidem profligata, nobis autem immortalitate promissa, **80** et vita laborum ac molestiarum bellique et peccati experte. Atque horum quidem in vita futura fructum percipimus; in presentia autem, sancti Spiritus gratiam recipientes, non soli adversus animi perturbationes in acie stamus, sed eam opitulatricem habentes, has vincere possumus. Deinde superiorum omnium infert solutionem. *Igitur ego ipse mente servio legi Dei, carne autem legi peccati.*

CAPUT VIII.

VERS. 1. *Nihil ergo nunc damnationis est iis qui sunt in Christo Jesu, qui non secundum carnem ambulat, sed secundum spiritum.* Neque enim nos nunc invitos vincunt animi perturbationes, quoniam divini Spiritus gratiam accepimus.

VERS. 2. *Lex enim spiritus vitæ in Christo Jesu liberavit me a lege peccati et mortis.* Sicut legem peccati peccatum, ita legem spiritus vitæ vivificum spiritum appellavit. Ejus, inquit, gratia per fidem in Christum duas tibi libertates donavit. Non solum enim peccati dominatum fregit, sed mortis etiam tyrannidem destruxit. Porro autem ostendit etiam quamnam eam ratione destruxerit.

VERS. 3. *Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem.* Non est ergo mala lex, sed bona quidem, verum impotens. Imbecilla autem erat, quæ mortali natura præditiis mandata daret. In presentia enim per sanctum baptismum **81** arrham immortalitatis accipimus. *Deus Filium suum mittens in similitudine carnis peccati, et de peccato damnavit peccatum in carne.* Non dixit: In similitudine carnis, sed in similitudine carnis peccati. Naturam enim humanam accepit, sed peccatum humanum non accepit: et ideo quod acceptum est, non similitudinem carnis, sed similitudinem carnis peccati appellavit. Cum enim eandem quam nos haberet naturam, non habuit eandem quam nos sententiam et mentem. Dicit autem quod, cum lex non potuisset suum institutum implere, propter eorum, quibus lex dabatur, imbecillitatem (habebant

δισμένους, καὶ δουλεύειν ἡναγκασμένους, καὶ μηδεμίαν ἐτέρωθεν συμμαχίαν ὄρων, στένει μὲν πικρὸν καὶ δύρεται, δείκνυσι δὲ τὸν νόμον ἐπικουρῆσαι μὴ δυνάμενον, καὶ φησι·

κδ', κε'. *Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ρύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ⁷⁷ μου διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν.* Θανάτου δὲ σῶμα καλεῖ, ὡς ὑπὸ τὸν θάνατον γεγενημένον, τούτεστι θνητόν· ἡ ψυχὴ γὰρ ἀθάνατος. Μόνος, φησὶν, ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τῆς πικρᾶς ἡμᾶς ἡλευθέρωσε δυναστείας, τὸν μὲν θάνατον λύσας, τὴν δὲ ἀθανασίαν ἡμῖν ὑποσχόμενος⁷⁸, καὶ τὴν ἀπὸν καὶ ἀλυπον βίωσιν, καὶ τὴν πολέμου δίχα καὶ ἀμαρτίας ζωὴν. Τούτων μένοι τὴν ἀπόλαυσιν κατὰ τὸν μέλλοντα δεξόμεθα βίον· ἐν δὲ τῷ παρόντι τῆς τοῦ παναγίου Πνεύματος χάριτος ἀπολαύοντες, οὐ μόνοι κατὰ τῶν παθημάτων παρατατόμεθα, ἀλλ' ἐκελεῖνη ἐπικουρον ἔχοντες περιγενέσθαι τούτων δυνάμεθα. Εἶτα τῶν εἰρημένων ἀπάντων προσφέρει τὴν λύσιν· Ἄρα οὖν αὐτὸς ἐγὼ ἐν τῷ νοῦ δουλεύω νόμῳ Θεοῦ, τῇ δὲ σαρκὶ νόμῳ ἀμαρτίας.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

α'. *Οὐδὲν ἄρα κατάκριμα νῦν τοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα.* Οὐ γὰρ περιγίνεται νῦν μὴ βουλομένων ἡμῶν τὰ παθήματα, ἐπειδὴ τοῦ Θεοῦ⁷⁹ Πνεύματος τὴν χάριν δεδέχμεθα.

β'. *Ὁ γὰρ νόμος τοῦ Πνεύματος τῆς ζωῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἡλευθέρωσέ με ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἀμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου.* Ὅσπερ νόμον ἀμαρτίας τὴν ἀμαρτίαν ἐκάλεσεν, οὕτω νόμον πνεύματος ζωῆς τὸ ζωοποιὸν προσσηγόρευσε Πνεῦμα. Ἡ τούτου, φησὶ, χάρις διὰ τὴν εἰς τὸν Χριστὸν πίστιν δύο σοι ἐλευθερίας δεδώρηται. Οὐ μόνον γὰρ τῆς ἀμαρτίας τὴν δυναστείαν κατέλυσεν, ἀλλὰ καὶ τοῦ θανάτου τὴν τυραννίδα κατέπαυσεν. Ὑπεδείκνυσι δὲ καὶ τὸν τῆς καταλύσεως τρόπον.

γ'. *Τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου, ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκός.* Οὐ τοίνυν ποτηρὸς ὁ νόμος, ἀλλ' ἀγαθὸς μὲν, ἀδύνατος δέ· ἠσθένει δὲ τοῖς θνητῶν φύσιν περικειμένοις τὴν νομοθεσίαν προσφέρων. Ἐπὶ γὰρ τοῦ παρόντος διὰ τοῦ παναγίου βαπτίσματος τὸν τῆς ἀθανασίας ἀρβασθῶνα δεχόμεθα. *Ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ Υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἀμαρτίας, καὶ περὶ ἀμαρτίας κατέκρινε τὴν ἀμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί.* Οὐκ εἶπεν, Ἐν ὁμοιώματι σαρκός, ἀλλ', Ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἀμαρτίας. Φύσιν μὲν γὰρ ἀνθρωπεῖαν ἔλαβεν, ἀμαρτίαν δὲ ἀνθρωπεῖαν οὐκ ἔλαβε. Τούτου δὴ χάριν, τὸ ληφθὲν οὐχ ὁμοίωμα σαρκός, ἀλλ' ὁμοίωμα σαρκὸς ἀμαρτίας ἐκάλεσε· τὴν γὰρ αὐτὴν ἔχων φύσιν ἡμῖν, τὴν αὐτὴν οὐκ ἔσχε ἡμῖν γνώμην. Λέγει δὲ ὅτι, τοῦ νόμου μὴ δυναθέντος τὸν οἰκτεῖον εκπληρῶσαι σκοπὸν, διὰ τὴν τῶν νομοθετουμένων ἀσθένειαν (θνητῶν γὰρ

VARIÆ LECTIONES.

⁷⁷ E Theodoretii interpretatione legendum esse suspicatur Millius: χάρις τοῦ Θεοῦ, quod et habent alii quam plures. ⁷⁸ A παρασχόμενος. ⁷⁹ A τοῦ Θεοῦ. Hervet. divini Spiritus.

εἶχον τὴν φύσιν καὶ παθητὴν), ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Ἀδὸς ἐνανθρωπήσας, δι' ἀνθρωπιᾶς σαρκὸς τὴν ἁμαρτιαν κατέλυσε, πᾶσαν μὲν δικαιοσύνην πεπληρωκώς, μῶμον δὲ οὐ δεξιόμενος ἁμαρτίας· καὶ τὸν τῶν ἁμαρτωλῶν ὡς ἁμαρτωλὸς θάνατον ὑπομείνας, ἤλεγε τῆς ἁμαρτίας τὴν ἀδικίαν, ὅτι καὶ μὴ ὑποκείμενος θανάτῳ σώμα θανάτῳ παρέδωκεν. Ἄλλὰ γὰρ διὰ τοῦτο αὐτὸ καὶ αὐτὴν κατέλυσε, καὶ τὸν θάνατον. Ὡς γὰρ θανάτῳ μὴ ὑποκείμενος (ἁμαρτιαν γὰρ οὐκ ἐποίησε), τοῦτον δὲ γε δεξιόμενος διὰ τὴν ἀδικον ψῆφον τῆς ἁμαρτίας, ἐγένετο λύτρον, ὡς ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος, τῶν δικαίως ὑπὸ τοῦ θανάτου κατεχομένων· τοῦτο γὰρ καὶ διὰ τῶν ἐξῆς ἐδίδαξεν.

δ. Ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν, τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα. Τὸ γὰρ ἡμέτερον, φησὶν, ἀποδέδωκε χρέος, καὶ τοῦ νόμου πεπληρωκε τὴν σκοπὸν. Τίς δὲ οὗτος ἦν; Τὸ δικαίως ἀποφῆναι τοὺς δεξιόμενους τὸν νόμον. Εἰ τοίνυν ἡ κατὰ τὸν Δεσπότην Χριστὸν οἰκονομία εἰς ἔργον ἤνεγκε τὸν τοῦ νόμου σκοπὸν, οὐ κατηγορίας ἀξίος, ἀλλ' εὐφημίας, ὁ νόμος. Τοῦ δὲ περὶ τῆς δικαιοσύνης ἀψάμενος λόγου, τὴν περὶ ταύτης εἰσφέρει παραίνεσιν· καὶ εἰρηκώς· Τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα, ἐπήγαγεν·

ε'. Οἱ γὰρ κατὰ σάρκα βντες, τὰ τῆς σαρκὸς φρονοῦσιν· οἱ δὲ κατὰ πνεῦμα, τὰ τοῦ πνεύματος. Οὕτω καὶ ἀλλαχού· «Εἰ ζῶμεν οὖν πνεύματι, πνεύματι καὶ στοιχοῦμεν.» Πνεῦμα δὲ ἐνταῦθα τὴν χάριν λέγει τοῦ Πνεύματος· καὶ διδάσκει ὡς ὁ ταύτη ἐπόμνος, τὰ ταύτη ἀρέσκοντα καὶ φρονεῖ καὶ ποιεῖ· ὁ δὲ τῇ σαρκὶ δουλεύων, τουτέστι τοῖς τοῦ σώματος πάθεσι, τὴν ἐλευθερίαν ἀφῆρηται.

ς'. Τὸ γὰρ φρόνημα τῆς σαρκὸς θάνατος. Οὐκ εἶπεν, Ἡ σὰρξ, ἀλλὰ, τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, τουτέστι τὰ τῶν παθημάτων σκιρτήματα. Τῶν γὰρ ἡμαρτηκῶτων ὁ θάνατος ἐπιτίμιον. Τὸ δὲ φρόνημα τοῦ πνεύματος, ζωὴ καὶ εἰρήνη. Ὁ γὰρ πνευματικῶς ζῶν, τῆς πρὸς τὴν Θεὸν εἰρήνης μεταλαγχάνει.

ζ'. Διότι τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, ἔχθρα εἰς Θεόν. Πάλιν τοῦ φρονήματος τῆς σαρκὸς κατηγορήσε, τουτέστι τῆς τῶν παθῶν δυναστείας, καὶ ταύτην ἐκπεπολεμῶσθαι πρὸς τὴν Θεὸν ἔφη. Τῷ γὰρ νόμῳ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑποτάσσεται· οὐδὲ γὰρ δύναται. Πῶς γὰρ οἷόν τς, τὸν τῶν παθῶν δυναστείαν καταδεξιόμενον, τοῦ Θεοῦ τὴν θεραπείαν ἀσπάσασθαι, ἔτι τῇ ἁμαρτίᾳ δουλεύειν αἰρούμενον;

η'. Οἱ δὲ ἐν σαρκὶ ὄντες, Θεῷ ἀρέσασθαι οὐ δύνανται. Οὐ τῶν σωμάτων ἡμᾶς ἔξω γενέσθαι κελεύει, ἀλλὰ τοῦ τῆς σαρκὸς ἀπηλλάχθαι φρονήματος. Τοῦτο γὰρ διδάσκει καὶ τὰ ἐξῆς.

θ'. Ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν

¹ Gal. v, 25.

enim mortalem et patibilem naturam), unigenitum Dei Verbum homo factum, per humanam carnem peccatum fregit ac profligavit, cum omnem justitiam implesset, nec peccati labem admisisset; et cum peccatorum, ac si peccator, mortem sustinuisset. peccati injustitiam coarguit, quod corpus morti nequaquam obnoxium tradiderit. Enimvero hoc ipsum et peccatum ipsum et mortem destruxit. Nam ut morti non subjectus (neque enim peccatum commiserat), ea tamen per injustam peccati sententiam suscepta, fuit merces redemptionis, velut inter mortuos liber, eorum qui justo a morte detinebantur. Hoc enim docuit etiam in sequentibus.

VERS. 4. *Ut justificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum.* Nostrum, inquit, debitum exsolvit, et legis scopum perficit. Quis autem: erat is? Ut eos justos redderet, qui legem susceperant. Si itaque Domini Christi dispensatio legis scopum **82** ad opus deduxit, lex non accusari, sed laudari meretur. Cum autem de justitia loqui esset aggressus, ad eam quoque adhortationem inducit, et post illa: *Is qui non secundum carnem ambulat, sed secundum spiritum, subjunxit:*

VERS. 5. *Qui enim secundum carnem sunt, quæ sunt carnis sapiunt: qui vero secundum spiritum sunt, quæ sunt spiritus sentiunt.* Ita etiam alibi: «Si spiritu ergo vivimus, spiritu et ambulemus.» Spiritum autem hoc loco vocat gratiam Spiritus, et docet, quod is qui hanc sequitur, ea et faciat et cogitet, quæ illi placent. Qui autem carni servit, hoc est corporis affectionibus, privatus est libertate.

VERS. 6. *Nam prudentia carnis mors est.* Non dixit caro, sed prudentia carnis, hoc est, perturbationum insultus. Eorum enim qui peccaverunt mors pœna est. *Prudentia autem spiritus vita et pax.* Qui enim vivit spiritualiter, pacem cum Deo consequitur.

VERS. 7. *Quoniam sapientia carnis inimica est Deo.* Rursus carnis sapientiam reprehendit, hoc est perturbationum dominatum, et eum dicit Deo esse infestum. *Legi enim Dei non est subjecta, nec enim potest.* Quomodo enim fieri potest, ut qui animi perturbationum dominatum admiserit, is Dei cultum amplectatur, cum peccato adhuc servire velit?

VERS. 8. *Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt.* Non jubet nos ex corporibus excedere, sed liberari a prudentia carnis. Hoc enim docent etiam quæ sequuntur.

VERS. 9. *Ves autem **83** in carne non estis, sed*

VARIÆ LECTIONES.

⁸² *Isdem verbis hunc versum recitat Theodoret. dialog. 4, adv. Macedon. (in Garnerii Auctario, p. 363)*
⁸³ *Sed dialog. 3, ibid. pag. 345, ita habet: Ὑμεῖς δὲ οὐκέτι ἐστὲ ἐν σαρκὶ, εἴπεο πν. τοῦ Θ., κ. τ. λ.*

in spiritu : si tamen Dei Spiritus habitat in vobis. Manifestum est eos non fuisse incorporeos, qui hanc doctrinam suscipiebant : sed dicit eos carnalibus perturbationibus esse superiores, et habere inhabitantem sancti Spiritus gratiam. Ita etiam dixit Dominus 7 apostolos non esse ex mundo : non quod aliunde essent, sed quod essent mortui mundo. *Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus.* Quoniam posuit illud *Si autem*, et hoc dubitationis est, merito subjunxit, quod quisquis est hujus gratiæ expers, nullam habeat cum Christo societatem. Et quoniam hoc satis erat ad eos qui audiebant perterrendos, per ea quæ sequuntur affert remedium :

Vers. 10. *Si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum ; spiritus vero vivit propter justificationem.* Ea quæ dubia erant manifesta reddidit, et ostendit se carnem non accusare, sed peccatum. Jussit enim corpus mortuum esse peccato, id est, non facere peccatum. *Spiritus* autem hic animam appellavit, ut quæ sit jam facta spiritalis. Huic præcipit ut justitiam persequatur, cujus fructus expetendus est vita.

Vers. 11. *Quod si Spiritus ejus, qui suscitavit Jesum a mortuis, habitat in vobis : qui suscitavit Christum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra, propter habitantem Spiritum ejus in vobis.* Spe 84 futurorum consolatus est, et eis rectam alacritatem addidit ad præsentia certamina. Prope-dient enim, inquit, erunt corpora vestra immortalia et superiora iis quæ molestia nunc afficiunt, perturbationibus. Hoc autem faciet ipse Deus universorum, qui nunc vobis Spiritus arrham liberaliter præbuit. Dedit autem ipsis etiam pignus resurrectionis, resurrectionem Christi a mortuis. Docuit autem nos etiam in his verbis unam Divinitatis naturam. Sanctum enim Spiritum et Dei appellavit, et Christi : non quod, ut volunt execrandi hæretici, ex Deo per Filium creatus sit, sed quia esse ejusdem cum Patre et Filio substantiæ, et ex Patre quidem procedit, juxta Evangeliorum doctrinam : ejus autem gratia iis qui digni sunt per Christum suppeditatur. Pergit autem docere, quomodo nos oporteat vincere carnis perturbationes.

Vers. 12. *Ergo debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus.* Nam cum a Christo Domino salutem assecuti simus, et Spiritus gratiam acceperimus, servitutem illi debemus.

Vers. 13. *Si enim secundum carnem vivitis, moriemini. — Secundum carnem, hoc est, si carnis*

7 Galat. v, 25.

VARIAE LECTIONES.

⁶⁵ Α Θεόν. ⁶⁶ οικεῖ deest in A et in utroque loco e *Dialogis* Theodoretici citato. ⁶⁷ Α διὰ ἀμαρτίας. ⁶⁸ τ. σ. habet A et versio Hervet. Sirmond. Textus Sirmi. τούτο. ⁶⁹ εντ. deest in A. ⁷⁰ In cit. dialog. 3 leg. : Εἰ — ἐγείραντος Ἰησ. Χριστὸν οικεῖ—διὰ τοῦ ἐνοικούντος αὐτοῦ Πνεύματος ἐν ὑμῖν. Sed dialog. 4 : Εἰ — ἐγείραντος Χ. Ἰ. ἐκ τῶν νεκρῶν ὁ ἐν ὑμ., ζωοποιήσει — διὰ τοῦ ἐνοικούντος α. Πνεύματος ἐν ὑμ. ⁷¹ Α Ψυχαγωγεῖ δέ. ⁷² Α δίδωσιν. ⁷³ Α ἀγῶνα.

A Πνεύματι, εἶπερ Πνεῦμα Θεοῦ οικεῖ ἐν ὑμῖν. ἤλων δὲ ὡς οὐκ ἀσώματοι ἦσαν οἱ τήνδε τὴν διδασκαλίαν δεχόμενοι· ἀλλὰ κρείττους αὐτοὺς ἔφη εἶναι τῶν σαρκικῶν παθημάτων, καὶ τοῦ παναγίου Πνεύματος ἐνοικοῦν ἔχειν τὴν χάριν. Οὕτω καὶ τοὺς ἀποστόλους ἔφη ὁ Κύριος μὴ εἶναι ἐκ τοῦ κόσμου· οὐκ ἐπειδὴ ἄλλοθεν ἦσαν, ἀλλ' ὅτι νεκροὶ ἦσαν τῷ κόσμῳ. *Εἰ δέ τις Πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἐστὶν αὐτοῦ.* Ἐπειδὴ τὸ, εἶπερ, τέθεικεν, ἀμφιβολίας δὲ τοῦτό ἐστιν, εἰκότως ἐπήγαγεν, ὡς ὁ ταύτης· τῆς χάριτος ἁμοιρῶς οὐδεμίαν ἔχει πρὸς τὸν Χριστὸν ⁶⁵ κοινωνίαν. Καὶ ἐπειδὴ ἱκανὸν ἦν τοῦτο τοὺς δεχομένους πληῖσι, διὰ τῶν ἐξῆς θεραπεύει·

B εἰ. *Εἰ δὲ Χριστὸς οικεῖ ⁶⁶ ἐν ὑμῖν, τὸ μὲν σῶμα νεκρὸν δι' ἀμαρτιῶν ⁶⁷, τὸ δὲ πνεῦμα ζωὴ διὰ δικαιοσύνης.* Ἄλλα πεποίθησε τὰ ἀμφίβολα, καὶ ἔδειξεν ὡς οὐ τῆς σαρκὸς κατηγορεῖ, ἀλλὰ τῆς ἀμαρτίας. Τῇ γὰρ ἀμαρτίᾳ προσέταξε τὸ σῶμα ⁶⁸ γενέσθαι νεκρὸν, ἀντὶ τοῦ, τὴν ἀμαρτίαν μὴ ἐνεργεῖν. Πνεῦμα δὲ ἐνταῦθα ⁶⁹ τὴν ψυχὴν προσηγόρευσε, ὡς πνευματικὴν ἦδη γεγεννημένην. Ταύτη μετιέναι τὴν δικαιοσύνην κελεύει, ἥς καρπὸς ἀξίερατος· ἡ ζωὴ.

C ἰα'. *Εἰ ⁷⁰ δὲ τὸ Πνεῦμα τοῦ ἐγείραντος Ἰησοῦν ἐκ νεκρῶν οικεῖ ἐν ὑμῖν, ὁ ἐγείρας τὸν Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ σώματι ὑμῶν, διὰ τὸ οἰκοῦν αὐτοῦ Πνεῦμα ἐν ὑμῖν.* Ἐψυχαγωγῆσε ⁷¹ τῇ τῶν μελλόντων ἐλπίδι, καὶ δίδωκεν ⁷² ἱκανὴν προθυμίαν εἰς τοὺς παραπρόσθετος ἀγῶνας. Οὐκ εἰς μακρὰν γὰρ, φησὶν, ἀθάνατα ὑμῶν ἔσται τὰ σώματα, καὶ κρείττονα τῶν νῦν ἐνοχλούντων παθημάτων γενήσεται. Ποιήσει δὲ τοῦτο αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ὁ νῦν ὑμῖν τοῦ Πνεύματος τὸν ἀρραβῶνα ⁷³ πρᾶσχων φιλοτίμῳ. Δέδωκε δὲ αὐτοῖς καὶ ἐνέχυρον τῆς ἀναστάσεως, τοῦ Χριστοῦ τὴν ἀνάστασιν. Ἐξέταξε δὲ ἡμᾶς διὰ τῶν εἰρημένων καὶ τὴν μίαν τῆς θεότητος φύσιν. Τὸ γὰρ πανάγιον Πνεῦμα καὶ Θεοῦ προσηγόρευσε, καὶ Χριστοῦ· οὐκ ἐπειδὴ, κατὰ τοὺς δυσωνύμους αἰρετικούς, ἐκ τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ Υἱοῦ δεδημιούργηται· ἀλλ' ἐπειδὴ ὁμοουσίον ἐστὶ Πατὴρ καὶ Υἱοῦ, καὶ ἐκ Πατρὸς μὲν ἐκπορεύεται κατὰ τὴν τὴν Εὐαγγελίων διδασκαλίαν, ἣ δὲ τοῦτο χάρις τοῖς ἀξίοις διὰ τοῦ Χριστοῦ χορηγεῖται. Ἐπιμένει δὲ διδάσκων, ὅπως χρὴ περιγενέσθαι τῶν τῆς σαρκὸς παθημάτων.

D ἰβ'. *Ἄρα οὖν ὀφειλέται ἐσμεν οὐ τῇ σαρκὶ, τοῦ κατὰ σάρκα ζῆν.* Ἀπὸ γὰρ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ τῆς σωτηρίας τετυχηκότες, καὶ τοῦ Πνεύματος τὴν χάριν δεξάμενοι, αὐτῷ τῆς δουλείας τὸ χρέος ὀφειλομεν.

E γ'. *Εἰ γὰρ κατὰ σάρκα ζῆτε, μέλλετε ἀποθνήσκειν. — Κατὰ σάρκα, τούτῳσι τοῖς τῆς σαρκὸς*

ἐπόμεινοι πάθει· θάνατον δὲ τὸν αἰώνιον λέγει. **EI** δὲ πνεύματι τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατοῦτε, ζήσεσθε. Τοῦτο ὑπὲρ τὸν νόμον ἢ χάρις ἔχει, ὅτι ὁ μὲν τὸ δέον ἐδίδαξεν, ἡ δὲ καὶ τοῦ Πνεύματος ἔχει συνεργούσαν τὴν χάριν. Καὶ ἐνταῦθα μέντοι ὁ θεὸς Ἀποστόλος, Μαρκίωνος, καὶ Βαλεντίνου, καὶ τοῦ Μάνεντος τὴν βλασφημίαν ὀρών, σὺν ἀκριθείᾳ πολλῇ τὴν διδασκαλίαν προσήνεγκεν. Οὐ γὰρ εἶπε, Τὸ σῶμα θανατώσατε, ἀλλὰ, *Τὰς πράξεις τοῦ σώματος*, τουτέστι τὸ φρόνημα τῆς σαρκός, τὰ τῶν παθημάτων σικιτήματα· ἔχετε γὰρ συνεργούσαν τὴν τοῦ Πνεύματος χάριν. Καρπὸς γὰρ τῆς νίκης ζωῆ.

ιδ'. Ὅσοι γὰρ πνεύματι Θεοῦ ἀγοῦνται, οὗτοι εἰσιν υἱοὶ Θεοῦ. Οἱ γὰρ πνευματικῶς πολιτευόμενοι τοῦ τῆς υιοθεσίας μεταλαγχάνουσιν ἀξιώματος. Ἐνταῦθα δὲ καὶ τοὺς Ἰουδαίους νύττει, διδασκῶν μὴ μὲγα φρονεῖν, ἐπειδὴ περ κἀκείνοι υἱοὶ προσηγορεύθησαν. Ἐρημοὶ γὰρ εἰσι τῆς τιμῆς τῆς τοῦ παναγίου Πνεύματος, ἀμοιροὶ τυγχάνοντες χάριτος.

VERS. 23, 24. ε' Salutat te Epaphras concaptivus meus in Christo Jesu, Marcus, Aristarchus, Demas et Lucas, adjutores mei. » Epaphram hic adjecit, quoniam ipse quoque fuit Colossensis. Ita enim scripsit ad Colossenses: ε' Salutat vos Epaphras, qui est ex vobis servus Christi. » Demam autem posuit ante Lucam, ut qui spectabilis esset, ejusque adjutor. Postea enim reliquit Apostolum, quod amaret hoc sæculum.

VERS. 25. ε' Gratia Domini nostri Jesu Christi cum spiritu vestro. Amen. » Has leges sequi convenit eos, 718 quibus obtigit munus tradendæ doctrinæ divinæ: ita docere servos dominis suis inservire, ut per omnia laudetur Christus Dominus, cum quo Patri, una cum sanctissimo Spiritu, gloria venit et magnificentia, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Epistola ad Philemonem Roma scripta est per Onesimum servum.

B. THEODORETI

EPISCOPI CYRENSIS

HISTORIA ECCLESIASTICA.

De Latinis versionibus Historiæ ecclesiasticæ Theodoretii.

719-721 Socratem, Theodoretum et Sozomenum, ex Græcis Latinos reddidit Epiphanius Scholasticus. Quos ipsos mox Cassiodorus, servata eadem translatione, in Epitomen contraxit, quam *Historiam tripartitam* appellavit. Anno demum Christi MXXXV Basileæ Theodoretus Græce produit, quem insequenti post anno latinitate donavit Joachimus Camerarius. Post Camerarium interpretationem aggressus est Joannes Christophorus, quæ Lovanii primum et Coloniz excusa est anno MDLXX. Hanc, ut potiore et elegantiore, ceteræ ferme deinceps Latinæ editiones amplexæ sunt. Nobis vero, quoniam prolixior videbatur, quam ut cum Græco textu componi e regione posset, in Camerarij autem versione probari omnia non poterant, tertiam ex utraque, prout res ferebat, conflari et contexti placuit. *Hæc Sirmondus.*

TESTIMONIA DE THEODORETI HISTORIA ECCLESIASTICA.

Photius patriarcha, Bibliothecæ codice XXXI.

LECTA est Theodoretii Ecclesiastica historia. A Πάντων τῶν εἰρημένων κατάλληλον φράσιν τῆ ιστορίας μᾶλλον οὕτως ἐπέθηκε. Σαφῆς τε γὰρ, καὶ ἁπλοῦς, καὶ ἀπέριττος.

Omnium, quos proxime nominavi, convenientem magis historiæ stylum hic adhibet. Clarus enim et grandis est, minimeque redundans.

Nicephorus, lib. XIV Hist., cap. 54.

Επινοήθη αὐτῷ καὶ ἕτερα δύο· ὡν τὸ μὲν Ἐκκλησιαστικὴν, Φιλόθεον δὲ ιστορίαν λέγει τὸ ἕτερον, ἐν ᾧ βίους τῶν τρηναῦτα ὁσίων βεβαιώτων διέξεισι.

Elaboravit et alia duo, quorum unum Ecclesiasticam, alterum Philotheum seu religiosam historiam vocat, in qua sanctorum ejus ætatis virorum vitas persequitur.

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ

ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΙ ΠΕΝΤΕ.

BEATI THEODORETI

EPISCOPI CYRENSIS

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

LIBRI QUINQUE.

[1-5] ΠΡΟΛΟΓΟΣ.

Ὁ τῆς ἱστορίας σκοπός.

Ζωγράφοι μὲν, σανίσι καὶ τοίχοις τὰς παλαιὰς ἐγγράφοντες ἱστορίας, τέρψιν μὲν τοῖς ὀρώσι προσφέρουσι, τῶν δὲ γεγενημένων τὴν μνήμην ἐπὶ πλείστον ἀνθοῦσαν φυλάττουσι. Λογογράφοι δὲ, ἀντὶ μὲν σανίδων ταῖς βίβλοις, ἀντὶ δὲ χρωμάτων τοῖς τῶν λόγων ἀνθεσι κεχρημένοι, διαρκεστέραν καὶ μονιμωτέραν τῶν πεπραγμένων ποιοῦσι τὴν μνήμην· ὁ γὰρ χρόνος λωδᾶται τῶν ζωγράφων τὴν τέχνην. Τοῦτου δὲ χάριν κἀγὼ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας τὰ λειπόμμενα¹ συγγράψαι πειράσομαι. Οὐ γὰρ ὄσιον φήθηεν λαμπροτάτων ἔργων καὶ ὀνησιφόρων διηγημάτων τὸ κλέος παριδεῖν ὑπὸ τῆς λήθης συλῶμενον². Διὰ γὰρ δὴ τοῦτο καὶ τῶν συνήθων τινᾶς, ἐπὶ τόνδε με τὸν πόνον πολλάκις παρώτρυναν. Ἐγὼ δὲ τῇ μὲν ἑμαυτοῦ δυνάμει τόδε τὸ ἔργον³ σταθμιόμενος⁴, τὴν ἐγχείρησιν ὀρθῶδω. Θαρρῶν δὲ τῷ φιλοτίμῳ δοτήρι τῶν ἀγαθῶν, μείζουσιν ἢ⁵ κατ' ἑμαυτὸν ἐγχειρῶ. Εὐσέβιος μὲν οὖν ὁ Παλαιστίνος, ἀπὸ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων τῆς ἱστορίας ἀρξάμενος, μέχρι τοῦ⁶ Κωνσταντίνου θεοφιλοῦς βασιλείας, τὰ ταῖς Ἐκκλησίαις συμβεβηκότα συνέγραψεν· ἐγὼ δὲ τῆς συγγραφῆς ἐκείνης τὸ τέλος ἀρχὴν τῆς ἱστορίας ποιήσομαι.

A

PRÆFATIO. [St. Ch. V. 1. '.]

772 *Historiæ scopus.*

Pictores quidem, dum veteres historias in tabulis et parietibus describunt, et voluptate intuentes afficiunt, et rerum memoriam longissimo 723 tempore florentem conservant. At historici scriptores, quibus libri sunt pro tabulis, et orationis pigmenta pro coloribus, rerum gestarum memoriam multo diuturniorem stabilioremque præstant, cum artem pictorum tempus tandem labefaciat. Hac ego ratione ductus, ea, quæ in ecclesiastica historia desunt, scriptis mandare conabor. Nec enim fas esse duxi, præclarissimorum facinororum perutiliumque narrationum gloriam oblivionis injuriis expositam contemnere. Quo etiam nomine familiarium * me amicorum nonnulli ad hunc laborem suscipiendum persæpe hortati sunt. Ego vero ad vires meas hoc ipsum opus expendens aggredi pertimesco. Fretus tamen munifico bonorum largitore majora viribus suscipio. Et quia Eusebius Palestinus a sanctis apostolis exorsus, res in Ecclesiis gestas usque ad Deo dilecti Constantini imperium conscripsit, ego inde, ubi ille scribendi finem fecit, historiæ meæ ducam initium.

VARIÆ LECTIONES.

¹ λείποντα Savillii liber. ² συλούμενον Basil. Græc., Steph. ³ τὴν μὲν ἑμαυτοῦ δυνάμιν τῷδε τῷ ἔργῳ Christophorsoni, Scaligeri, Merici Casauboni codices. ⁴ σταθμιόμενος Savil. ⁵ μείζω ἢ Steph. 2, Casaub. ⁶ τῆς Basil. Græc., Steph. 2.

* Capitulum distinctionem a Sirmondo institutam sequitur Noeltius, inter uncas notans edit. Basil [B.]. Henrici Stephani [St.], Christophorsoni [Ch.] et Valesii [V.] partiendi modum. Paginae editionis Valesii inter uncas in textu Græco posuimus et ejus notas ad calcem voluminis adjecimus.

ΤΟΜΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

LIBER PRIMUS.

724 CAPUT PRIMUM. [St. Ch. V. 2.]

Unde cœperit Arianorum hæresis.

Sublatis de medio nefariis illis et impiis tyrannis, Maxentio videlicet, Maximino et Licinio, sedata est Ecclesiæ procella, quam furia illa velut turbines quidam concitantes, violentisque flatibus compressis, firma deinceps tranquillitate fruebatur. Hujus vero illi auctor fuit Constantinus, omni laude prædicandus imperator, qui non ab hominibus, neque per hominem, sed cœlitus, sicut divinus Apostolus, εἰς ἃς ἡμεῖς ἠραγοῦμεν est. Etenim leges scripsit, quibus et hostias idolis immolari vetuit, et ecclesias extruī jussit. Quin etiam præsides provinciis christiana fide imbutos præsciebat, eis ut sacerdotes honore prosequerentur præcipiens, exitiumque intentans si quis in eos contumeliosus existeret. Tunc itaque alii dirutas ecclesias de integro erigebant, alii alias ampliores et splendidiore aedificabant. Quæ cum ita se haberent, nostræ quidem tripudio et lætitiæ, adversariorum vero tristitia et mœrore plenæ res erant. Nam idolorum clausa erant delubra : in ecclesiis autem dies festi et conventus frequentes agebantur. Verum pessimus atque invidus dæmon, humani generis perniciēs, cum Ecclesiam secundo ac prospero cursu ferri cerneret, pati non potuit : sed pestifera consilia excogitavit, quibus 725 illam, quæ ab universorum Conditore ac Domino gubernabatur, evertere niteretur. Videbat enim gentilium errorem patefactum, et varias dæmonum fraudes perspicue deprehensas, nec amplius a plurimis adorari creaturam, sed pro illa Creatorem laudibus celebrari. Idcirco non jam aperte contra Deum Salvatoremque nostrum bellum ciere, sed homines nactus, nomine quidem Christianos, re autem ipsa ambitionis et inanis gloriæ servos, his tanquam idoneis conatum suorum instrumentis uti cœpit, atque horum opera complures in pristinum errorem induxit : non id quidem agens, ut creaturam denuo colerent ; sed efficiens ut creator et opifex mundi eodem quo creaturæ ordine censeretur. Quo autem primum loco et quo pacto

A

[6] ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

Πόθεν ἤρξατο τῶν Ἀρειανῶν ἡ αἵρεσις.

Τῶν ἀνοσιουργῶν ἐκείνων καὶ δυσσεβῶν καταλυθέντων τυράννων, Μαξεντίου, φημί, καὶ Μαξιμίνου, καὶ Λικινίου, κατηγύσθη τῆς Ἐκκλησίας ἡ ζάλη, ἣν οἱ ἀλάστορες ἐκείνοι καθότι τινὲς καταγιγῆδες ἐκίνησαν, καὶ γαλήνης λοιπὸν ἀπέπλευε σταθερᾶς, πῶν στραβῶν ἴ παυσασμένων ἀνέμων. Καὶ Κωνσταντῖνος δὲ ὁ πανεὐφημος βασιλεὺς, ὃς οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, οὐδὲ δι' ἀνθρώπου, ἀλλ' οὐρανόθεν, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, τῆς κλήσεως ταύτης ἔτυχε, ταύτην αὐτῇ ἐπρυτάνευε¹⁰. Νόμους γὰρ ἔγραψε, θύειν μὲν εἰδώλοις ἀπέργων, δομᾶσθαι¹¹ δὲ τὰς ἐκκλησίας παρεγγυῶν. Καὶ ἄρχοντας μὲν¹² πιστεῖ κοσμουμένους ἐπίσθη τοῖς ἔθνεσι, γεραίρειν κελύου τοὺς ἱερέας, καὶ τοὺς παροινεῖν εἰς τοὺτους ἐπιχειροῦσιν ἐλεῖθρον ἀπειλῶν. Τότε δὲ οἱ μὲν τὰς καταλυθείσας ἐκκλησίας ἀνήγειρον· οἱ δὲ ἑτέρας εὐρυτέρας ἀνωκοδόμου καὶ λαμπροτέρας. Τούτων οὕτω θρωμένων, τὰ μὲν ἡμέτερα χορείας¹³ ἦν ἐμπλεα, καὶ θυμηδίας· τὰ δὲ τῶν ἐναντίων, κατηφείας καὶ ἀθυμίας μεστά. Τὰ μὲν γὰρ τῶν εἰδώλων ἀπεκλείστο τεμένη· ἐν δὲ ταῖς ἐκκλησίαις ἑορταὶ καὶ πανηγύρεις ἐπετελοῦντο συχναί. Ἄλλ' ὁ παμπόνηρος καὶ βάσκανος δαίμων, ὁ τῶν ἀνθρώπων ἀλάστορ, οὐκ ἤνεγκεν ἐξ οὐρίων φερομένην τὴν Ἐκκλησίαν ὄρων· ἀλλὰ τὰς κακομηχάνους ἐκίνει βουλὰς, καταλύσαι¹⁴ φιλονεικῶν τὴν ὑπὸ τοῦ Ποιητοῦ καὶ Θεοῦ τῶν ὅλων κυβερνωμένην. Ἐώρα γὰρ¹⁵ τὴν Ἑλληνικὴν πλάνην δὴλην γεγεννημένην, καὶ φωραθέντα τὰ ποικίλα τῶν δαιμόνων τεχνάσματα, καὶ τὴν μὲν κτίσιν παρὰ τῶν πλειστων οὐκ ἔτι προσκυνούμενην, τὸν δὲ Ποιητὴν ἀντὶ ταύτης ὀμνούμενον. Οὐδὲ χάριν, οὐκ ἔτι προφανῶς τὸν κατὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἀνεβρίπιζε πόλεμον, ἀλλ' ἀνδρας εὐρών, τῆς μὲν Χριστιανικῆς προσηγορίας ἤκιωμένους, φιλοτιμίᾳ δὲ καὶ κενῇ δόξῃ δεδολωμένους. ὄργανα τούτους τῶν οικειῶν ἀπέφηνε τεχνασμάτων· καὶ διὰ τούτων πολλοὺς εἰς τὴν προτέραν ἐπανήγαγε πλάνην, οὐ τὴν κτίσιν πάλιν προσκυνεῖσθαι παρασκευάσας, ἀλλὰ τὸν Ποιητὴν καὶ Δημιουργὸν συνταχθῆναι τῇ κτίσει κατασκευάσας. [7] Ποῦ δὲ τὴν

VARIE LECTIONES.

¹ τῶν στραβῶν Steph. 2, Cas. ² ταύτης abest a Basil. Græc. ³ αὐταῖς Basil. Græc., Steph. Αὐτῇ scil. ἐκκλησίᾳ offerebat Christoph. consentiente Savil. ⁴ ἐπρυτάνευσε Savil. et Jo. Pini codex regius, probante Valesio. ⁵ Forte δομᾶσθαι. Chr. et Scaliger bene δομῆσθαι. ⁶ δὲ Basil. Græc. ⁷ χορείας Steph. 2, Casaub., Chr. et Scal. Sed χαρὰς Basil. Græc. ac Steph. 1. ⁸ καταλύσαι Basil. Græc., Leon. Allajii codex, recte probante Valesio. Submergere Epiphanius, e nostro, Hist. tripart. 1, 12. ⁹ ἐκ Basil. Græc.

ἀρχὴν, καὶ ὅπως ἔσπειρε τὰ ζιζάνια, ἐγὼ διηγήσομαι· Ἀλεξάνδρεια πόλις ἐστὶ μέγιστη καὶ πολυάνθρωπος, οὐκ Αἰγυπτίων μόνον, ἀλλὰ καὶ Θηβαίων καὶ Διθύων τῶν πρὸς Αἴγυπτον ¹⁰ τὴν ἡγεμονίαν πεπιστευμένη. Ταύτης μετὰ Πέτρον ἐκείνον τὸν νικηφόρον ἀγωνιστὴν, ὃς ἐπὶ τῶν δυσσεῶν τυράννων ¹¹ τοῦ μαρτυρίου τὸν στέφανον ἀνεδέησατο, Ἀχιλλᾶς μὲν ὀλίγον χρόνον προὔστη, καὶ ¹² τὰ τῆς Ἐκκλησίας κατέσχε πηδάλια· μετὰ δὲ τοῦτον Ἀλέξανδρος, ὁ γενναῖος τῶν εὐαγγελικῶν δογμάτων γενομένος πρόμαχος.

[B. 2.] Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἄρειος, τῷ μὲν καταλόγῳ τῶν πρεσβυτέρων ἐνταταγμένος, τὴν δὲ τῶν θείων Γραφῶν πεπιστευμένος ἐξήγησιν, ἰδὼν ¹³ τὸν Ἀλέξανδρον τῆς ἀρχιερωσύνης ¹⁴ ἐγχειρισθέντα τοὺς οἰακας, οὐκ ἤνεγκε τοῦ φθόνου τὴν προσβολήν· ἀλλ' ὑπὸ τούτου νυττόμενος, ἀφορμὰς ἐριδος ἐπέζητει καὶ μάχης. Καὶ τὴν μὲν ἀξιεπαίνον τοῦ ἀνδρὸς πολιτείαν θεώμενος, συκοφαντίας ὑφαίνειν οὐκ ἠδύνατο ¹⁵· ἤσυχίαν δὲ ὁμοῦς ἄγειν αὐτὸν ὁ φθόνος ἐκώλυε. Τοῦτον εὐρῶν ὁ τῆς ἀληθείας ἀντίπαλος ἐπίσηδος ¹⁶ ὄργανον τῆς αὐτοῦ κακουργίας, δι' αὐτοῦ κωκῆ καὶ κινεῖ τῆς Ἐκκλησίας τὴν ζάλην. Τῇ γὰρ ἀποστολικῇ Ἀλεξάνδρου ¹⁷ διδασκαλίᾳ προφανῶς ἀντιτείνειν ἀνέπειθε. Καὶ ὁ μὲν τοῖς θεοῖς λόγους ¹⁸ ἐπόμενος, ὁμοτίμον ἔλεγε τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱόν, καὶ τὴν αὐτὴν οὐσίαν ἔχειν τῷ γεγεννηκότῃ Θεῷ· ὁ δὲ Ἄρειος ἀντικρυς τῇ ἀληθείᾳ ¹⁹ μαχόμενος, κτίσμα καὶ ποίημα προσηγόρευε, καὶ τὸ, ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, προσετίθει, καὶ τὰ ἄλλα ²⁰ ὅσα ἐκ τῶν ἐκείνου γραμμάτων ²¹ σαφέστερον μαθησάμεθα. Καὶ ταῦτα οὐ μόνον ἐν Ἐκκλησίᾳ διετέλει λέγων, ἀλλὰ καὶ ²² τοῖς ἔξω συλλόγοις καὶ συνεδρίοις. Καὶ τὰς οἰκίας περινοστών, ἐξηδραπόδιζεν ὄσους ἴσχυεν. Ἀλέξανδρος δὲ, ὁ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων συνήγορος, πρῶτον μὲν αὐτὸν παραινεῖσαι ²³ ἐπειράτω πως μεταπεθεῖν ²⁴ καὶ συμβουλαῖς. Ἐπειδὴ δὲ κορυθαντιῶντα εἶδε, καὶ ἀναφανδὸν κηρύττοντα τὴν ἀσέθειαν, τῶν ἱερατικῶν ἐξήλασε καταλόγων· ἤκουσε γὰρ τοῦ θεοῦ νόμου βοῶντος· « Ἐὰν ὁ ὀφθαλμὸς σου ὁ δεξιὸς σκανδαλίξῃ σε, ἐξελε αὐτὸν ²⁵, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ. »

[8] ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β΄.

Κατάλογος τῶν πρωτεύοντων ἐπισκόπων.

Κατὰ τοῦτον δὲ τὸν χρόνον, τῆς μὲν Ῥωμαίων Ἐκκλησίας Σιλβέστρος κατεῖχε τὰς ἡνίας, Μιλτιάδην ²⁶ διαδεξάμενος, ὃς μετὰ Μαρκελλίνον, τὸν ἐν τῷ διωγμῷ διαπρέψαντα, τὴν τῆς ²⁷ ἀρχιερωσύνης χειροτονίαν ἐδέξατο. Ἐν Ἀντιοχείᾳ δὲ μετὰ Τύραννον,

* Matth. v, 29.

A zizania disseminavit, exponam. Alexandria urbs est maxima et civium numero frequentissima, non Ægypti modo, verum etiam Thebaidis et Libya, quæ Ægypto adjacent, principatum obtinens. Huic post Petrum illum palmarium athletam, qui sub impiis tyrannis martyrii coronam est consecutus, Achilles ad exiguum tempus præfuit, et Ecclesia clavam tenuit. Post hunc autem, Alexander evangelicæ doctrinæ propugnator acerrimus.

Per idem tempus Arius, qui presbyterorum in numerum fuerat ascriptus, sacrarumque Litterarum interpretationi præpositus, cum Alexandrum videret Ecclesiarum gubernaculis admotum, **726** B invidiæ aculeos quibus stimulabatur non ferens, contentioni et discordiæ materiam aucupabatur. Cumque in laudabilem viri conversationem oculos intendens, quibus illum calumniis appeteret non haberet; quiescere tamen illum invidia non sinebat. Hunc ergo idoneum nequitiae suæ instrumentum nactus hostis veritatis, ejus opera Ecclesiam procellis miscere exagitareque instituit. Nam persuasit illi, ut apostolicæ Alexandri doctrinæ aperte resisteret. Itaque cum Alexander, divinis Scripturis insistens, Filium Patri honore paræm, et eandem cum genitore Deo substantiam habere doceret, Arius veritatem palam impugnans creatum et factum affirmabat, addehatque, *erat quando non erat*, et alia, quæ ex ejus litteris clarius intelligimus. Neque hæc ille in ecclesia solum dicere non cessabat, sed foris etiam in circulis hominumque congressibus. Quin et domos circumiens quotquot poterat in laqueos inducebat. Alexander igitur, apostolicorum vindex dogmatum, primum quidem hortationibus et consiliis hominem de sententia deducere conatus est. At ubi (eum) insanire vidit, et impiam doctrinam manifeste profiteri, ex sacerdotali eum gradu dejecit, divinæ legi obtemperans, quæ ait : « Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, et projice abs te a. »

727 CAPUT II. [B. St. Ch. V. 3.]

Primariorum episcoporum enumeratio.

D Eodem vero tempore Romæ quidem Ecclesiæ gubernacula tenebat Silvester, Melchiadis illius successor, qui post Marcellinum, cujus sæviēte persecutione præclara laus fuit, ad eundem epi-

VARIÆ LECTIONES.

¹⁰ Αἰγύπτῳ Basil. Græc. probante Valesio. ¹¹ ἐκείνων τυράννων Chr. et Scal., sequente Valesio. textu. ¹² προὔστη καὶ omissa in Basil. Græc. et Jo. Pini cod. ¹³ ἰδὼν Basil. Græc. ¹⁴ Sic Savil., Pini, Chr., Scal. Sed Basil. Græc. et Steph. ἱερωσύνης. ¹⁵ οὐδὲ συκοφαντίαν ὑφ. ἠδύν. Basil. Græc. ¹⁶ Hæc verba ἐπίσηδος — κακουργίας desiderantur in Basil. Græc. et Steph.; atqui et Epiphanius plane prætermisit illa. ¹⁷ ταῖς γὰρ ἀποστολικαῖς Ἀλεξ. διδασκαλίαις Basil. Græc., Allat., Pini. ¹⁸ λογίους Basil. Græc. ¹⁹ τῆς ἀληθείας Basil. Græc. ²⁰ τ' ἄλλα Basil. Græc., Steph. ²¹ γραμ. Basil., Græc. All., Pini, probante Chr. Scal., Vales. Epiphanius : *litteris*. At Steph. συνταγμάτων. ²² καὶ Basil. Græc. ²³ παρ. μεταπεθεῖν ἐπειράτω καὶ συμβ. Basil. Græc., Pini, probante Valesio. ²⁴ μεταπεθεῖν Steph. ²⁵ ἐκκοφὸν αὐτὸν Steph. 2, Casaub. ²⁶ αὐτῆς addunt Chr. et Scal.

scopatum delectus est. Antiochiæ vero post Tyrannum, cum Ecclesiis jam reddita pax esset, episcopatum obtinuit Vitalis, qui in Palæa dirutam a tyrannis ecclesiam ædificavit. Huic autem in administratione successit Philogonius, qui et ædificio illi quod deerat adjecit, et in veritatis defensione Licinii temporibus singulare studium declaravit. Hierosolymitanam vero sedem post Hermonam sortitus est Macarius, vir sui nominis (id est, beatus), bonorumque omnium cumulo decoratus. At Constantinopoli per idem tempus episcopali munere fungebatur Alexander, apostolicis quoque donis illustris. Hoc ergo tempore Alexandrinus Alexander, cum Arium videret dominandi cupiditate incensum, eorum quos blasphemix laqueis irretierat privatos conventus agere, impiam ejus blasphemiam Ecclesiarum præsidibus per epistolas significavit. Quarum unam ad cognominem ipsius scriptam, in qua Arii conatus omnes liquido explicantur, hoc loco subjiciam, ne quis suspicetur me ista confingere. Post hanc deinde alteram Arii **728** ipsius, tum alias postea, quas exiget historix narratio: ut descriptionis nostræ veritati sint testimonio, et res gestas planius edoceant.

B. 4. Ad cognominem ergo suum Alexander Alexandrinorum antistes scribit his verbis:

CAPUT III. [St. Ch. V. 4.]

Alexandri episcopi Alexandrini ad Alexandrum episcopum Constantinopolitanum epistola.

Honoratissimo fratri et unanimi Alexandro Alexander in Domino salutem.

Honoris et pecuniæ cupida improborum hominum voluntas majoribus paræciis insidiari semper solet, ac per varias occasiones ecclesiasticam pietatem oppugnare. Impulsi **729** enim a diabolo in ipsis operante ad propositam sibi libidinem feruntur, abjectaque omni verecundia divini iudicii timorem conculcant. De quibus mihi, qui patior, necessarium fuit reverentiæ vestræ significare, ut

A τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν ἀρξαμένης εἰρήνης, Βιτάλιος τὴν ἡγεμονίαν παρέλαβεν, ὃς καὶ τὴν ἐν τῇ Παλαιᾷ καταλυθεῖσαν ὑπὸ τῶν τυράννων ἐκδομήσεν ἐκκλησίαν. Φιλογόνιος δὲ μετὰ τοῦτον τὴν προεδρίαν λαβὼν, τὰ τε λειπόμενα τῇ οἰκοδομίᾳ προστέθεικε, καὶ τὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἐν τοῖς Λικιννίου καιροῖς ἐπεδείξατο ζῆλον. Τῆν ἐν Ἱεροσολύμοις δὲ μετὰ Ἑρμωνῶν Μακάριος ἐπιστεύθη, φερώνυμος ἀνὴρ, καὶ παντοδαποῖς κοσμούμενος ²³ ἀγαθοῖς. Τῆς δὲ Κωνσταντινουπόλεως κατὰ τοῦτον αὐτὸν τὸν καιρὸν, Ἀλέξανδρος τῆς ἀρχιερατικῆς ²⁴ ἡξιοῦτο λειτουργίας, ἀποστολικοῖς χάρισμασι λαμπρυνόμενος. Τότε τοίνυν ὁ τῆς Ἀλεξανδρείων Ἀλέξανδρος, ὄρων τὸν Ἀρίον τῷ τῆς φιλαρχίας κατεχόμενον οἴστρω, καὶ τοὺς ὑπὸ τῆς βλασφημίας ἐζωγρημένους ἀγείροντα, καὶ συλλόγους ἰδίους ποιούμενον, τοῖς τῶν Ἐκκλησιῶν ἡγεμόσι τὴν τοῦτο βλασφημίαν διὰ γραμμάτων ἐδήλωσεν. Ἐγὼ δὲ τὴν πρὸς τὸν ὁμώνυμον αὐτοῦ ²⁵ γραφεῖσαν ἐπιστολὴν ἐνθήσω τῇ συγγραφῇ, σαφῶς ἅπαντα τὰ κατ' ἐκείνον διδάσκουσαν, ὡς ἂν μή τις ὑπολάβῃ ταῦτα πλάττοντά με συγγράφειν· καὶ μετὰ ²⁶ τῆςδε τὴν αὐτοῦ γὰρ Ἀρείου, καὶ μετ' ἐκείνην τὰς ἄλλας, ὧν ἡ τῆς ἱστορίας δεῖται διήγησις· ἵνα μαρτυρῶσι τῇ ἀληθείᾳ τῆς συγγραφῆς, καὶ σαφέστερον τὰ γεγενημένα διδάσκωσι.

Γράφει δὲ ὁ τῆς Ἀλεξανδρείων Ἀλέξανδρος ²⁷ πρὸς τὸν ὁμώνυμον ταῦτα·

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ':

Ἀλεξάνδρου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἐπιστολὴ πρὸς Ἀλέξανδρον ἐπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως ²⁸.

Τῷ τιμιωτάτῳ ἀδελφῷ καὶ ὁμοψύχῳ Ἀλεξάνδρῳ Ἀλέξανδρος ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

Ἡ φίλαρχος τῶν μοχθηρῶν ἀνθρώπων καὶ φιλάργυρος πρόθεσις ταῖς δοκούσαις ἀεὶ μείζουσι παροικίας πέφυκεν ἐπιβουλεύειν, διὰ ποικίλων προφάσεων τῶν τοιοῦτων ἐπιτιθεμένων τῇ ἐκκλησιαστικῇ εὐσεβείᾳ. Οἰστρηλατούμενοι γὰρ ὑπὸ τοῦ ἐνεργούντος ἐν [9] αὐτοῖς διαβόλου εἰς τὴν προκειμένην αὐτοῖς ἔσθλην, πάσης εὐλαβείας ²⁹ ἀποσκιρτήσαντες, πατοῦσι τὸν τῆς χρίσεως τοῦ Θεοῦ φόβον. Περὶ ὧν ἀναγκαῖον.

VARIÆ LECTIONES.

²³ ἀκούμενος Steph. 2. Casaub. ²⁴ Ita Chr., Scal., Casaub. Sed Basil. Græc. et Steph. ἱερατικῆς. ²⁵ αὐτοῦ οmissum in Basil. Græc., ut in extremo hujus capituli, est Christophorsoni, αὐτῶν male Steph. ²⁶ καὶ μετὰ τὴν τελευταίαν αὐτοῦ τε Ἀρείου habebant Basil. Græc. et Steph. codices. Sed Chr. et Scal. μετὰ δὲ τῆςδε τὴν αὐτὴν γὰρ τοῦ Ἀρείου rectius; qua cum lectione fere consentit Sirmondi contextus, quem confirmat Valesius e codice Savilli, Allatii et Pini, itemque ex Epiphania, paulo durius reprehensum a viro docto in *Miscellaneous Obs. criticis*, vol. IX, tom. 1, p. 1 et 2, præferente illam lectionem Basileensem, cui aliquid addere vel de ea detrabere piaculum putabat. Nec animadvertēbat illam lectionem esse sine sensu. Nam si Theodoretus voluisset dicere se, quanquam post Arii mortem scriberet, nihil lamen fingere, quam id perturbate dixisset his verbis? Neque, cum negat vir doctus Theodoretum post hanc Arii epistolam ad alias provocare potuisse, videt, non modo Eusebii Nicomediensis epistolam cap. 6 intelligi, sed et litteras eas quæ cap. 8 seqq. sequuntur. ²⁷ Ἀλέξανδρος omissum in Basil. Græc. ²⁸ Baluzius ad P. de Marca opus de concordia sacerdotii et imperii, p. 483 narrat, hunc titulum (integrumne, nescio, an quoad postrema verba Κωνσταντινου πόλεως?) non existare in duobus vetustissimis codicibus bibliothecæ regiæ, neque in cod. 733 bibliothecæ Colbertinæ, neque in editione Græca Rob. Stephani, editionem vero Latinam Basileensem a. 1611 hæc tantum habere: *Epistola missa ab Episcopo Alexandrino ad suum cognominem* (quem quidem titulum primum deprehendi in Camerarii interpretatione). Cui quanquam assentior de eo, quod hæc lectionis ἐπιγραφή librarii potius sit quam Theodoretī, tamen falsus est in citanda editione Stephani, quæ nullum verbum detrabit huic inscriptioni, et, cum Stephanus illum utrumque *codicem* Bibliothecæ regiæ expresserit, de his quoque habeo quod dubitem. ²⁹ εὐσεβείας Basil. Latin.

Ἔν μοι τῷ πάσχοντι δηλώσαι τῇ ὑμετέρῃ εὐλαβείᾳ, ἵνα φυλάττησθε τοὺς τοιοῦτους, μὴ τις αὐτῶν τολμήσῃ καὶ ταῖς ὑμετέραις παροικίαις ἐπιθῆναι, ἦτοι ⁴⁰ δι' ἑαυτῶν ⁴¹ (ἱκανοὶ γὰρ ὑποκρίνασθαι πρὸς ἀπάτην οἱ γόητες), ἢ διὰ γραμμάτων ψευδῶς κεκομψευμένων, καὶ δυναμένων ὑφαρπάσαι ⁴² τὸν ἀπλῆ πίστει καὶ ἀκεραλίᾳ προσεσχηκότα. Ἄρειος γοῦν καὶ Ἀχιλλᾶς ⁴³ συνωμοσίαν ἐναγχος ποιησάμενοι, τὴν Κολλούθου φιλαρχίαν πολὺ χεῖρον ἢ ἐκεῖνος ἐξήλωσαν. Ὁ μὲν γὰρ αὐτοῖς τούτοις ἐγκαλῶν, τῆς ἑαυτοῦ μοχθηρᾶς προαιρέσεως ⁴⁴ εὔρε πρόφασιν. Οἱ δὲ τὴν ἐκεῖνου Χριστομπορίαν θεωροῦντες, οὐκ ἔτι τῆς Ἐκκλησίας ὑποχέρι· οἱ μὲν ἐκαρτέρησαν· ἀλλ' ἑαυτοὺς σπῆλαια λησίων οικοδομήσαντες, ἀδιαλείπτως ⁴⁵ ἐν αὐτοῖς ποιοῦνται ⁴⁶ σύνδοξους, νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν ἐν ταῖς κατὰ Χριστοῦ καὶ ἡμῶν διαβολαῖς ἀσκούμενοι. Οἱ πάσης τῆς εὐσεβοῦς ἀποστολικῆς δόξης ⁴⁷ κατηγοροῦντες, Ἰουδαϊκῶ προσχήματι Χριστομάχον συνεκρότησαν ἐργαστήριον, τὴν θεότητα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀρνούμενοι, καὶ τοῖς πᾶσιν ἴσον εἶναι κηρύσσοντες. Πᾶσαν ⁴⁸ τε αὐτοῦ τῆς σωτηρίου οἰκονομίας καὶ δι' ἡμᾶς ταπεινώσεως φωνὴν ἐκλεξάμενοι, ἐξ αὐτῶν συναγεῖρειν πειρῶνται τῆς ἀσεβείας ἑαυτῶν τὸ κήρυγμα, τῆς ἀρχῆθεν θεότητος αὐτοῦ, καὶ παρὰ τῷ Πατρὶ ⁴⁹ δόξης ἀλέκτου ⁵⁰ τοὺς λόγους ἀποστρεφόμενοι. Τὴν γοῦν Ἑλλήνων τε καὶ Ἰουδαίων ἀσεβῆ περὶ Χριστοῦ δόξαν κρατυόντες, τὸν παρ' αὐτῶν ⁵¹ ἔπαινον ὡς ἐνὶ μάλιστα θηρῶνται, πάντα μὲν ὅσα καθ' ἡμῶν παρ' αὐτοῖς γελάται πραγματευόμενοι, στάσεις δὲ ἡμῖν καθ' ἡμέραν καὶ διωγμοὺς ἐπεγείροντες· καὶ τοῦτο μὲν δικαστήρια συγκροτοῦντες ⁵² δι' ἐντυχίας γυναικαρίων ἀτάκτων ἢ ἡπάτησαν· τοῦτο δὲ τὴν Χριστιανισμὸν διασύροντες ἐκ τοῦ περιτροχάζειν πᾶσαν ἀγίαν ⁵³ ἀσέμνωσ τὰς παρ' αὐτοῖς νεωτέρας. Ἀλλὰ καὶ τὸν ἄρρηκτον τοῦ Χριστοῦ χιτῶνα, ὃν οἱ δῆμοι ⁵⁴ διελεῖν οὐκ ἐβουλεύσαντο, αὐτοὶ σχίσαι ἐτόλμησαν.

Ἡμεῖς μὲν οὖν ⁵⁵ ἃ καὶ τῷ βίῳ αὐτῶν, καὶ τῇ ἀνοσίῳ ἐπιχειρήσει πρέπει, διὰ τὸ [10] λανθάνειν βραδείως ἐπιστήσαντες, παμφήφει τῆς προσκυνούσης Χριστοῦ τὴν θεότητα αὐτοῦς ⁵⁶ Ἐκκλησίας ἐξηλάσαμεν. Ἐπεχείρησαν δὲ, περιδρομαῖς χρώμενοι καθ' ἡμῶν ⁵⁷, παρεκβαίνειν πρὸς τοὺς ὁμόφρονας συλλειτουργοῦς, σχήματι μὲν εἰρηγῆς καὶ ἐνώσεως ἀξίωσιν ὑποκρινόμενοι, τὸ δ' ἄληθες συναρπάσαι τινὰς αὐτῶν εἰς τὴν ἰδίαν νόσον διὰ χρῆστολογίας σπουδάζοντες· καὶ στωμυλώτερα γράμματα παρ' αὐτῶν αἰτοῦντες, ἵνα παραναγινώσκοντες αὐτὰ τοῖς ὑπ' αὐτῶν

hujusmodi homines caveatis, ne quis illorum in paræcias vestras insinuare se audeat, sive per se ipsos, nec enim præstigiatoribus deest ad fraudem faciendam simulatio, sive per litteras falsitate compositas, quæ homini ad simplicem ac sinceram fidem intento facere fucum possint. Arius namque et Achilles, conjuratione nuper facta, Colluthi ambitionem multo quam ille deterius æmulati sunt. Nam hic quidem hos ipsos culpans pessimi consilii sui prætextum invenit. Isti vero illum quæstui habere Christum cernentes, non amplius Ecclesiæ subjici se passi sunt : sed speluncis latronum sibi constructis, assiduos in his conventus agunt, noctes diesque Christo et nobis maledice obtrectantes. Qui omnem piam apostolicam doctrinam criminantes, simulatione Judaica officinam ad Christum oppugnandum instruxerunt, Salvatoris nostri divinitatem indicantes, et cæteris hominibus parem prædicantes. Collectisque omnibus vocibus salutari ejus incarnationi susceptæque propter nos humilitati congruentibus, impiam ex his prædicationem, **730** suam confiare nituntur, verba, quibus æterna ejus divinitas et ineffabilis apud Patrem gloria declaratur, aversantes. Quippe inpiam gentilium et Judæorum de Christo opinionem confirmantes, laudem ab eis venantur quoad maxime possunt, ea omnia in quibus illi deridere nos solent enixe consecrantes, seditionesque in nos et persecutiones quotidie concitantes. Et nunc quidem lites intendunt nobis per interpellationem muliercularum dissolutarum, quas deceperunt : nunc christianæ religioni detrahentes per juvenculas suas, quæ plateas omnes turpiter circumcursant. Quin et indissolubilem Christi tunicam, quam tortores scindere noluerunt, discernere ipsi non dubitarunt.

Nos igitur ad ea quæ et vita eorum et nefarius conatus postulat, serius quia latebant incumbentes, communibus illos suffragiis ab Ecclesia quæ Christi divinitatem adorat ejecimus. Ipsi vero huc et illuc contra nos excurrentes, ad ejusdem nobiscum fidei collegas nostros pergere cœperunt, per speciem quidem expetendæ pacis et concordiæ, revera autem ut aliquos illorum per sermonis lenocinia in erroris sui contagionem pertrahant. Et loquaciores ab eis litteras flagitantes, coramque iis quos in errorem induxerunt has legentes ; faciunt ut sine

VARIÆ LECTIONES.

⁴⁰ εἶτε Basil. Græc., Steph. ⁴¹ εἶτε δι' ἄλλων addunt Steph., Pini, Savil., Allat., Epiphanius, *Hist. trip.*, I, 14 : *vel per alios*. Valesius in textum recepit, sed videntur verba ab iis adjecta, qui non animadvertenter sequi paulo post : ἢ διὰ γραμμάτων. ⁴² ὑφαρπάσαι Steph. 2 et Castellani codex. ⁴³ Ἀχιλλεύς Basil. Græc. et Latin. Savil. ⁴⁴ Sic Chr. et Scal., Allat., Pini. Sed Basil. Græc. et Latin. itemque Steph. προθέσεως. ⁴⁵ ἀδιαλείπτους Steph. Epiphanius. incessabilia conciliabula. ⁴⁶ προσποιοῦνται Steph. ⁴⁷ ἀποστ. εὐσ. δόξης Basil. Græc., Steph. ⁴⁸ πάσης Steph. ⁴⁹ παρὰ τοῦ Πατρὸς Basil. Græc. ⁵⁰ ἀλέκτου uterque Bas., Savil., Pin., quod propter τὴν ἀρχῆθεν θεότητα magis placet. ⁵¹ παρ' αὐτοῖς Basil. Græc. ⁵² ἀπατῶν addit post ἀγίαν Bas. Græc., idemque verbum habet Bas. Latin. omisso τῷ ἀγίαν. ⁵³ ἀνθρωποὶ δῆμοι Basil. Latin. Scaliger etiam adjici volebat ἀνθρωποί. ⁵⁴ Pro his, ἡμεῖς μὲν οὖν usque ad ἐξηλάσαμεν, Casaub., Chr., Scal. et Bongarsius substituerunt : οὗς ἡμεῖς παμφήφει τῆς Ἐκκλησίας ἐξηλάσαμεν. ὡς προσκυνήσεως Χριστοῦ τὴν θεότητα σμικρύνοντας. ⁵⁵ αὐτοῦς abest a Basil. Græc. et Latin. et Steph. ⁵⁶ καὶ ὁμῶν Basil. Latin.

lapsus sui penitentia **731** maneat, assuescantque ad impietatem, quasi ejusdem secum sententiæ et opinionis habeant episcopos. Quæ autem prave apud nos docuerunt, vel egerunt, quorumque gratia sunt expulsi, minime illis consentitur: sed vel silentio premunt, vel fictis sermonibus scriptisque obscurantes deludunt. Itaque probabilibus blandisque colloquiis perniciosam suam doctrinam obtegentes, fraudi expositum in errorem rapiunt, ac religionem quoque nostram apud omnes calumniari non cessant. Unde fit ut nonnulli litteris eorum subscribentes in Ecclesiam illos recipiant. Ex quo quidem maxima, ut opinor, commissuris nostris qui hoc ausi sunt immuet infamia, quod neque apostolicus canon id permittat, et diabolicam adversus Christum operationem quæ illis inest vehementiorem efficiant. Quocirca nihil cunctatus, dilectissimi, animum erexi ut istorum infidelitatem vobis patefacerem, qui dicunt: *Erat quando non erat Filius Dei, et postea factus est cum antea non existeret, talis factus quandocunque est factus, qualis quisque homo est.* Omnia enim ex non exstantibus, inquit, fecit Deus, in omnium vel rationis participum vel **732** expertium creatione Filium etiam Dei comprehendentes. Quibus consequenter addunt, eum mutabilis esse naturæ, virtutisque et vitii capacem: et hac non exstantium voce inducta divinas Litteras, quod semper fuerit, labefaciunt, quæ Verbi immutabilitatem, ac sapientiæ, Verbi, divinitatem docent, quod est Christus.

Quare possumus et nos, ut furia istæ dicunt, filii Dei fieri, sicut et ille. Scriptum enim est: « Filios genui et exaltavi. » At cum illis objicitur quod subsequitur: « Ipsi autem spreverunt me ^b, » quod Servatoris naturæ non convenit, qui natura est immutabilis, pudorem omnem exuentes, Deum aiunt, cum præscientia et præsentione sua nosset aspernaturum non esse, ipsum ex omnibus elegisse. Non enim quod natura, et præ aliis illis præcipuum quidpiam haberet (natura quippe, ut

^b Isa. 1, 2.

ἡπατημένοις ⁸⁷, ἀμετανοήτους ἐπ' οἷς ἐσφάλησαν κατασκευάσωσιν ⁸⁸, ἐπιτριβομένους εἰς ἀσέβειαν, ὡς ἂν ⁸⁹ συμψήφους αὐτοῖς καὶ ὁμόφρονας ἔχοντας ⁹⁰ ἐπισκόπους. Οὐχ ἄπερ γοῦν παρ' ἡμῖν πονηρῶς ἐδίδαξαν τε ⁹¹ καὶ διεπράξαντο ὁμολογοῦσιν αὐτοῖς ⁹², δι' ἃ καὶ ἐξώσθησαν· ἀλλ' ἢ σωπῆ ταῦτα παραδίδασιν, ἢ πεπλασμέναις λόγοις καὶ ἐγγράφοις ⁹³ ἐπισκιάζοντες ἀπατώσι. Πιθανωτέρας γοῦν καὶ βωμολόχοις ⁹⁴ ὁμιλίαις τὴν φθοροποιὸν αὐτῶν ⁹⁵ διδασκαλίαν ἐπικρύπτοντες, συναρπάζουσι τὸν εἰς ἀπάτην ἐκκείμενον, οὐκ ἀπεχόμενον καὶ τοῦ παρὰ πάσι συκοφαντεῖν τὴν ἡμετέραν εὐσέβειαν. Ὅθεν καὶ συμβαίνει τινὰς τοῖς γράμμασιν αὐτῶν ὑπογράφοντας εἰς Ἐκκλησίαν εἰσδραχέσθαι· μεγίστης, ὡς οἶμαι, διαβολῆς ἐπικειμένης τοῖς τοῦτο τολμῶσι συλλειτουργοῖς, τῷ μήτε τὸν ἀποστολικὸν κανόνα τοῦτο συγχωρεῖν, ἀλλὰ καὶ ὑπεκκαίειν ⁹⁶ τὴν ἐπ' αὐτοῖς διαβολικὴν κατὰ Χριστοῦ ἐνέργειαν. Δι' ἃ ⁹⁷ δὴ καὶ οὐδὲν μελλήσας, ἀγαπητοὶ, δηλώσαι ὑμῖν τὴν τῶν τοιοῦτων ἀπιστίαν ἐμαυτὸν διανέστησα, λεγόντων, ὅτι Ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ γέγονεν ὕστερον ὁ πρότερον μὴ ὑπάρχων, τοιοῦτος γενόμενος ὅτε καὶ ποτε γέγονεν, οἷος καὶ πᾶς ⁹⁸ πέφυκεν ἄνθρωπος. Πάντα γάρ, φασίν ⁹⁹, ὁ Θεὸς ἐξ οὐκ ὄντων ἐποίησε, συναναλαβάνοντας τῇ τῶν ἀπάντων λογικῶν τε καὶ ἀλόγων κτίσει καὶ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ. Οἷς ἀκολουθῶν καὶ ¹⁰⁰ φασιν αὐτὸν τρεπτῆς εἶναι φύσεως, ἀρετῆς τε καὶ κακίας· ἐπιδεικτικὸν· καὶ τῇ ἐξ οὐκ ὄντων ὑποθέσει, καὶ τὰς θείας τοῦ εἶναι αὐτὸν ἀεὶ συναναίρουσιντες Γραφάς, αἱ τὸ ἀτρέπτου τοῦ Λόγου, καὶ τὴν θεότητα τῆς σοφίας ¹⁰¹, τοῦ Λόγου ¹⁰², σημαίνουσιν, ἃ ἐστὶν ὁ Χριστός.

Δυνάμεθα γοῦν καὶ ἡμεῖς, ὡς ¹⁰³ φασιν οἱ ἀλάστορες, [11] υἱοὶ γενέσθαι Θεοῦ, ὡς περ κάκεινος. Γέγραπται γάρ· « Υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ἔβωσα. » Ἐπιφερομένου δὲ αὐτοῖς τοῦ λέγοντος ἐξῆς τοῦ ῥητοῦ· « Αὐτοὶ δὲ με ἠθέτησαν· » ὅπερ οὐ φυσικόν ¹⁰⁴ ἐστὶ τῷ Σωτῆρι, ὄντι τῆς φύσεως ἀτρέπτου· πάσης εὐλαθείας ἑαυτοῦς ἐρημώσαντες ¹⁰⁵, τοῦτο φασί, προγωνώσει καὶ προθεωρεῖα περὶ αὐτοῦ εἰδὸτα τὸν Θεὸν, ὅτι οὐκ ἀθετήσει, ἐξελεῖσθαι αὐτὸν ἀπὸ ¹⁰⁶ πάντων. Οὐ γὰρ φύσει καὶ κατ' ἐξαίρετον τῶν ἄλλων υἱὸν ἔχοντά

VARIAE LECTIONES.

⁸⁷ τῶν ὑπ' αὐτῶν ἡπατημένων. Casaub., Chr. Scal. ⁸⁸ κατασκευάσωσιν Basil. Græc., Steph. ⁸⁹ ὡς Bas. Græc. ⁹⁰ ἔχοντας Basil. Latia., Steph. ⁹¹ τε abest a Basil. Græc. ⁹² αὐτοὶ Basil. Græc., Steph. ⁹³ ἐγγράφοις abest a Basil. Græc. Ἐγγράφως habet Bas. Lat. ⁹⁴ βωμολογικαῖς Bas. Græc. et Lat. ⁹⁵ ἐκείνων Basil. Lat. ⁹⁶ ἐκκαίειν s. ὑπεκκαίειν videtur habuisse auctor Hist. tripart., qui reddit: *effundunt super eos.* ⁹⁷ διὸ Bas. Græc. et Lat., Steph. ⁹⁸ Mira librorum diversitas. Textus lectionem, Valesio quoque probatam, exhibent Basil. Lat., Steph. 2, Savil. Chr. et Scaliger, itemque Pini codex, nisi quod hic γέγονεν habeat pro πέφυκεν. Allatii: οἷος καὶ πᾶς εἶναι συμβέβηκεν ἄνθρωπος. Sic et tripart. Hist.: *qualem et omnem hominem esse contigit.* Basileensis Græc. et Steph. 1, ille οἷος, hic οἷα καὶ πᾶσιν εἶναι πέφυκεν ἄνθρωποις. ⁹⁹ φασίν Steph. ¹⁰⁰ καὶ abest a Bas. Græc. ¹⁰¹ καὶ σοφίαν videtur habuisse auctor Hist. tripart. Reddit enim: *inconvertibilitas verbi et sapientia atque divinitas.* Legendum arbitror vel τῆς σοφίας καὶ τοῦ Λόγου, vel τὸ τοῦ Λόγου separandum a superiore, ut per appositionem quasi interpretetur quæ intelligatur σοφία, nempe Filius Dei; quod vel absentia τοῦ Λόγου a codice Latino Basileensi suadet. ¹⁰² τοῦ Λόγου abest a Basil. Lat. Interpretamentum est forte. ¹⁰³ ὡς addunt Basil. Lat., Casaub., Chr. et Scal., cæteri non habent. ¹⁰⁴ ἀφυσικόν Pini. ¹⁰⁵ Post hæc verba codex Allatii et Hist. tripart. subjicit hæc, quæ in textu Sirmondi paulo post sequuntur: οὕτε τινὰ ἔχοντα ἰδιότητα πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τρεπτῆς φύσεως. ¹⁰⁶ ὅπῃ male Basil. Græc. et Lat.

τι (Ὅτε γὰρ φύσει υἱός τίς ἐστι τοῦ Θεοῦ ἴ, φασίν, Ἄ οὔτε τινὰ ἔχων ἰδιότητα πρὸς αὐτόν), ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τρεπτῆς τυγχάνοντα φύσεως, διὰ τρόπων ἐπιμέλειαν καὶ ἀσκησιν μὴ τρεπόμενον ἐπὶ τὸ χεῖρον, ἐξελέξατο. Ὡς εἰ ⁷⁰ καὶ Παῦλος τοῦτο βιάσαίτο καὶ Πέτρος, μηδὲν διαφέρειν τούτων τὴν ἐκείνου υἱότητα. Εἰς παράστασιν τῆς φρενοβλαβοῦς ταύτης διδάσκαλλας καὶ τὰς Γραφαίς ἐμπαρονοῦντες, καὶ παρατιθέμενοι τὸ ἐν Ψαλμοῖς περὶ Χριστοῦ ῥητὸν, οὕτως ἔχον· « Ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀδικίαν· καὶ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεός, ὁ Θεός σου, ἔλαιον ἀγαλλιᾶσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. »

Ἐπερὶ μὲν οὖν ὅτι ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ οὔτε ἐξ οὐκ ὄντων γεγέννηται, οὔτε ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, αὐτάρκης παιδεύσαι Ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστὴς γράφων οὕτως περὶ αὐτοῦ· « Ὁ μονογενὴς ⁷⁰ Υἱὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρὸς. » Προνοούμενος γὰρ ὁ θεός ⁷⁰ δεικνύει διδάσκαλος ἀλλήλων ἀχώριστα πράγματα δύο, τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν, ὄντα αὐτὸν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Πατρὸς ὠνόμασεν. Ἀλλὰ γὰρ καὶ ὅτι τοὺς ἐξ οὐκ ὄντων γενομένους ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ οὐ συναριθμεῖται, πάντα δι' αὐτοῦ γεγονέναι ὁ αὐτὸς φησιν Ἰωάννης. Τὴν γὰρ ἰδιότροπον αὐτοῦ ὑπόστασιν ἐδήλωσεν εἰπὼν· « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεός ἦν ὁ Λόγος· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν ⁷¹. » Εἰ γὰρ πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, πῶς ὁ τοῖς γενομένοις τὸ εἶναι χαρισάμενος, αὐτὸς ποτε οὐκ ἦν; Θὺ γὰρ πως ὁ Λόγος ⁷², τὸ ποιοῦν, τοῖς γενομένοις τῆς αὐτῆς εἶναι φύσεως διορίζεται ⁷³. εἰ γε αὐτὸς μὲν ἦν ἐν ἀρχῇ, πάντα δὲ ⁷⁴ δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ⁷⁵ ἐξ οὐκ ὄντων ἐποίησεν. Ἐναντίον γὰρ δοκεῖ τοῖς ἐξ οὐκ ὄντων γενομένοις τὸ ὄν, καὶ ἀφεστηκὸς σφάθρα. Τὸ μὲν [12] γὰρ, μεταξύ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ οὐδὲν δεικνύσιν εἶναι διάστημα, οὐδ' ἄχρι τινὸς ἕνωσας τοῦτο φαντασιῶσαι τῆς ψυχῆς δυναμένης· τὸ δὲ ἐξ οὐκ ὄντων δημιουργεῖσθαι τὸν κόσμον, νεωτέραν ἔχει τῆς ὑποστάσεως καὶ πρόσφατον τὴν γένεσιν, ὑπὸ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ πάντων εἰληφώτων τὴν τοιαύτην οὐσίωσιν. Μακρὸν γοῦν ⁷⁶ θεωρήσας τοῦ Θεοῦ Λόγου τὸ ἦν, καὶ ὑπεράττον ⁷⁷ τῆς τῶν γεννητῶν ⁷⁸ διαβολας, ὁ εὐλαβέστατος Ἰωάννης, (γένεσιν αὐτοῦ καὶ ποιῆσιν ἀπηξίωσεν εἰπεῖν, οὐδὲ παῖς ὁμοστωχοῖς ⁷⁹ συλλαβαῖς τὸ ποιῶν τοῖς γιγνομένοις ὀνομάσαι τολμήσας· οὐχ ὅτι ἀγέννητος ἦν (ἐν γὰρ ἀγέννητον, ὁ Πατήρ), ἀλλ' ὅτι ⁸⁰ διαβολας τῶν ⁸¹ D

dicunt, Del Filius nullus est, nec ullam ad eum habet proprietatem [non filius est ejus proprius]), sed quia, cum mutabilis esset naturæ, propter singularem morum curam et diligentiam mutatus ad deteriora non est, ipsum elegit. Adeo ut si Paulus et Petrus in hoc elaborarent, nihilo his præstantior foret illius filiatio. Quam isti vesanam doctrinam ut astruant, Scripturis quoque **733** illudentes, illud adjiciunt quod in Psalmis de Christo dictum est : « Dilixisti justitiam et odisti iniquitatem : propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ participibus tuis c. »

Quod vero Dei Filius neque ex non exstantibus factus sit, neque unquam fuerit, quando non erat, abunde docet Joannes evangelista, de illo sic scribens : « Unigenitus Filius, qui est in sinu Patris d. » Cum enim ostendere vellet divinus magister, Patrem et Filium duas res esse quæ separari nequeunt, Filium in sinu Patris esse dixit. Quin etiam ut ostenderet, eorum numero, quæ ex non exstantibus facta sunt, Dei Verbum non censerī, omnia per ipsum facta fuisse idem Joannes testatur. Nam proprium ejus subsistentiæ modum demonstravit dicens : « In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat · Verbum : omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil e. » Quod si enim omnia per ipsum facta sunt, quo pacto qui rebus factis præstitit ut essent, ipse aliquando non erat ? Nulla enim unquam ratio constituit : id quod facit (aliquid) cum iis quæ facta sunt, ejusdem naturæ esse. Si quidem ipsum (Verbum) erat in principio, et omnia per ipsum facta sunt ; etiam ex non exstantibus fecit. Contrarium namque iis quæ ex non exstantibus facta sunt videtur esse id quod est, valdeque disjunctum. **734** Nam hoc quidem inter Filium et Patrem nullam monstrat esse distantiam, quam neo cogitatione aliqua fingere animus possit. Ex non exstantibus vero creari mundum, recentiorem habet nuperamque subsistentiæ productionem, rebus omnibus a Patre per Filium talem essentiæ originem consequentis. Sanctissimus ergo Joannes, immensum illud Erat Dei Verbi, creaturarum mentium captum excedens, considerans, ortum ejus creationemque dicere noluit, consimilibus verbis factorem una cum iis quæ facta sunt appellare non ausus. Non quod in-

^a Psal. xlii, 8. ^d Ioan. i, 18. ^e ibid. 1.

VARIÆ LECTONES.

⁷⁰ υἱός ἐστιν τίς τοῦ Θεοῦ Basil. Græc. ⁷¹ ὡσεὶ Bas. Lat. ⁷² ὁμογενὴς Bas. Lat. ⁷³ Chr. et Scal., exprunctio τῷ διδάσκαλος, volunt ὁ θεὸς Λόγος, quod et Casauboni liber habet. Nec διδάσκαλος habebat auctor Hist. tripart., qui vertit : *Providente quippe Deo*. ⁷⁴ οὐδὲν Bas. Lat. Post οὐδὲ ἔν auctor Hist. tripart., Allatii codex, Chr. et Scal. addunt : ὁ γέγονεν, quod abest a Bas. Græc, Steph. et Pini codicibus. ⁷⁵ πᾶς λόγος Bas. Græc. et Lat. cum Steph. Hist. tripart. : *non enim ulla ratio est*. ⁷⁶ ὀρίζεται Bas. Græc. et Lat. ⁷⁷ δὲ abest a Bas. Lat. ⁷⁸ καὶ abest ab Hist. tripart., omninoque hæc verba καὶ ἐξ — ἐποίησεν omittit uterque Basil. ⁷⁹ οὖν Bas. Græc. et Lat. ⁸⁰ ὑπεράττον Bas. Græc. et Lat., et Allat. probante Valesio. ⁸¹ γεννητῶν legendum putat Vales., ut est in Pini codice. Hist. tripart. *creaturarum*. ⁸² ὁμοστωχοῖς uterque Basil. et Pini codex. ⁸³ ἀλλ' ὅτι τῆς ἐξεσμένης τῶν Εὐαγγ., x. τ. ἐξ. Ita locum constituit Scalig. et Vales., secundum cod. Allat., Savil., Bas. Græc. et Lat. (quantum uterque Basil. habet vitiose ἐξωσμένης). ⁸⁴ μετὰ τῶν Εὐ. habet Steph., forte vitio typorum pro μέν.

genitus sit Filius, unus namque ingenuus est, Pater : sed quod evangelistarum intelligentiam, ac fortasse angelorum quoque comprehensionem exsuperet ineffabilis Unigeniti Dei subsistentia.

Nec piorum numero habendi sunt ii, mea sententia, qui in istarum rerum inquisitionem ingredi non dubitant, cum illud non audiant : « Altiora te ne quæsieris, et sublimiora te ne scruteris f. » Et enim si multarum aliarum rerum cognitio, quæ his sunt sine dubio longe imperfectiores, humanam fugit comprehensionem : quæ sunt de quibus ait Paulus : « Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus iis 735 qui diligunt illum g, » et cum stellas Deus Abraham negat posse numerari, et illud rursus : « Arenam maris, et pluviam guttas quis dinumerabit? » qui potest quisquam, nisi mente captus, Dei Verbi subsistentiam curiosius investigare, de qua propheticus Spiritus ait : « Generationem ejus quis enarrabit h ? » cum et ipse Salvator noster, totius mundi columnis, deiloquis videlicet apostolicis, gratificans, istarum rerum cognitionem tanquam onus ab illis amovere studuerit, omnibus ipsis præter naturam esse docens, ut ipsum comprehendant, solique Patri divinissimi hujus mysterii reservatam esse notitiam. « Nemo enim novit Filium, inquit, nisi Pater : neque Patrem quis novit, nisi Filius i. » Qua de re Patrem etiam hoc dixisse arbitrator : « Secretum meum mihi j. »

Quod vero extrema sit dementia, Filium ex non exstantibus ortum existimare, atque in tempore productum, hoc ipsum, ex non exstantibus, demonstrat, licet 736 stupidi verborum suorum insaniam non intelligant. Illud enim, non erat, quod aiunt, in tempore versari necesse est, aut in aliquo sæculi intervallo. Proinde si verum est omnia per ipsum facta esse, constat et sæculum omne, et tempus, et intervallum, et quando, in quibus non erat reperitur, per ipsum facta esse. Quomodo igitur absurdum non sit, eum qui et tempora, et sæcula, et temporum opportunitates, cum quibus et

εὐαγγελιστῶν, τάχα δὲ καὶ ἀγγέλων καταλήψεως ὑπερπέκεινά ἢ ἔστιν ἡ τοῦ Μονογενοῦς Θεοῦ ἀνεκδιήγητος ὑπόστασις.

Εἰς εὐσεβεῖς ἢ οὐκ οἶμαι λογιζομένους τοὺς μέχρι τούτων ἐπερωτῶν τι τολμῶντας, διὰ τὸ ἀνῆκον ἢ τοῦ· « Χαλεπώτερα σου μὴ ζῆτει, καὶ ὑψηλότερά σου μὴ ἐξέταζε. » Εἰ γὰρ ἐτέρων πολλῶν ἢ γνώσις, καὶ τούτων ἀσυγκρίτως κολοβωτέρων, κέκρυπται τὴν ἀνθρωπίνην κατάληψιν (οἷά ἐστι παρὰ Παύλῳ· « Ἄ ὀφθαλμοῦς οὐκ εἶδε, καὶ οὐς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἢ ἠτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. » ἀλλὰ καὶ τὰ ἄστρα φησὶν ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραάμ ἀριθμῆσαι ἢ μὴ δύνασθαι· καὶ ἔτι, « Ἄμμον θαλασσῶν καὶ σταγόνας ὕδατος, φησὶ, τίς ἐξαριθμῆσει; »)· πῶς ἂν περιεργασαίτο τις τὴν τοῦ Θεοῦ Λόγου ὑπόστασιν, ἐκτός εἰ μὴ μελαγχολικῆ διαθέσει ληθελὲς τυγχάνοι, περὶ ἧς τὸ προφητικὸν Πνεῦμά φησι· « Τὴν γενεάν αὐτοῦ τίς διηγῆσεται; » ἦν ἢ καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν εὐεργετῶν τοὺς πάντων ἢ τῶν ἐν κόσμῳ κίονας, τοὺς θεηγόρους φημι ἀποστόλους ἢ, τὴν περὶ τούτων γῶνσιν αὐτῶν ἢ ἀποφορτίσασθαι ἐσπούδασε· πᾶσι μὲν οὖν αὐτοῖς οὐ φυσικὴν ἢ εἶναι λέγων τὴν κατάληψιν· μόνῳ δὲ τῷ Πατρὶ ἀνακεῖσθαι τὴν τοῦ θεοῦ τούτου μυστηρίου εἰδογῆναι, « Οὐδεὶς γὰρ ἔγνω, τίς ἔστιν ὁ Υἱὸς, λέγων, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ, καὶ τὸν Πατέρα οὐδεὶς ἔγνω ἢ, εἰ μὴ ὁ Υἱὸς. » Παρὶ οὐ καὶ τὸν Πατέρα οἶμαι λέγειν· « Τὸ μυστήριόν μου ἐμοὶ ἢ. »

Ἔτι δὲ μανιωδῶς τὸ ἐξ οὐκ ὄντων τὸν Υἱὸν γεγονέναι φρονεῖν, χρονικὴν ἔχοντα τὴν προβολὴν ἢ, αὐτῶν δεικνύεται τὸ ἐξ οὐκ ὄντων ἢ, καὶ ἀγνωσίαν οἱ ἀνόητοι τὴν τῆς φωνῆς αὐτῶν μανίαν. [13] Ἢ γὰρ χρόνους ἐμπολιτεύεσθαι δεῖ τὸ οὐκ ἦν, ἢ αἰῶνός τι· διαστήματι. Εἰ τοίνυν ἀληθὲς τὸ πάντα δι' αὐτοῦ γεγονέναι ἢ, δηλὸν ὅτι ἢ καὶ πᾶς αἰὼν, καὶ χρόνος, καὶ διαστήματα, καὶ τὸ πότε, ἐν οἷς τὸ οὐκ ἦν εὐρίσκειται, δι' αὐτοῦ ἐγένετο. Καὶ πῶς οὐκ ἀπίθανον τὸν καὶ χρόνους, καὶ αἰῶνας, καὶ καιροὺς, ἐν οἷς τὸ οὐκ ἦν συμπεφυρταί, ποιήσαντα, αὐτόν ποτε μὴ εἶναι λέγειν; Ἀδιανόητον ἢ γὰρ καὶ πάσης ἀμα-

^f Eccl. iii, 22. ^g I Cor. ii, 9. ^h Isa. liii, 8. ⁱ Matth. xi, 27. ^j Isa. xxiv, 16.

VARIÆ LECTIONES.

ἢ ἐπέκεινα Pini. Chr. ἢ Εἰς εὐσεβεῖς οὐκ οἶμαι λογιζομένου τοῦ μέχρι τούτων ἐπερωτῶν τι τολμῶντος (quam lectionem in textum recepit Valesius) est in utroque Basileensi (nisi quod Græcus habet τοὺς — τολμῶντας), Allat. et Savil. Sirmondii textum, sed omisso εἰς ante εὐσεβεῖς, exhibet Steph. editio. Εἰς εὐσεβείαν — τολμῶντας exhibet codex Pini cum Chr. et Scal. ἢ τὸ ἀνῆκον vitiose uterque Basil. ἢ ὅσα Bas. Græc. et Lat. ἢ ἀριθμῆσθαι Casaub. ἢ ἢ καὶ αὐτὸς ὁ σ. quocirca etc. Ita emend. Vales. ἢ τοὺς πάντων εὐεργετῶν τῶν, etc. Bas. Græc. et Lat., Steph. ἢ τοὺς — ἀποστόλους librarii scholion recte videtur Valesio, neque enim repertum fuit in codice ullo, nec in Hist. trip. ἢ αὐτῶν Bas. Lat., τούτου Bas. Græc. et Allat. Hist. trip. hujus notitiam, probante Valesio. ἢ ἀφυσικὸν εἶναι λέγων εἰς κατάληψιν. Bas. Græc. et Lat., Steph. Unde Sirmondus suam lectionem habet, non constat. ἢ ἔγνωεν uterque Basil. ἢ καὶ τοῖς ἐμοῖς addunt Bas. Græc. et Lat. cum Steph. Sed Allat. non habet. ἢ Ausi sumus pro vitioso Sirmondiano verbo πρόθεσιν, substituere προβολὴν, quam quidem lectionem offerunt Bas. Græc. et Lat., Steph. 1 et Savil. astipulante Vales. Ac Steph. 1 habet quidem ἔχον, sed cæteri omnes ἔχοντα, cujus lectionis vestigia haud obscura sunt in cod. Savillii, ubi legitur : ἔχον ταύτην προβ. Pro προβολὴν Steph. 2, Casaub., Scal. et Pini codex exhibent πρόθεσιν (Steph. 2 etiam ἔχον), ut Allatii ὑπαρξίν. ἢ Ita visum est Theodoretii textum restituere consentientibus codicibus universis. Sirmondus ediderat ἔξ τοῦ ἐξ οὐκ ὄντων. Sed vel illud τὸ ἐξ οὐκ ὄντων Valesius conjicit tanquam scholium margini ascriptum in textum translatum esse. ἢ τὸν non est in Steph. 2. ἢ ἐγένετο uterque Basileensis. ἢ δηλονότι. Bas. Græc. et Steph. ἢ ἀνόητον cum Allatii codice mavult Vales. Hist. trip. stultum.

θίας ἀνάπλευσιν, τὸν αἰτιῶν γενόμενόν τινος, αὐτὸν Ἀ μεταγενέστερον ¹¹ λέγειν τῆς ἐκείνου γενέσεως. Προηγείται γὰρ κατ' αὐτοὺς τῆς τὰ ὅλα δημιουργουσης τοῦ Θεοῦ σοφίας ἐκεῖνο τὸ διάστημα, ἐν ᾧ φασὶ μὴ γεγενῆσθαι τὸν Υἱὸν ὑπὸ τοῦ Πατρὸς· ψευδομένης κατ' αὐτοὺς καὶ τῆς πρωτότοκον αὐτὸν εἶναι πάσης κτίσεως ἀναγορευούσης Γραφῆς. Σύμφωνα γοῦν τούτοις βοᾷ καὶ ὁ μεγαλοφωνότατος Παῦλος φάσκων περὶ αὐτοῦ· «Ὁν ἔθηκε κληρονόμον πάντων, δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν.» Ἀλλὰ καὶ, «Ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, τὰ ἐν τοῖς ¹² οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὄρατά καὶ τὰ ἀόρατα, εἴτε Ἀρχαί, εἴτε Ἐξουσίαι, εἴτε Κυριότητες, εἴτε Θρόνοι, πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἐκτίσται, καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων.»

Ἀσεβειστάτης οὖν φανείσης τῆς, *ἐξ οὐκ ὄντων*, ὑποθέσεως, ἀνάγκη τὸν Πατέρα αἰεὶ ¹³ εἶναι Πατέρα. Ἔστι δὲ Πατὴρ αἰεὶ παρόντος τοῦ Υἱοῦ, δι' ὃν ¹⁴ χρηματίζει Πατὴρ. Αἰεὶ δὲ παρόντος αὐτῷ τοῦ Υἱοῦ, αἰεὶ ἐστὶν ὁ Πατὴρ τέλειος, ἀνελλιπῆς τυγχάνων ἐν τῷ καλῷ· οὐ χρονικῶς, οὐδὲ ἐκ διαστήματος, οὐδὲ ἐξ οὐκ ὄντων γενήσας τὸν μονογενῆ Υἱόν. Τί δέ; οὐκ ἀνόσιον τὸ λέγειν, ποτὲ μὴ εἶναι τὴν σοφίαν τοῦ Θεοῦ, τὴν λέγουσαν· «Ἐγὼ ἤμην παρ' αὐτῷ ἀρμόζουσα· ἐγὼ ἤμην ἢ προσέχαιρεν;» ἢ τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ μὴ ὑπάρχειν ποτὲ, ἢ τὸν Λόγον αὐτοῦ ἠκρωτηριάσθαι ποτὲ, ἢ τὰ ἄλλα ἐξ ὧν ὁ Υἱὸς γνωρίζεται, καὶ ὁ Πατὴρ χαρακτηρίζεται; τὸ γὰρ ἀπαύγασμα τῆς δόξης μὴ εἶναι λέγειν, συναναίρει καὶ τὸ πρωτότυπον φῶς, οὗ ἐστὶν ἀπαύγασμα. Εἰ δὲ καὶ ἡ εἰκὼν τοῦ Θεοῦ οὐκ ἦν αἰεὶ, δῆλον ὅτι οὐδὲ οὗ ἐστὶν εἰκὼν ¹⁵ ἐστὶν αἰεὶ· ἀλλὰ καὶ τῷ μὴ εἶναι τὸν τῆς ὑποστάσεως τοῦ Θεοῦ χαρακτήρα, συναναίρειται κάκεινος ὁ πάντως παρ' αὐτοῦ ¹⁶ χαρακτηριζόμενος. Ἐξ ἧς ἐστὶν ἰδεῖν τὴν υἰότητα τοῦ Σωτήρος ἡμῶν οὐδὲ μίαν ἔχουσαν κοινωνίαν πρὸς τὴν τῶν λοιπῶν υἰότητα. [14] Ὁν τρόπον γὰρ ἡ ἀρρήτος αὐτοῦ ὑπόστασις ἀσυγκρίτῳ ὑπεροχῇ ἐδείχθη ὑπερκειμένη πάντων ὡς αὐτός τὸ εἶναι ἐχαρίσατο, οὕτως καὶ ἡ υἰότης αὐτοῦ, κατὰ φύσιν τυγχάνουσα τῆς πατρικῆς θεότητος, ἀλέκτῳ ὑπεροχῇ διαφέρει τῶν δι' αὐτοῦ θέσει υἰοθετηθέντων. Ὁ μὲν γὰρ ἀτρέπτου φύσεως τυγχάνει, τέλειος ὢν καὶ διὰ πάντων ἀνευδής· οἱ δὲ τῆ εἰς ἐκάτερα τροπῇ ὑποκειμένοι, τῆς παρὰ τούτου βοηθείας δέονται. Τί γὰρ ἂν καὶ προκόψαι ἔχοι ἡ τοῦ Θεοῦ σοφία, ἢ τί προσλαβεῖν ἢ αὐτοαλήθεια, ἢ ὁ Θεὸς Λόγος; πῶς ἂν ἔχοι βελτιωθῆναι ἢ ¹⁷ ἡ ζωῆ, ἢ τὸ ἀληθινὸν φῶς; Εἰ δὲ τοῦτο, πῶσ' ἂν πλείον τυγχάνει ἀφύσικον ¹⁸ μωρίας ποτὲ δεκτικὴν γενέσθαι τὴν σοφίαν, ἢ τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν ἀσθενεῖα προσπλακῆ-

non erat confusum est, produxerit, ipsum affirmare aliquando non fuisse? Intelligi enim non potest, estque omni inscitia plenum, eum qui rei cuiuspiam causa et auctor fuerit, ipsum rei illius productione dicere posteriorem. Antecedit enim, istorum sententia, Dei sapientiam, quæ universa creavit, intervallum illud, in quo Filium aiunt ex Patre genitum non fuisse, et mentitur secundum ipsos Scriptura, quæ illum primogenitum omnis creaturæ nuncupat. His namque consentanea Paulus clarissima voce loquitur, de illo dicens: «Quem constituit hæredem universorum, per quem fecit et sæcula k.» Sed et: «In ipso condita sunt universa in cælis et in terra, visibilia et invisibilia, sive Principatus, sive Potestates, sive Dominationes, sive Throni, omnia per ipsum ejusque causa creata sunt, et ipse est ante omnia l.»

Quare cum a pietate alienissima deprehensa sit illa, *Ex non exstantibus*, sumptio, necessario sequitur, Patrem semper Patrem fuisse. Pater autem semper est præsentē Filio, **737** propter quem Pater vocatur. Semper autem præsentē illi Filio, semper est Pater perfectus, et quem boni pars nulla deficiat: qui non in tempore, neque ex intervallo, neque ex non exstantibus unigenitum Filium genuit. Qui igitur nefas non sit dicere, sapientiam Dei tempore aliquo non fuisse, cum ipsa de se pronuntiet: «Ego eram * apud ipsum cuncta componens: ego eram cui adgaudebat = ?» aut virtutem Dei aliquando non fuisse, aut Verbum ejus *inæmum* fuisse aliquando, aut alia eum quibus et Filius cognoscitur, et Pater suis notis designatur? Splendorem enim gloriæ qui esse neget, primariam lucem una tollit, cujus est splendor. Quod si imago Dei semper non erat, nec is haud dubie ejus est imago semper est: sed eo non existente qui est figura substantiæ Dei, tollitur etiam ille qui ab eo prorsus exprimitur. Unde perspicere licet, Servatoris nostri filiationem commune nihil habere cum aliorum filiatione. Nam quemadmodum inexplicabilem ejus subsistentiam incomparabiliter excellentia rebus omnibus præstare ostensum est, quibus essentiam ille impertit: sic et filiatio ejus, quæ est secundum naturam paternæ divinitatis, **D** ineffabili quadam præstantia antecellit iis qui per ipsum adoptantur in filios. Nam ipse quidem immutabilis est naturæ perfectus, et nullius rei indigens: hi vero, cum in utramque partem mutari possint, illius indigent auxilio. Quid enim **738** est in quo proficere queat sapientia Dei, aut quid potest ipsa veritas amplius assumere, aut Deus

¹¹ Hebr. i, 2. ¹² Coloss. i, 16. = Prov. viii, 50.

VARIE LECTIONES.

¹³ μὴ προγενέστερον habet Steph. 2 et Casaub. liber. ¹⁴ τοῖς et quod sequitur τὰ ante ὄρατὰ abest a Bas. Lat. ¹⁵ αἰεὶ male omittitur in utroque Basil. ¹⁶ Ita Savil., Christoph. et Scaliger. Sed Basil. Gr. et Lat. itemque Steph. habent: διὸ Pini codex: δι' οὐ. ¹⁷ εἰκὼν τοῦ Θεοῦ Basil. Gr. et Lat., Steph. ¹⁸ ὅτι αὐτοῦ uterque Basiloensis. ¹⁹ ἢ... ἢ abest a Basil. Gr. et Lat. et Steph. ²⁰ ἀφύσ. τυγχ. Bas. Gr., Steph.

Verbum? quomodo præstantior effici aut vita, aut lux vera possit? Quod si ita se habet, quanto magis repugnat naturæ, ut stultitiæ aliquando capacis sit sapientia, aut potentia Dei implicetur imbecillitate, aut obscurare temeritate ratio, aut tenebræ cum vera luce permisceantur? cum ipse dicat Apostolus: « Quæ societas luci ad tenebras, aut quæ conventio Christi ad Belial? » et Salomon fieri posse negat, ut cogitatione comprehendatur « via colubri super petram », quæ, juxta Paulum, est Christus. Qui autem ejus sunt creaturæ, homines et angeli, et beneficium acceperunt, ut proficerent virtutem exercentes; et mandatorum leges, ne peccarent. Propterea utique Dominus noster Jesus Christus, qui natura Filius est Patris, ab omnibus adoratur. Qui autem spiritu servitutis deposito, ex recte factis et profectu spiritali adoptionem accipiunt, ejus qui natura est

ὄρεῦσι καὶ ἵπποις χρῆσασθαι τοὺς ἐπισκόπους, καὶ τοὺς σὺν τούτοις ἀφικνουμένους παρεγγυήσας. Ἐπειδὴ δὲ ἠθροίσθησαν ὅσοι τῆς ὁδοπορίας τὸν πόνον ἐνεργεῖν ἠδυνήθησαν, ἀφίκετο καὶ αὐτὸς εἰς τὴν Νίκαιαν, ἰδεῖν τε τὴν τῶν ἀρχιερέων πληθὺν ἐφιέμενος, καὶ τὴν ὁμόνοιαν αὐτοῖς πρυτανεῦσαι ποθῶν· καὶ παραχρῆμα πάντα ἀφθόως αὐτοῖς χορηγεῖσθαι προσέταξεν. Ὀκτωκαίδεκα δὲ καὶ τριακῶσιοι συνήλθον ἀρχιερεῖς. Ὁ δὲ τῆς Γῶμης, διὰ γῆρας ἀπελείφθη βαθὺ· δὴ μόντοι πρεσβυτέρους ἀπέστειλε, συνλίσσασθαι τοῖς πραττομένοις παρεγγυήσας ⁵³. Ἦσαν δὲ κατ' ἐκείνον τὸν χρόνον, πολλοὶ μὲν ἀποστολικαῖς χαρίσμασι διαπρέποντες· πολλοὶ δὲ τὰ στίγματα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, ἐν τῷ σώματι φέροντες. Ἰάκωβος μὲν γὰρ ὁ Ἀντιοχείας τῆς Μυθονίας, Σύροι δὲ αὐτὴν καὶ Ἀσσύριοι Νίσιθιν ὀνομάζουσι, καὶ νεκροὺς ἀνέστησε, καὶ ἐν τοῖς ζῶσι συνέταξε, καὶ ἄλλα μυρία ἐργάτατο, θαύματα, ἃ ⁵⁴ περιττὸν ἡγοῦμαι ἡγεῖν πάλιν ἐνθεῖναι τῇ συγγραφῇ, ἐν ⁵⁵ τῇ Φιλοθέῃ ταῦτα διηγησάμενος Ἱστορίῃ. Παῦλος δὲ ὁ Νεοκαισαρείας (φρούριον δὲ τοῦτο ταῖς τοῦ Εὐφράτου περακείμενον ὁχθαίς), τῆς Λικινίου παραπήλαυσε λύττης. Ἄμω γὰρ ἦν τῷ χεῖρι πεπεδημένος, σιδήρου πεπυρακτωμένου προσβαλόντος αὐταῖν ⁵⁶, καὶ τὰ κινητικὰ τῶν ἄρθρων νεῦρα συστειλαντος καὶ νεκρώσαντος. Ἐτεροι δὲ ὀρωρυγμένους εἶχον τοὺς δεξιῶς ὀφθαλμούς· ἄλλοι δὲ τὰς ἀγκύλας ἐκκεκομμένοι τὰς δεξιὰς. Εἷς τούτων ἦν Παφνούτιος ὁ Αἰγύπτιος. Καὶ ἀπαξᾶπλῶς ἦν ἰδεῖν δῆμον μαρτύρων κατὰ ταυτὸν συνηθροισμένον. Οὐκ ἦν δ' ἄμοιρος ὁμοῦ τῶν ἐναντίων ὁ θεὸς ὅστις καὶ ἀοιδίμος ὁμιλος· ἄλλ' ἦσαν τινες, εὐαριθμητοὶ ⁵⁷ μὲν, ὑπολοιδοὶ δὲ, καὶ τὰ βράχη ⁵⁸ μιμούμενοι [25], καὶ τὴν πονηρίαν καλύπτοντες, καὶ ταῖς Ἀρείου βλασφημίαις οὐ προφανῶς συνηγοροῦντες. Συνεληλυθότων δὲ πάντων, οἶκον μέγιστον ἐν τοῖς βασιλείοις ἠὔτρεψεν ὁ βασιλεὺς, βάρηρα καὶ θρόνους ὅτι μάλιστα πλείστους ἐν τούτῳ τεθῆναι κελεύσας, τῶ τῶν ἀρχιερέων ἀποχρῶντας ⁵⁹ συλλόγῳ. Οὕτω τὸ πρέπον αὐτοῖς εὐτρεπίσας γέρας, εἰσελθεῖν τε ἐπέτρεψε, καὶ περὶ τῶν προκειμένων βουλευσασθαι. Εἰσελήλυθε δὲ καὶ αὐτὸς ἐσχάτος σὺν ὀλίγοις, ἀξίεπαινον μὲν ἔχων τὸ μέγεθος, ἀξιμάζον δὲ τὴν ὥραν, ὀσυμασιωτέραν δὲ τὴν ⁶⁰ τοῖς μετώποις ἐπικαθημένην αἰδῶ. Θρόνον δὲ μικροῦ τεθέντος ἐν μέσῳ κεκάθειεν, ἐπιτρέψαι τοῦτο τοὺς ⁶¹ ἐπισκόπους αἰτήσας· σὺν αὐτῷ δὲ καὶ ἅπας ὁ θεὸς ἐκείνος ἐκαθέσθη χορῶς. Παραυτίκα δὲ πρῶτος ὁ μέγας Εὐστάθιος, ὁ τῆς Ἀντιοχείων Ἐκκλησίας τὴν προεδρίαν λαχὼν· Φιλογόσιος γὰρ, οὗ πρόσθεν ἐμνήσθη ⁶¹, εἰς τὸν ἀμείνω μεταβῆσθαι βίον· τοῦτον δὲ ἀκοντα ποιμαίνειν ἀντ' ἐκείνου τὴν Ἐκκλησίαν ἐκείνην ψήφῳ κοινῇ κατηνάγκασαν ἀρχιερεῖς τε καὶ ἱερεῖς, καὶ ἅπας ὁ λαὸς ὁ φιλόχριστος· οὗτος τοῖς

mulosque et equos usurpandos indulsit. **755** Postquam autem congregati sunt omnes, qui itineris molestias ferre potuerant, ipse quoque Nicæam venit, tum episcoporum multitudinem videre cupiens, tum pacem inter illos et concordiam componere: statimque omnia illis assatiu subministrari jussit. Trecenti decem et octo episcopi conveniant. Romanus autem propter summam senectutem ipse quidem non adfuit, sed presbyteros duos misit cum potestate actis assentiendi. Erant eo tempore multi apostolicis donis excellentes: multi etiam, qui stigmata Domini Jesu, ut divinus Apostolus, in corpore gestabant. Jacobus enim Antiochiæ Mygdoniæ, quam Syri et Assyrii Nisibim vocant, episcopus, et mortuos suscitavit, vitæque restituit, et infinita alia edidit miracula, quæ supervacaneum duco iterum huic libro inserere, cum sint a me in historia, quæ Philotheus inscribitur, commemorata. Paulus vero Neocæsareæ (castello id nomen est ad Euphratis ripas posito), Licinii rabiem expertus est. Ambæ illi manus debilitatæ fuerant, ferro candente illis admoto, articulorumque nervis motum cientibus contractis et enectis. Alii dextros oculos habebant effossos: alii dextros poplites succisos, quorum e numero fuit Paphnutius Ægyptius. Ad summam ibi videre erat martyrum multitudinem in unum coactam. Neque tamen adversariis caruit divinus et celebris hic cœtus: sed adfuere nonnulli, **756** pauci quidem numero, at subdoli, brevium instar pravam mentem occultantes, et Arii blasphemias non aperte patrocinantes. Itaque cum universi convenissent, aulam illis maximam in palatio præparavit imperator, in eaque sedes quamplurimas et subsellia, quæ episcoporum numero satis essent, locari jussit. Atque ita loco ipsis honorifice disposito, intrare præcepit, et de re proposita consultare. Ipse quoque cum paucis postremus omnium ingressus est, proceritate corporis spectabilis, formaque egregia et amabili, sed pudore qui in ejus vultu insidebat magis admirando: parvaquæ sella in medio posita, cum hoc sibi permitti ab episcopis postulasset, in ea resedit, atque una cum ipso totus ille divinus cœtus pariter consedit. Et mox ante alios magnus Eustathius, ad Ecclesiæ Antiochenæ cathedram nuper evectus (quippe quem, Philogonio, cujus antea memini, ad meliorem vitam translato, episcopi, sacerdotes Christique amans populus universus, ut ejus loco Ecclesiam illam regeret, communibus suffragiis invitum coegerant), imperatorem summis laudibus ornare cœpit, præclarum ejus erga res sacras studium præconiorum vice remunerans. Cum perorasset, excipiens imperator laudatissimus, de concordia et consensu animorum

VARIÆ LECTIONES.

⁵³ παρεγγυήσας. Basil. Gr. mate. ⁵⁴ καὶ Basil. Gr. ⁵⁵ ἐν ἀβέστῃ a Bas. Gr. ⁵⁶ αὐτάς. Basil. Gr. ⁵⁷ εὐαριθμητοὶ Bas. Gr. vitiose. Εὐρύθμους videtur in animo habuisse Camerarius, cum verteret: *hæud inelegantes*. ⁵⁸ βράχη volunt Christoph. et Scalig. q. d. raucitatem simulatione imitantes; quod non placet. ⁵⁹ ἀποχρῶντας. Steph. ⁶⁰ τὴν a Bas. Gr. abest. ⁶¹ προσεμνήσθη Bas. Gr. et Steph.

verba fecit, tyrannorumque illorum sævitiam, **757** et optatissimam pacem ipsius tempore divinitus concessam commemorans, ostendit quam grave acerbumque esset, si profligatis hostibus, cum resistere audeat nemo, ipsi se impeterent mutuo, et adversariis lætitiarum risumque præberent: præsertim cum de rebus divinis disceptarent, et sanctissimi Spiritus doctrinam litteris proditam * haberent. Libri enim, aiebat, evangelici et apostolici, veterumque prophetarum oracula, de divino numine quid sentiendum sit aperte docent. Proinde hostili contentione depulsa, eorum quæ in quæstionem veniunt explicationem ex divinitus inspiratis testimoniis depromamus. Hæc et his similia, doctrinæ apostolicæ consensum stabilire cupiens, velut paterni nominis amans filius, sacerdotibus tanquam patribus suggestit. Quibus obsequens pars maxima concilii, mutuum concordiam, sanamque doctrinam amplexa est. Pauci tamen quidam, quorum supra memini, et præter illos Menophantus Ephesius, et Patrophilus Scythopolitanus, Theogonius quoque Nicææ ipsius episcopus, Narcissus Neroniadis (est autem Neronias Ciliciæ secundæ urbs, quam Irenopolim nunc vocant), et cum his Theonas Marmaritanus, et Ptolemaidis Ægypti Secundus, suscepto Arii patrocinio, apostolicæ doctrinæ refragati sunt. **758** Quin etiam fidei formulam quam dictarant obtulerunt concilio: quæ ut primum lecta fuit, spuriam cunctis et adulterinam clamantibus, illico discerpta est. At cum ingens tumultus esset contra eos concitatus, et omnes proditæ illos pietatis insimularent, metu percussis exsurrexerunt, primique omnes, Secundo et Theona exceptis, Arium abdicarunt. Impio autem illo sic deturbato, et fidei formula quæ ad hoc usque tempus in Ecclesiis obtinet, communi consensu composita, subscriptionibusque firmata, concilium dimiserunt.

πρῶτον τὸν Ἄρειον ἀπεκέρυξαν, πλὴν Σεκούνδου καὶ Θεωνᾶ. Οὕτω δὲ τοῦ δυσσεβοῦς ἐκποδῶν ⁷⁰ γενομένου, συμπῶως ἅπαντες τὴν μέχρι καὶ νῦν ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις πολιτευομένην πίστιν ὑπαγορεύσαντες, καὶ ταῖς ὑπογραφαῖς βεβαίωσαντες, διέλυσαν τὸ συνέδριον.

CAP. VII.

Arianorum ex Eustathii et Athanasii libris reprehensio.

At vero subdole istos, quos diximus, et non sincere huic formulæ subscripsisse, fidem faciunt **D** tum ea quæ iidem postea contra fidei defensores moliti sunt, tum libri quos hi contra illos conscripserunt. Nam Eustathius ille Antiochenus antistes, cujus ante facta est mentio, res gestas exponens, et blasphemiam refutans, Proverbio-

ἀνθεσι τῶν ἐγκωμίων τὴν βασιλέως ἐστεφάλωσε κεφαλὴν, καὶ τὴν περὶ τῆς θεῆς σπουδὴν εὐλογίαις ἡμεῖψατο ⁶⁹. Πausαμένου δὲ τούτου ⁶⁸, βασιλεὺς ὁ πανεύφημος τοὺς περὶ τῆς ὁμοιοῦς τε καὶ συμφωνίας προσενήνοχε λόγους, τῆς τε τῶν τυράννων ἐκείνων ἀναμνηστικῶν ὠμότητος, καὶ τῆς ἐπ' αὐτοῦ θεοθεν παρασχέσεως ἐντιμοτάτης εἰρήνης· καὶ ὡς δεῖνόν εἴη καὶ ἄγαν δεῖνόν, τῶν πολεμίων καταλυθέντων, καὶ μηδεὶς ἀντιτείνειν τολμῶντος, ἀλλήλους βάλλειν, καὶ τοῖς δυσμενεῖσι ἡδονὴν καὶ γέλωτα προσενεῖν· ἄλλως τε καὶ περὶ θεῶν διαλεγόμενος πραγμάτων, καὶ τοῦ παναγίου Πνεύματος τὴν διδασκαλίαν ἀνάγραφτον ἔχοντας. Εὐαγγελικὰ γὰρ, φησὶ, βίβλοι καὶ ἀποστολικὰ, καὶ τῶν παλαιῶν προφητῶν τὰ θεοπίσματα, σαφῶς ἡμᾶς ἂν χρῆ περὶ τοῦ Θεοῦ φρονεῖν ἐκπαιδεύουσι. Τὴν πολεμοποιῶν οὖν ἀπελάσαντες ἔριν, ἐκ τῶν θεοπνεύστων λόγων λάβωμεν τῶν ζητούμενων τὴν λύσιν. Ταῦτα καὶ τὰ τοῦτοις παραλήσια, ὅσα θη παῖς φιλοπάτωρ, ταῖς ἱεραῖσιν ὡς πατράσι προσέφερε, τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων τὴν συμφωνίαν πραγματευόμενος. Τῆς δὲ συνόδου τὸ μὲν πλεῖστον τοῖς λεγομένοις ἐπέθετο, καὶ τὴν τε πρὸς ἀλλήλους ὁμοίαν, τὴν τε τῶν δογμάτων ὁμοίαν ἠσπάζετο. [26] Ὅλιγοὶ δὲ τινες, ὧν καὶ πρόσθεν ἐμνήσθην, καὶ πρὸς ἐκεῖνοις ⁶⁶ Μηρόφαντος ὁ Ἐφέσιος, καὶ ὁ Σκυθοπολίτης Πατρόφιλος, θεογονίᾳ τε Νικαίας αὐτῆς ἐπίσκοπος ὢν ⁶⁵, καὶ ὁ Νερωνιάδος Νάρκισσος· Κιλικίας δὲ τῆς δευτέρας ἡ Νερωνιάς ἐστὶ πόλις, ἣν νῦν Εἰρηνούπολιν ὀνομάζομεν· καὶ μετὰ τούτων, Θεωνᾶς τε ὁ Μαρμαρίτης ⁶⁶, καὶ ὁ Πτολεμαῖδος τῆς Αἰγυπτίου ⁶⁷ Σεκούνδος, τοῖς ἀποστολικῶς ἀντέλεγον δόγμασιν, Ἄρειον συνηγοροῦντες. Ὑπαγορεύσαντες δὲ καὶ πίστει διδασκαλίαν, ἐπέδωσαν ⁶⁸ τῷ κοινῷ· ἦν ἀναγνωσθεῖσαν εὐθέως διέβρῆξαν ἅπαντες, νόθον καὶ κίβδηλον ὀνομάσαντες. Θορόβου δὲ πλεῖστον κατ' αὐτῶν γενομένου, καὶ πάντων ⁶⁹ προδοσίαν αὐτῶν τῆς εὐσεβείας κατηγοροῦντων, δέσαντες· ἐξανέστησαν, καὶ

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

Ἐλεγχος Ἀρειωνιζόντων ἐκ τῶν Εὐσταθίου καὶ Ἀθανασίου συγγραμμάτων.

Ὑπόμνημα μέντοι καὶ οὐκ εἰλικρινῶς οἱ προβήρῳ-**D** θέντες τῆδε τῆ πίστει ⁷¹⁻⁷² συνέθεντο καὶ μαρτυροῦντά τε ὕστερον παρ' αὐτῶν τυρευθέντα κατὰ τὴν τῆς εὐσεβείας προμάχων, καὶ τὰ παρ' αὐτῶν ἐκείνων περὶ αὐτῶν συγγραφέντα. Εὐστάθιος μὲν γὰρ ἐκεῖνος, ὁ τῆς Ἀντιοχείων ἐπίσκοπος, οὗ καὶ πρόσθεν ἐμνήσθην, ταῦτα περὶ αὐτῶν ἔγραψε, τὰ τε γε-

VARIE LECTIONES.

⁶⁸ Subjiciunt Allat. codex et Epiph. Scholast. μετὰ τοῦτον δὲ πάλιν Εὐσέβιος ὁ ἐπίκλην Παμφίλου. ⁶⁹ Πausαμένου δὲ τούτων. Iidem. ⁶⁶ μὲν interjicitur in Basil. Gr. et Steph. ⁶⁵ ὢν abest ab iisdem. ⁶⁶ ὁ Μαρμαρίτης. quod est in cod. Allatii, ut *Marmaricensis* in *Histor. tripartita*, recte præfert Valesius. Socrati etiam *Hist. Eccl.* I, 8, p. 22 ed Cantabr. Θεωνᾶς Μαρμαρίτης dicitur sc. ἐπίσκοπος, itemque Nicophoro Theodoretum describenti *H. E.* VIII, 18. Infra c. 8 ipse Nestor Theoniam appellat τὴν ἀπὸ Μαρμαρίτης p. 765. ⁶⁷ τῆς Αἰγυπτίας Basil. Gr. *Ἀγυπτί* *Hist. tripartita*. ⁶⁸ ἐπέδωκαν. Basil., Gr., Steph. ⁶⁹ ὧν abest a Basil. Gr. ⁷⁰ ἐκ ποδῶν scribit Basil. Gr. ⁷¹⁻⁷² τῆ δὲ πίστει. Basil. Gr.

γενημένα διδάσκων, καὶ τὴν βλασφημίαν ἐλέγχων, ἅ
καὶ τὴν παροιμιακὴν ἐρμηνεύων βῆσιν τὴν φάσκου-
σαν· «Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα
αὐτοῦ.» Βαδιοῦμαι ⁷⁵ δὲ ἐντεῦθεν ἤδη καὶ ἐπὶ τὰ
πεπραγμένα.

Τί οὖν, ἐπειδὴ διὰ ταῦτα σύνοδος εἰς τὴν Νικαίαν
ἀφικνεῖται μεγίστη, διακοσίων μῆτι ⁷⁶ γε καὶ ἐβδο-
μήκοντα τὸν ἀριθμὸν ὁμοσε συναχθέντων; τὸ γὰρ
σαφές διὰ τὸν τῆς πολυανδρίας δῆλον ⁷⁸ οὐχ οὐδὲ τέ
εἰμι γράφειν, ἐπειδὴ μὴ πάντη τοῦτο περισπουδά-
στος ἀνίχνυσον. Ὡς δὲ ἐζητεῖτο τῆς πίστεως ὁ τρέ-
πος, ἐναργῆς μὲν ἐλέγχος τῆς γράμματις Εὐσεβίου
προὐδὶλλετο βλασφημίας. Ἐπὶ πάντων δὲ ⁷⁶ ἀναγνω-
σθέν, αὐτίκα συμφορὰν [27] μὲν ἀστάθμητον τῆς ἐκ-
τροπῆς ἕνεκα τοῖς αὐτηκόοις προὔξεναι, αἰσχύνῃ δ'
ἀνῆκεστον ⁷⁷ τῷ γράφοντι παρεῖχεν. Ἐπειδὴ δὲ τὸ
ἐργαστήριον τῶν ἀμφὶ τὸν Εὐσεβίον σαφῶς ἐάλω,
τοῦ παρανόμου γράμματος διαρρηγέντος ὑπ' ὕψι
πάντων, ὁμοῦ τινες ἐκ συσκευῆς, τοῦνομα προβαλλό-
μενοι τῆς εἰρήνης, κατεσίγασαν ⁷⁸ μὲν ἅπαντας τοὺς
ἄριστα λέγειν εἰωθότας. Οἱ δ' Ἀρειομανῖται δέσαντες,
μήπως ⁷⁹ ἄρα τοσαύτης ἐν ταύτῳ ⁸⁰ συνόδου
συγκεκροτημένης ἐξοστρακισθεῖεν, ἀπαγορεύουσι ⁸¹
μὲν καὶ ἀναθεματίζουσι προσηδῆσαντες, τὸ ἀπηγο-
ρευμένον δόγμα, συμφώνους γράμμασιν ὑπογράφαν-
τες αὐτοχειρῶν. Τῶν δὲ προεδριῶν ⁸² διὰ πλείστης
ἔσης περιδρομῆς κρατήσαντες, δεῖον αὐτοὺς ὑπόπτω-
σιν λαμβάνειν, τοτὲ ⁸³ μὲν λεληθότως, τοτὲ δὲ προ-
φανῶς τὰς ἀποψηφισθείσας πρεσβεύουσι δόξας,
διαφόροις ⁸⁴ ἐπιβουλεύοντες τοῖς ἐλέγχουσιν. Βουλόμενοι
δὲ ⁸⁵ παγιῶσαι καὶ ζιζανιόδη φτυουργήματα, δεδοί-
κασιν ⁸⁶ τοὺς ἐπιγνώμονας, καὶ ⁸⁷ ἐκκλίνουσι τοὺς
ἐφόρους· καὶ ταύτη τοὺς τῆς εὐσεβείας κήρυκας
ἐκπολεμοῦσιν. Οὐχ οὕτω δὲ πιστεύομεν, ὡς ἀνθρώ-
που ἀθέου δύνασθαι κρατῆσαι πώποτε τοῦ Θεοῦ.
Κἄν γὰρ πάλιν ἰσχύσωσι, καὶ ⁸⁸ πάλιν ἤττηθῶσονται,
κατὰ τὸν σεμνύφωνον προφήτην Ἠσαΐαν. Ταῦτα
μὲν οὖν ὁ μέγας Εὐστάθιος.

Ὁ δὲ τούτου συναγωνιστῆς, καὶ τῆς ἀληθείας πρό-
βολος Ἀθανάσιος, ὁ τῆς Ἀλεξανδρου τοῦ πανευφή-
μου προεδρίας διάδοχος, εἰς πρὸς τοὺς Ἄφρους
ἐπιπέλλων γέγραφε ⁸⁹, καὶ ταῦτα προστέθεικε. Τῶν
γὰρ συνελθόντων ἐπισκόπων βουλομένων, τὰς μὲν
παρὰ τῶν Ἀρειανῶν ἐφευρεθείσας τῆς ἀσεβείας λέ-
ξεις ἀνελεῖν, τὸ ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ τὸ λέγειν κτί-
σμα καὶ ποίημα τῶν Ἰδῶν, καὶ τὸ ⁹⁰ ἦν ποτε δε-
οὐκ ἦν, καὶ ἐπι τρεπτικῆς ἐστὶ φύσεως, τὰς δὲ τῶν

rumque locum enarrans : « Dominus creavit me
initium viarum suarum ad opera sua ^m, » de illis
scribit in hunc modum. Veniam autem hinc etiam
ad acta concilii.

[B. St. Ch. V. 8.] Quid ergo, cum synodus has ob
res Nicæam maxima convenerit, coactis in unum
episcopis ducentis circiter et septuaginta?
759 liquido enim propter eorum multitudinem
scribere non possum, quippe qui id curiosius non
investigarim. Ubi cum de fidei ratione quæri ce-
ptum esset, tanquam manifestum argumentum
liber Eusebianæ blasphemiam proferebatur. Qui
coram omnibus lectus, immensum dolorem audi-
toribus propter hominis depravationem attulit,
ipsum vero qui scripserat insanabili dedecore af-
fecit. Ac jam quidem officina Eusebii patefacta,
nefariisque litteris in omnium conspectu discriptis,
quidam simul ex composito, pacis nomen obten-
dentes, silere omnes compulerunt, qui aptissime
concionari solebant. Arianae vero dementiae secta-
tores, veriti ne auctoritate tanti concilii exsilio
multarentur, prosilientes in medium, Arianum dogma
respuunt ipsi quidem et damnant anathemate,
communisque consensus decreto sua manu sub-
scribunt. Verum postquam episcopus:tas quampluri-
mis circumcursionibus retinuisset, cum eos
pœnitentia suscepta prosterni oporteret, damna-
tas opiniones nunc latenter, nunc aperte propu-
gnant, diversis insidiantes argumentis. Quærentes
autem zizaniorum plantas firmare, exploratores
metuunt, fugiunt inspectores, atque ita veritatis
præcones **760** oppugnant. Neque vero sic credi-
mus ab impiis hominibus superari Numen posse.
Ut enim vires iterum comparent, iterum opprimen-
tur, iuxta gravissimum prophetam Isaiam.
Hæc igitur magnus Eustathius.

Hujus vero certaminum socius, veritatisque
propugnaculum Athanasius, celeberrimi Alexan-
dri in episcopatu successor, in epistola quam ad
Afras scripsit, inter cetera hæc commemorat.
Nam cum episcopi, qui convenerant, haberent in
animo impietatis voces ab Arianis inventas suppri-
mere, *ex non exstantibus, et creaturam facturam-
que esse Filium, et erat quando non erat, et quod
mutabilis sit natura,* vocesque sacris Litteris re-

^m Prov. viii, 22.

VARIÆ LECTIONES

⁷⁵ βαδιοῦ. Niceph. II. E. VIII, 21. ⁷⁶ μῆτι. Pini codex. ⁷⁷ διὰ τοῦ τῆς πολυανδρίας δῆλου. Basil. Gr. Διὰ
τοὺς τ. π. δῆλους. Niceph. ⁷⁸ ὁ ἐπὶ πάντων ἀναγνωσθέν. Casaub. ⁷⁹ ἀνεῖκαστον. Pini. ⁸⁰ κατεσίγασαν. Ni-
ceph. ⁸¹ μήποτε. Niceph. ⁸² τούτω. Niceph. ⁸³ Hanc lectionem tuentur Steph. 2 et Casaub. S. d. Basil. Gr.,
Steph. 1. Niceph., Epiph. Scholasti. lib. ii, 6, omissis verbis ἀπαγορεύουσι μὲν καὶ, habent : ἀναθεματίζ-
μὲν προσπηδ. ⁸⁴ τῶν δὲ προεδριῶν. Steph. 2, Casaub. Hist. trip. cum præsulibus prævaluisse. ⁸⁵ ποτὲ —
ποτέ. Niceph. ⁸⁶ διαφόροις. Christoph., Scalig., Casaub. ⁸⁷ δὴ addit post δὲ Basil. Gr. ⁸⁸ δεδοικότας.
Niceph. ⁸⁹ καὶ abest a Basil. Gr. et Niceph. ⁹⁰ καὶ abest a Basil. Gr. ⁹¹ Est ista epistola ad Afras
in Opp. Athanasii a Benedictinorum familia editis tom. I, part. ii, p. 891 sq. e qua, nempe e p. 5 et 6,
p. 895. 96, addidimus nonnisi lectionis diversitatem eam, quæ et ipsa est in codicibus Theodoretii tex-
tum exhibentibus, ommissa illa quæ ad Athanasii textum afferunt. ⁹² τὸ abest a Basil. Gr. et Athanasio.

ceptas scribendo reponere, Quod Filius ex Deo sit natura unigenitus, Verbum, virtus, sapientia sola Patris, Deus verus, ut Joannes ait, atque ut Paulus scribit, splendor gloriae, et figura substantiae Patris: Eusebiani prava sua opinione abrepti dictitabant inter se: Consentiamus. Nam et nos quoque ex Deo sumus: Unus siquidem Deus ex quo omnia. Et: Vetera transierunt: ecce nova facta sunt omnia, omnia autem ex Deo. Recensebant et quod in Pastore scriptum est: Ante omnia crede unum Deum esse, qui omnia condidit, et 761 absolvit, fecitque ut ex non existentibus existerent. At episcopi, vafritiem illorum pravumque impietatis consilium intelligentes, ex Deo esse quid sit, dilucidius explicarunt, Filiumque ex substantia Dei esse scripserunt: ita ut creaturae quidem, quia a seipsis aut sine auctore non sunt, sed ortus sui principium habent, ex Deo esse dicantur: Filius vero solus proprie ex Patris substantia. Hoc enim unigeniti et veri Verbi Patris est proprium. Cur igitur ex substantia patris coeperit, ista fuit occasio. Episcopi autem paucos istos denuo interrogantibus, an Filium agnoscerent non creaturam, sed virtutem, sapientiamque unicam Patris, et imaginem aeternam, ac nihil omnino discrepantem, et Deum verum: deprehensi sunt Eusebiani nutu inter se significare, quasi haec etiam nobis convenirent. Nam et nos quoque imago et gloria Dei appellamur, et de nobis dictum est: Semper enim et nos qui vivimus; et: Virtutes sunt multae; et: Egressa est, inquit, omnis virtus Domini de terra Aegypti. Et eruca ac locusta virtus magna 762 nominatur; et: Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster Deus Jacobi. Sed et proprios Dei nos esse non uno modo habemus, cum etiam fratres nos appellarit. Quod si Deum verum Filium nuncupant, nobis non officit, quia verus est qui verus factus est. Talis fuit Ariatorum corruptae mentis perversitas. At enim episcopi, cum hic etiam eorum fraudes animadvertent, collectas ex Scripturis voces opposuerunt, splendorem, fontemque ac fluvium, et figuram paternae substantiae, tum ihud: In lumine tuo

A Γραφῶν ὁμολογουμένης γράψαι, ὅτι τε ἐκ τοῦ Θεοῦ ὁ Υἱὸς φύσει μονογενῆς ἐστίν, Λόγος, δύναμις, σοφία μόνη τοῦ Πατρὸς, Θεὸς ἀληθινός, ὡς εἶπεν ὁ Ἰωάννης, καὶ ὡς ἔγραψεν ὁ Παῦλος, ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς τοῦ Πατρὸς ὑποστάσεως· οἱ περὶ Εὐσέβιον, ὑπὸ τῆς ἰδίας κακοδοξίας ἐλκόμενοι, διελάλουν ἀλλήλους· Συνθώμεθα. Καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐσμεν. «Εἰς γὰρ Θεὸς ἐξ οὗ τὰ πάντα,» καὶ, «Τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν, ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα· καινά. Τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ.» Ἐλογίζοντο δὲ καὶ τὸ ἐν τῷ [28] Ποιμένι γραφέν· Πρῶτον πάντων πιστεύουσιν ὅτι εἰς ἐστὶν ὁ Θεός, ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας, καὶ ποιήσας ἐκ τοῦ μη ὄντος εἰς τὸ εἶναι. Ἄλλ' οἱ ἐπίσκοποι θεωρήσαντες τὴν κακουργίαν ἐκεῖνων, καὶ τὴν τῆς ἀσεβείας κακοτεχνίαν, λευκότερον εἰρήχασιν τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἔγραψαν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ εἶναι τὸν Υἱόν· ἵνα τὰ μὲν κτίσματα, διὰ τὸ μὴ ἀφ' ἑαυτῶν ἢ χωρὶς αἰτίας εἶναι, ἀλλ' ἀρχὴν ἔχουν τοῦ γίνεσθαι, λέγεται ἐκ τοῦ Θεοῦ, ὁ δὲ Υἱὸς μόνος ἰδῆς ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας. Τοῦτο γὰρ ἴδιον μονογενοῦς καὶ ἀληθινοῦ Λόγου τοῦ Πατρὸς. Καὶ περὶ μὲν τοῦ γεγράφθαι ἐκ τῆς οὐσίας ἢ πρόφασιν αὐτῆ. Πάλιν δὲ τῶν ἐπισκόπων ἐρωτῶντων τοὺς δοκοῦντας ὀλίγους, εἰ λέγοιεν τὸν Υἱὸν οὐ κτίσμα, ἀλλὰ δύναμιν, σοφίαν τε μόνην τοῦ Πατρὸς, καὶ εἰκόνα ἀειδῶν τε καὶ ἀπαράλλακτον κατὰ πάντα τοῦ Πατρὸς, καὶ Θεὸν ἀληθινόν, κατελήφθησαν οἱ περὶ Εὐσέβιον διανεύοντες ἀλλήλους, ὅτι καὶ ταῦτα φθάνει καὶ εἰς ἡμᾶς. Καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς εἰκὼν καὶ δόξα Θεοῦ λεγόμεθα, καὶ περὶ ἡμῶν εἴρηται· «Αἶψα γὰρ καὶ ἡμεῖς οἰζῶντες·» καὶ, «Δυνάμεις πολλαῖς εἰσιν.» — Ἐξῆλθε γὰρ, φησὶ, πᾶσα ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ ἐκ γῆς Αἰγύπτου. Ἡ δὲ κάμπη καὶ ἡ ἀκρις λέγεται δύναμις μεγάλη. Καὶ· «Κύριος τῶν δυνάμεων μεθ' ἡμῶν, ἀντιλήπτω ἡμῶν ὁ Θεός· Ἰακώβ.» Ἄλλὰ καὶ τὸ ἰδίους ἡμᾶς εἶναι τοῦ Θεοῦ, ἔχομεν οὐχ ἀπλῶς, ἀλλ' ὅτι καὶ ἀδελφοὺς ἡμᾶς ἐκάλεισεν. Εἰ δὲ καὶ Θεὸν ἀληθινόν λέγουσι τὴν Υἱόν, οὐ λυπεῖ ἡμᾶς· γενόμενος γὰρ ἀληθινός ἐστίν. Αὕτη τῶν Ἀρειανῶν ἡ διεφθαρμένη διάνοια. Ἄλλὰ καὶ ἐνταῦθα οἱ ἐπίσκοποι, θεωρήσαντες ἐκεῖνων τὸ δόλιον, συνήγαγον ἐκ τῶν Γραφῶν τὸ ἀπαύγασμα, τὴν τε πηγὴν καὶ ποταμὸν, καὶ χαρακτῆρα πατρὸς τὴν ὑπόστασιν, καὶ τό· Ἐν

• I Cor. vii, 6. • II Cor. v, 17. • I Cor. xi, 7. • II Cor. iv, 11. • I Cor. xii, 6. • Epsa. xii, 41. • Psal. xlv, 8.

VARIÆ LECTIÖNES.

• πάντων ἀβέστ. a Basil. Gr. • καὶ καταρτ. ἀβέστ. ab eodem codice. Contra Steph. habet καταρτήσας a καταρτῆν, quanquam Christoph. et Scaliger rectius restituunt καταρτίσας. • ἢ, quod Steph. habebat ante ἐκ, recte expungit Christophorsonus. • Ἦα, ἀλλ' οἱ ἐπίσκοποι, usque ad verba: τοῦ Θεοῦ εἶναι τὸν Υἱόν· male ommissa sunt in Basil. Gr. • ἢ ἀβέστ. a Basil. Græc., Athanasii codd. omnibus, et Nicephoro. Omnem illam phrasin: ἢ χωρὶς αἰτίας, quæ glossam redolet, non habuisse videtur in codice suo Epiphanius Scholasticus lib. ii, c. 7. Hist. tripartitæ. • λέγεται. Basil. Gr., Niceph., vitiose. • ἴδιος Steph. et Athanasii codd. omnes. Epiphanius: proprius. • γόνου, quod erat in Allat. et Pini codice, præfert Valesius. • Ἀρειανός addit Steph. et Epiphanius. Sed in Basil. Græc. et Allatii codice, Athanasio et Nicephoro omittitur. • εἴπερ. Plerique codd. Athanasii. • καὶ ἀβέστ. a Basil. Græc., Athanasio, Epiph. et Nicephoro. • Καὶ ἐξῆλθε μὲν πᾶσα ἡ δύναμις habet, præter Epiphanium et Athanasium editum, Basil. Græc., Pini, Christophors., item Allatii, nisi quod hic μὲν omittit cum Nicephoro. • Κυρίου. Christoph. et codd. Athanasii. • ἀντιλήπτω — Ἰακώβ. Hæc Allatii codex omittit et Epiphanius. • Sirmondus bis habebat illud ἀληθινός, secutus Stephanum, ut opinor. Sed cum neque repetatur in codice Basil. Gr., neque in codicibus Pini et Allatii, neque in Nicephoro, Epiphanio aut codice Athanasii ullo, nec rectum scensum fundat, priori loco positum vocabulum necrito cum Valesio expungimus.

τῷ φωτὶ σου ὀφόμεθα ὡς·) καὶ τὸ· « Ἐγὼ καὶ ὁ Πάτερ ἐν ἑσμεν. » Καὶ λευκότερον λοιπὸν καὶ συντόμως ἔγραψαν ἀποούσιον τῷ Πατρὶ τὸν Ἰῶν. Τὰ γὰρ προειρημένα πάντα ταύτην ἔχει τὴν σημασίαν. Καὶ ὁ γογγυσμὸς δὲ αὐτῶν, ὅτι ἄγραφοί εἰσιν αἱ λέξεις, ἐλέγχεται παρ' αὐτῶν μάταιος⁹. Ἐξ ἀγράφων γὰρ ἀσεβήσαντες, ἄγραφα δὲ τὸ, *ὅς οὐκ ὄντων*, καὶ τὸ, [29] *ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν*, αἰτιῶνται¹⁰ ὅτι ἐξ ἀγράφων μετ' εὐσεβείας ἐνοουμένων λέξεων κατεκρίθησαν. Ἀδοτοὶ μὲν γὰρ, ὡς ἐκ κοπρίας εὐρόντες¹⁰, ἐλάλησαν ἀληθῶς ἀπὸ γῆς· οἱ δὲ ἐπίσκοποι, οὐχ ἑαυτοῖς εὐρόντες τὰς λέξεις, ἀλλ' ἐκ τῶν Πατέρων ἔχοντες τὴν μαρτυρίαν, οὕτως ἔγραψαν. Ἐπίσκοποι γὰρ ἦσαν¹¹ ἀρχαῖοι, πρὸ ἐτῶν¹² ἑγγύς που ἑκατὸν τριᾶκοντα¹³, τῆς τε μεγάλης Ῥώμης, καὶ τῆς ἡμετέρας πόλεως, οἱ ἠτιάσαντο τοὺς ποιήμα λέγοντας τὸν Ἰῶν, καὶ μὴ ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ. Καὶ τοῦτο ἐγίνωσκεν Εὐσεβίος, ὁ γενόμενος ἐπίσκοπος τῆς Καισαρείας, πρότερον μὲν συντρέχων τῇ Ἀρειανῇ αἰρέσει, ὕστερον δὲ ὑπογράφας τῇ ἐν Νικαίᾳ¹⁴ συνόδῳ, ἔγραψε καὶ¹⁵ τοῖς ἰδίῳις, διαβεβαιούμενος ὅτι καὶ τῶν παλαιῶν τινὰς λογίους καὶ ἐπιφανεῖς ἐπισκόπους συγγραφείας εὐρομέν¹⁶, ἐπὶ τῆς τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ θεότητος, τῷ τοῦ ὁμοουσίῳ χρησαμένους ὀνόματι.

Οὗτοι μὲν οὖν κατεκρίψαντες τὴν νόσον (ἔδεισαν γὰρ τῶν ἐπισκόπων τὸ πλῆθος), τοῖς ἐκτεθείσι συνέθεντο, τὴν προφητικὴν κατηγορίαν ἐπισπασάμενοι. Βαβὴ γὰρ καὶ¹⁷ πρὸς αὐτοὺς ὁ τῶν ἑλῶν θεός· « Ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χεῖλεσι με τιμᾷ, τῇ δὲ καρδίᾳ αὐτῶν¹⁸ πῶρῳ ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ. » Θεωνᾶς δὲ καὶ Σακοῦνδος, τοῦτο δοῦσαι μὴ βουληθέντες, παρὰ πάντων συμφώνως ἀπεκηρύχθησαν, ὡς τὴν Ἀρσίου βλασφημίαν τῆς εὐαγγελικῆς προσηθείκοτες¹⁹ διδασκαλίαις. Ἀὔθις δὲ συνελθόντες εἰς τὸ συνέδριον, περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πολιτείας νόμους ἔγραψαν εἰκοσι.

⁹ Psal. xxxv, 10. ¹⁰ Joan. x, 50. ¹¹ Isa. xxix, 13.

VARIE LECTIONES.

¹ ὀφόμεθα. Basil. Gr. ² ματαίως. Basil. Gr. vitiose. ³ Nihil mutandum putavi, nec habeo cur magnopere reprehendam Sirmondum, quod Patres Nicænos dixerit adversarios per voces non Scripturarum quidem, sed *pie tamen excogitatas* condemnasse. Neque enim ab ipsis Nicænis PP. hæc vocabula informata esse dicit, ut Valesius interpretabatur Sirmondi verba, sed Sirmondi interpretatio admittit sensum eum, qui *Anticænis* doctoribus tribuat hæc novorum vocabulorum informationem. Quamquam cum Valesio magis probè lectionem alteram *νοουμένων, intellectarum*, quam tuerent, cum Athanasio edito, Basil. Gr., Stephan., Allat., Pini codex, Epiphanius et Nicephorus. Sed et hi cæteris in verbis discrepant. Namque Basil. αἰτιῶνται ad superiora refert, et subjicit: *διότι ἐξ ἀγράφων*, x. c. *ἐξ*, sere ut Epiphanius: *propterea ex non scriptis sermonibus — condemnati sunt*; quo eodem sensu subjungit Steph. et Nicephorus: *διὰ τοῦτο*, e quo postea *ὄντες* effluxerunt. ¹⁰ ὄντες. Casaub., Scaliger, Athanas. editus. Quidni potius *ἐρποντες, repentes, prorepentes*? Quod est rei ipsi longe accommodatius. *De stercore repentes* habent quidem aliquæ edit. *Historiæ tripartitæ*. Τὸ, εὐρόντες, e sequentiibus ductum videtur, e quo postea *ὄντες* effluxerunt. ¹¹ ἦσαν abest ab Athanasio et Epiphanio et Nicephoro, itemque a codice Pini, qui propterea, pariter ac Allatii codex, illud *ὄ* ante ἠτιάσαντο omittunt; quare illud *ὄ* et ἦσαν librorum sedulitati deberi arbitror. ¹² πρὸ αὐτῶν. Steph. 2, Casaub. Epiphanius: *ante eos*. ¹³ ἑκατὸν τριῶν substituit Valesius, ut chronologia consulat: quem vide. ¹⁴ ἐν αὐτῇ τῇ Νικαίᾳ συνόδῳ. Nicephorus, ac plenius Athanasius edidit, ἐν αὐτῇ τῇ ἐν Νικαίᾳ συνόδῳ. ¹⁵ καὶ abest ab Athanasio et Nicephoro. Ἐγραψε δὲ καὶ τοῖς, etc. habet Allatii codex, ut Epiphanius. *Scriptis autem et civibus suis*. In cod. regio I Pini erat: *Ἐγραψε τοῖς οἰκητοῖς*, probante Valesio. ¹⁶ ἔγνωμεν. Christoph., Scalig., Casaub., Athanas., Nicephor. Epiphanius: *quia cognovisset*. ¹⁷ καὶ abest a Stephan. ¹⁸ αὐτῶν abest a Niceph. ¹⁹ προσηθείκοτες. Basil. Gr.

A videbimus lumen; et: « Ego et Pater unum sumus ». Et apertius denique breviusque, consubstantialem Patri Filium esse scripserunt. Hoc enim est quod prædicta omnia significant. Itaque vana ex ipsismet ostenditur illa eorum de vocibus non scriptis obmurmuratio. Nam cum ipsi ex verbis non scriptis impietatem suam astruxerint: nusquam enim scriptum reperias *ex non exstantibus*, aut *erat quando non erat*, conqueruntur quod per voces **763** non scriptas, pie tamen excogitatas, condemnati sint. Et illi quidem, tanquam ex stercore vocibus erutis, de terra vere locuti sunt. Episcopi vero non sibi ipsis voces confluerunt, sed Patrum testimonio probatas usurparunt. Fuerunt enim ante annos prope centum et triginta prisci episcopi, tum magnæ Romæ, tum urbis nostræ, qui eos iasimularent, qui Filium creaturam dicerent, et consubstantialem Patri negarent. Neque hujus rei ignarus fuit Eusebius episcopus Cæsariensis, qui hæresi Arianae antea suffragatus, synodo Nicænae postea subscripsit, atque ad suos scribens idem affirmavit. Novimus, inquit, quosdam ex antiquis disertos et illustres episcopos et scriptores, cum de Patris et Filii divinitate loquerentur, *consubstantialis* voce usos esse.

Isti ergo morbum animi eclantes, quia episcoporum multitudinem metuebant, decretis synodi subscribere, prophetica in se reprehensionem attrahentes. De illis siquidem etiam clamat universorum Deus: « Populus hic **764** labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me ». Theonas vero et Secundus, cum idem facere nollent, communi omnium consensu abdicati sunt, ut qui Arii blasphemiam evangelicæ doctrinæ anteposuisent. Iterum deinde in concilium convenientes episcopi administrationis ecclesiasticæ leges viginti conscripserunt.

CAP. VIII. [St. Ch. V. 9.]

Quæ contra Meletium Ægyptium acta fuerint, a quo Meletiani schismatici ad hunc usque diem permanent; et synodica de illo epistola.

Et quoniam Meletius, qui non multo ante quam Arii furor erumperet, episcopus fuerat ordinatus, et quorundam postea criminum convictus, a Petro sanctissimo Alexandrinorum antistite, martyrii corona decorato, abdicatus, damnationis sententiæ non acquieverat, sed Thebaidem finitimamque Ægyptum tumultu et motibus complebat, tyrannidem adversus Alexandrinum primatum exercens, litteras de iis, quæ circa novatorem istum sanxerant, Alexandrinæ Ecclesiæ scripserunt. Quarum hoc est exemplum :

SYNODICA EPISTOLA. [Bas. c. 9.]

Sanctæ magnæque Dei gratia Alexandrinæ Ecclesiæ, et dilectissimis fratribus per Ægyptum, Libyam, et Pentapolim constitutis, episcopi Nicææ congregati, et **765** magnam sanctamque synodum celebrantes, in Domino salutem. »

Quoniam Dei gratia, Deoque charissimo principe Constantino ex diversis provinciis et civitatibus nos convocante, magna et sancta synodus Nicææ celebrata est, necessarium duximus ab universo sacro concilio etiam ad vos litteras mitti, ex quibus intelligere possitis, quænam in eo proposita et examinata, quænam decreta ac stabilita sint. Primum quidem, sub oculis Deo charissimi imperatoris nostri Constantini, discussa fuerunt impia et perversa Arii dogmata, omniumque suffragii placuit impiam ejus opinionem anathemate damnari, et blasphemias ejus voces ac sententias, quibus sacrilege utebatur, Filium Dei ex non exstantibus ortum dicens, et non fuisse priusquam nasceretur, et fuisse aliquando quando non erat, et arbitrii sui libertate vitii ac virtutis capacem esse Filium Dei, et creaturam esse atque facturam. His omnibus anathema dixit sancta synodus, ne audire quidem sustinens tantæ impietatis tantæque dementiæ plena blasphemiarum vocabula. At illius quidem res quem exitum nactæ sint, vel audistis omnino, vel audietis : ne insultare nos videamur homini, qui dignam sceleris sui mercedem retulit. Tantam autem vim habuit ejus impietas, ut et Theoniam a Marmarica, et Secundum a Ptolemaide damno implicuerit. Nam **766** eadem et isti poena plexi sunt. Sed * quoniam ab hac quidem opinionis per-

A

ΚΕΦΑΛ. Η΄.

Τὴ κατὰ Μελετίου Αἰγυπτίου²⁰, ἐξ οὗ Μελετιανοὶ σχισματικοὶ μέχρι τοῦ παρόντος διέμειναν· καὶ συνοδικὴ περὶ τούτου ἐπιστολὴ.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ Μελέτιος, τῆς ἐπισκοπικῆς χειρτονίας ἡξιωμένος οὐ πρὸ πολλοῦ τῆς Ἀρείου μανίας, εἶτα ἐπὶ τισὶ παρανομίαις διελεγχθεὶς, ὑπὸ τοῦ θειοτάτου Πέτρου τοῦ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐπισκόπου, δὲ καὶ τοῦ μαρτυρίου τὸν στέφανον ἀνεδήσατο, καθήρεθ' ἡ μὲν, οὐκ ἔστρεψε δὲ τὴν τῆς καθαιρέσεως²¹ ψῆφον, τὴν τε Θηθαῖδα καὶ τὴν πελάζουσαν Αἴγυπτον, θορόβου καὶ ζάλης ἐνεπέμπλα²², τυραννίδι κατὰ τῆς Ἀλεξανδρέων²³ χρώμενος πρόεδρίας. ἔγραψαν πρὸς τὴν Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίαν [50] ἃ περὶ τῆς τούτου νεωτεροποιίας ἐνομοθέτησαν. Ἔστι δὲ ταῦτα·

Συνοδικὴ ἐπιστολὴ²⁴.

Ἐ τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης, χάριτι τοῦ Θεοῦ, Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας, καὶ τοῖς κατὰ τὴν Αἴγυπτον καὶ Λιβύην καὶ Πεντάπολιν ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς, οἱ ἐν Νικαίᾳ συναχθέντες, καὶ τὴν μεγάλην καὶ ἁγίαν σύνοδον συγκροτήσαντες ἐπίσκοποι, ἐν Κυρίῳ χαίρειν. »

Ἐπειδὴ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος, καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως Κωνσταντίνου συναγαγόντος ἡμᾶς, ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν καὶ πόλεων²⁵ ἡ μεγάλη καὶ ἁγία σύνοδος ἐν Νικαίᾳ συνεκροτήθη, ἐξ ἀπάσης τῆς ἱερᾶς συνόδου ἀναγκαῖον ἐφάνη καὶ πρὸς ὑμᾶς ἀποσταλῆναι γράμματα, ἵν' εἰδέναι ἔχοιτε, τίνα μὲν ἐκινήθη καὶ ἐζητήσθη, τίνα δὲ ἔδοξε καὶ ἐκρατύθη. Πρῶτον μὲν ἐζητήσθη τὰ κατὰ τὴν ἀσέβειαν Ἀρείου²⁶ ἐπὶ τοῦ θεοφιλεστάτου ἡμῶν βασιλέως Κωνσταντίνου, καὶ παμφήφει ἔδοξε ἀναθεματισθῆναι τὴν ἀσεβῆ αὐτοῦ δόξαν, καὶ τὰ βήματα καὶ τὰ νοήματα αὐτοῦ τὰ βλάσφημα, οἷς ἐχρήτο βλασφημιῶν, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ λέγων²⁷ ἐξ οὐκ ὄντων εἶναι, καὶ πρὶν γεννηθῆναι μὴ εἶναι, καὶ εἶναι ποτε ὅτε οὐκ ἦν, καὶ αὐτεξουσιότητι κακίας καὶ ἀρετῆς δεκτικὸν εἶναι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ²⁸. Ταῦτα²⁹ πάντα ἀναθεματίσειεν ἡ ἁγία σύνοδος, οὐδὲ ὅσον ἀκοῦσαι τῆς ἀσεβοῦς δόξης, καὶ τῆς ἀπονοίας, καὶ τῶν βλασφημιῶν βημάτων ἀνασχομένη. Καὶ τὰ μὲν κατ' ἐκείνον οἷου τέλους τετύχηκεν³⁰, ἢ ἀκηκόατε, ἢ ἀκούσεσθε, ἵνα μὴ δόξωμεν ἐπεμβαίνειν ἀνδρὶ δι' οἰκείαν ἁμαρτίαν ἄστια τὰ ἐπίχειρα κομισαμένην. Τοσοῦτον δὲ ἰσχυρὸν ἢ αὐτοῦ ἀσέβεια, ὡς καὶ παραπολαῦσαι Θεοῦν τὸν ἀπὸ Μαρμαρικής, καὶ Σεκουῦνον τὸν ἀπὸ Πτολεμαίδος. Τῶν γὰρ αὐτῶν κακείνοι τετύχηκασιν. Ἄλλ' Ἐπειδὴ ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις, τῆς μὲν κακοδοξίας ἐκείνης³¹ καὶ τῆς βλασφημίας, καὶ τῶν προσώπων τῶν τολμη-

VARIAE LECTIONES.

²⁰ Μελέτιον τὸν Αἰγύπτιον. Basil. Gr., Steph. edit. et quæ eam sequuntur. ²¹ καθάρσεως. Basil. Gr. ²² ἐνεπέμπλα habet Basil. Gr. vitiose pro ἐνεπίπλα, quod probat Valesius. ²³ Ἀλεξανδρέων. Basil. Gr., Pini et Savilli codex. ²⁴ συνοδικὰ ἐπιστολὰ. Basil. Gr., Steph. ²⁵ πόλεων καὶ ἐπαρχιῶν. Christoph. Sic et Socrates H. E. I, 9, ubi hanc epistolam exhibet. ²⁶ καὶ τὴν παρανομίαν Ἀρείου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἐπὶ παρουσίᾳ τοῦ θεοφιλ., etc. Ita Christoph., Nicephorus et Epiphanius. ²⁷ λέγων ἄβητα a Basil. Græco et Latino. ²⁸ καὶ τὸ ἴδιον εἶναι addit Christoph. Idem fere Niceph. et Epiphanius, quorum discrepantes lectiones, cum fere Socratem sequuntur, non exhibentur. ²⁹ ἐξ ἰντερτίε Basil. Gr. ³⁰ πάντως addit Christoph., e Socrate puto. ³¹ καὶ ἀσεβεῖς addit Christoph. cum Socrate et Nicephoro.

σάντων διάστασιν καὶ διαίρεσιν ³⁰ ποιήσασθαι τοῦ A
 εἰρηνευομένου ἄνωθεν λαοῦ ἡλευθέρως τὴν Αἴγυπτον,
 ἐλείπετο δὲ τὰ κατὰ τὴν προπέτειαν Μελετίου ³¹, καὶ
 τῶν ὑπ' αὐτοῦ χειροτονηθέντων· καὶ τὰ περὶ τοῦτου
 δόξαντα τῇ συνόδῳ ἐμφανίζομεν ὑμῖν, ἀγαπητοὶ
 ἀδελφοί. Ἔδοξε μὲν οὖν ³², φιλοθροωπότερον κινή-
 θείσης τῆς ἀγίας ³³ συνόδου (κατὰ γὰρ τὴν ἀκριβῆ
 λόγον οὐδὲ μιᾶς συγγνώμης ἦν ἄξιος ³⁴), Μελετίον
 φεμεν μένειν [31] ἐν τῇ πόλει αὐτοῦ ³⁵, καὶ μηδε-
 μιαν ἐξουσίαν ἔχειν, μήτε προχειρίζεσθαι, μήτε
 χειροθετεῖν ³⁶, μήτε ἐν χώρᾳ ἣ πόλει τιλ ³⁷ φαίνε-
 σθαι ταύτης τῆς προπέτειας· ἔνεκεν· ψιλὸν γὰρ τὸ
 ὄνομα τῆς τιμῆς κεκτεῖσθαι. Τοὺς δὲ ὑπ' αὐτοῦ
 κατασταθέντας, μυστικωτέρα χειροτονία βεβαιω-
 θέντας ³⁸, κοινωθηθῆναι ἐπὶ τοῦτοις, ἐφ' ᾧ τε ἔχειν
 μὲν αὐτοὺς ³⁹ καὶ λειτουργεῖν, δευτέρους δὲ εἶναι
 ἐξάπαντος τῶν ἐν ἐκάστη παροικίᾳ καὶ ἐκκλησίᾳ
 ἐξεταζομένων ὑπὸ τὸν τιμιώτατον καὶ συλλειτουργὸν
 ἡμῶν Ἀλέξανδρον προχειροτονημένων· ὡς τοῦ-
 τοις μὲν μηδεμίαν ἐξουσίαν εἶναι τοὺς ἀρεσκομένους
 αὐτοῖς προχειρίζεσθαι, ἢ ὑπεβάλλειν ὄνομα, ἢ ὅπως
 ποιεῖν τι χωρὶς τῆς γνώμης τῶν τῆς καθολικῆς καὶ
 ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας ἐπισκόπων τῶν ὑπ' Ἀλέξαν-
 δρον. Τοὺς δὲ ⁴⁰ χάριτι Θεοῦ, καὶ εὐχαίς ὑμετέραις,
 ἐν μηδενὶ σχίσματι εὐρεθέντας, ἀλλ' ἀκλιδώτους
 ἐν τῇ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ Ἐκκλησίᾳ ὄντας,
 ἐξουσίαν ἔχειν, καὶ προχειρίζεσθαι, καὶ ὄνομα ⁴¹
 ἐπιλέγεσθαι τῶν ἀξίων τοῦ κλήρου, καὶ ὅπως πάντα
 ποιεῖν κατὰ νόμον καὶ θεσμὸν τῶν ἐκκλησιαστικῶν.
 Εἰ δὲ τινὰ ποτε συμβαίη ἀναπαύσασθαι τῶν ἐν τῇ
 Ἐκκλησίᾳ, τριηκόντα συναναβαίνειν εἰς τὴν τιμὴν
 τοῦ τετελευτηκότος τοῦ ἄρτι ⁴² προσληφθέντας,
 μόνον εἰ ἄξιοι φαίνονται, καὶ ὁ λαὸς αἰροῖτο, συν-
 επιψηφίζοντος αὐτοῖς· καὶ ἐπισηφαιζόντος τοῦ τῆς
 καθολικῆς Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπου. Τοῦτο δὲ τοῖς
 μὲν ἄλλοις ἄπεισι συνεχωρήθη· ἐπὶ δὲ τοῦ Μελε-
 τίου ⁴³ προστόπου οὐκέτι ταῦτα ἔδοξε, διὰ τὴν ἀνε-
 καθεν αὐτοῦ ἀταξίαν, καὶ διὰ τὸ πρόχειρον καὶ προ-
 πετὲς τῆς γνώμης· ἵνα μηδεμίαν ἐξουσίαν αὐθεντίας ⁴⁴
 αὐτῷ δοθῆ, ἀνθρώπῳ δυναμένῳ πάλιν τὰς αὐτὰς
 ἀταξίας ποιῆσαι· Ἐαυτὰ ἐστὶ τὰ ἐξάρητα καὶ δια-
 φέροντα Αἰγύπτῳ, καὶ τῇ ἀγιωτάτῃ Ἐκκλησίᾳ
 Ἀλεξανδρέων. Εἰ δὲ τι ἄλλο ἐκανούσθη, ἢ ἔδογμα-
 τίσθη, συμπρόνοτος τοῦ κυρίου καὶ τιμιωτάτου ⁴⁵
 συλλειτουργοῦ καὶ ἀδελφοῦ ἡμῶν Ἀλεξάνδρου,
 αὐτὸς παρῶν ἀνοίσει ⁴⁶, ἅτε δὴ καὶ κύριος καὶ κοι-

versate et blasphemia, et ab hominibus illis, qui
 in pacato haecenus populo turbas et dissidia con-
 citare veriti non sunt, Ægyptum divina gratia li-
 beravit, restant autem quæ ad Meletii petulantiam,
 ab eoque ordinatos spectant : de his etiam quid
 statuerit synodus, vobis significamus, fratres di-
 lectissimi. Placuit ergo, elementius in illum agente
 synodo (nam summo jure nullam prorsus veniam
 merebatur), manere Meletium in propria civitate,
 nullamque omnino habere potestatem, neque eli-
 gendi, neque ordinandi, neque hac de causa in re-
 gionem vel civitatem ullam commeandi : sed nu-
 dum honoris nomen retinere. Eos autem, qui ab
 eo sunt constituti, sanctiore ordinatione confirma-
 tos, ad communionem his legibus admitti, ut ho-
 norem quidem functionemque retineant, secundo
 tamen prorsus loco sint ab eis, qui in unaquaque
 parœcia vel ecclesia versantur, a charissimo colle-
 ga nostro Alexandro prius ordinati : ut his qui-
 dem nulla sit potestas quos visum fuerit eligendi,
 vel nomen **767** suggerendi, aut omnino aliquid
 agendi præter voluntatem episcoporum catholicæ
 et apostolicæ Ecclesiæ, qui Alexandro subsunt.
 Illi vero, qui Dei gratia, precibusque vestris, nullo
 in schismate deprehensi sunt, sed intra catholicam
 et apostolicam Ecclesiam sine labe se continent,
 potestatem habeant et eligendi, et eorum qui clero
 digni sunt nomina recensendi, atque omnia demum
 juxta legem et sanctionem ecclesiasticam exse-
 quendi. Quod si quem aliquando ex iis qui in Ec-
 clesia versantur diu obire contigerit, tum in de-
 functi honorem proveli eos qui nuper asciti sunt,
 modo idonei videantur, et populus eligat, suffra-
 gante una et confirmante catholicæ Alexandriæ
 episcopo. Cæterum hoc aliis quidem omnibus con-
 cessum est : de Meletii autem persona, propter
 priorem ejus petulantiam, et promptum ac præceps
 ingenium, eadem decernere non placuit : ne qua
 potestas vel auctoritas homini detur, qui eamdem
 perturbationem iterum possit inducere. Hæc sunt
 quæ ad Ægyptum sanctissimamque Alexandrinam
 Ecclesiam proprie pertinent. Si quid præterea
 præsentè domino et honoratissimo collega et fra-
 tre nostro Alexandro sancitum aut definitum est,
 id ipse coram, tanquam gestorum auctor et parti-
 ceps, accuratius exponet. Læta etiam vobis annun-

VARIÆ LECTIONES.

³⁰ διαίρεσ. κ. διάστ. Basil. Gr. ³¹ Μελετίου. Basil. Gr. et Lat. cum Socrate et Nicephoro. ³² Μελετίον addunt, contra quæ paulo post sequuntur : Μελετίον φεμεν omnium iidem omnes cum Epiphano. ³³ ἀγίας abest ab iisdem. ³⁴ ἄξιος ἦν iisdem, omissis etiam illis, ubi diximus : Μελ. φαιμέν. ³⁵ ἐαυτοῦ Basil. Gr. et Lat. cum Socrate et Epiphano. ³⁶ μήτε χειροθετεῖν, μήτε προχειρίζ. Christoph. cum Socrate et Nicephoro. Pro χειροθετεῖν habent χειροτονεῖν Basil. Gr. et Lat. et Savil. ³⁷ ἐτέρα addit Christoph. h., secutus forte, ut hic sæpe solet, Socrat. et Nicephorum. ³⁸ Abesse hæc : μυστ. χειρ. βεβ. a quibusdam codicibus, ait Casaubonus. ³⁹ τὴν τιμὴν καὶ λειτουργίαν, δευτέρους δὲ εἶναι ἐξ ἀπάντων τῶν ἐν — ἐξεταζομένων τῶν ὑπὸ — προχειροτονημένων, ὡς πρὸς τοῦτοις — εἶναι τοὺς ἀρεσκοντας — ὑπεβάλλειν ὄνομα. Christophorus, qui fere exscripsit Socratem et Nicephorum. ⁴⁰ δὲ abest ab utroque Basil. ⁴¹ ὄνομα. Christoph. post Socr., Niceph. et Epiph. rectius. ⁴² τινὰ τῶν ἄρτι προσληφθέντων, μόνον εἰ ἄξιος φαίνεται — συνεπιψ. αὐτῷ. Christoph. ⁴³ Μελετίου. Basil. Gr. et Lat. ⁴⁴ ἢ αὐθεντίας. Christoph. cum Socr., Epiph. et Niceph. ⁴⁵ ἐμποῖσσαι. Ibidem. ⁴⁶ καὶ συλλ. Uterque Basil. ⁴⁷ ἀκριβέστερον ἀνοίσει πρὸς ὑμᾶς. Christoph. cum Socrate. Nicephorus, ἀκριβέστερος. Epiph., vobis subtilius poterit aperire.

tiamus de sanctissima Paschatis nostri concordia, feliciter precibus **768** vestris confectum etiam fuisse hoc negotium : ita ut Orientales omnes fratres nostri, qui cum Judæis hactenus a Romanis, vobisque, et omnibus ab initio Pascha observantibus discrepabant, vobiscum deinceps celebraturi sint. Quocirca gaudentes tum ob res prospere gestas, communemque pacem et concordiam, tum ob hæreses omnes extirpatas, honorificentius amantiusque excipite collegam nostrum, episcopum vestrum Alexandrum : quia et sua nos presentia recreavit, et in tam provecta ætate multum laboris sustinuit, ut paci vestræ consuleret. Orate et pro nobis omnibus, ut quæ recte constituta videntur, per Dominum nostrum Jesum Christum rata permaneant, bona, ut credimus, Dei et Patris voluntate facta in Spiritu sancto, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Trinitas consubstantialis et æterna.

Hanc igitur curationem Meletii morbo divinus ille antistitum cœtus adhibuit. Manent tamen ad hunc usque diem vesaniæ illius reliquiæ : suntque in illis locis turmæ quædam monachorum, quæ nec sanæ doctrinæ assentiuntur, et in vitæ cultu quædam sectantur instituta, quæ a Samaritanorum et Judæorum dementia non abhorrent.

769 CAP. IX.

Imperatoris Constantini ad absentes episcopos epistola de iis quæ statuta fuerunt in synodo.

Scriptis etiam magnus imperator ad episcopos qui ad concilium venire non potuerant, de rebus in illa gestis certiores eos faciens. Quam epistolam operæ pretium duxi hoc loco intexere, quod ex ea perspicue religiosus scribentis animus eluceat.

Constantinus Augustus Ecclesiis. [B. St. Ch. V. 40.]

Compertum habens ex florenti reipublicæ statu, quanta sit divinæ potentæ benignitas, hoc mihi ante omnia spectandum judicavi, ut in beatissimo Ecclesiæ catholicæ populo una fides, et sincera charitas, et consentiens erga Deum omnipotentem religio servetur. Sed quoniam ad firmum stabilemque modum hæc aliter perducī non poterant, nisi, omnibus episcopis, aut compluribus certe in unum

ωνός τῶν γεγενημένων τυγχάνων. Εὐαγγελιζόμεθα δὲ ὑμᾶς καὶ περὶ τῆς συμφωνίας τοῦ ἀγνωστότου ἡμῶν Πάσχα, ὅτι ταῖς ὑμετέραις εὐχαῖς κατορθώθη καὶ τούτο τὸ μέρος, ὥστε πάντας τοὺς τῆς Ἐφῆς ἀδελφοὺς ⁵⁰, τοὺς τὸ πρότερον ⁵¹ μὴ ποιούντας σύμφωνα ⁵² Ῥωμαίοις, καὶ ὑμῖν, καὶ πᾶσι τοῖς ἐξ ἀρχῆς φυλάττουσι, τὸ Πάσχα ἐκ τοῦ δεῦρο μεθ' ὑμῶν εἶναι. Καίροντες; [32] οὖν ἐπὶ τοῖς κατορθώμασι, καὶ ἐπὶ τῇ κοινῇ εἰρήνῃ καὶ συμφωνίᾳ, καὶ ἐπὶ τῇ πᾶσαν ἀρεσὴν ἐκκοπήν, ἀποδέξασθε ⁵³ μετὰ μείζονος τιμῆς καὶ πλείονος ἀγάπης τὸν συλλειτουργῶν ἡμῶν, ἐπίσκοπον δὲ ὑμῶν Ἀλέξανδρον, τὸν εὐφράναντα ἡμᾶς τῇ παρουσίᾳ, καὶ ἐν ταύτῃ τῇ ἡλικίᾳ τοσοῦτον πόνον ὑποστάντα, ὑπὲρ τοῦ εἰρηνεύσαι τὰ παρ' ὑμῖν ⁵⁴. Εὐχεσθε ⁵⁵ δὲ καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ἀπάντων, ἵνα τὰ καλῶς εἶναι δόξαντα βέβαια μένοι ⁵⁶ διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατ' εὐδοκίαν γεγενημένα, ὡς γε πεπιστεύκαμεν, τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

Ἡ Τριάς ὁμοούσιος καὶ ἀίδιος.

Ὁ μὲν δὲ θεὸς ἐκεῖνος τῶν ἀρχιερέων ὄμιλος ταύτην τῇ νόσῳ Μελετίου ⁵⁷ τὴν θεραπείαν προσήνεγκε. Μεμένηκε δὲ ὁμοῦς μέχρι καὶ ⁵⁸ τῆμερον τῆς ἐκείνου παραπληξίας τὰ λείψανα· καὶ ἔστιν ἐν ἐκείνοις γε τοῖς χωρίοις μοναχῶν τινα ⁵⁹ συστήματα, οὕτε τοῖς ὑγαινοῦσι πειθόμενα δόγμασι, καὶ κατὰ τὴν πολιτείαν κενόσι τισὶν ἐπιτηδεύμασι κεχηρήματα, τῇ Σαμαρειτῶν καὶ Ἰουδαίων φρενοβλαβείᾳ συμβαίνουσιν ⁶⁰.

ΚΕΦΑΛΑ. Θ.

Ἐπιστολὴ βασιλέως Κωνσταντείου πρὸς τοὺς ἀπολειφθέντας ἐπισκόπους περὶ τῶν ἐν τῇ συνόδῳ τυπωθέντων.

Ἐπέστειλε δὲ καὶ βασιλεὺς ὁ μέγας, τοὺς ἀφικέσθαι μὴ δυναθέντας τῶν ἐπισκόπων τὰ πεπραγμένα διδάσκων. Καὶ προὔργον νενομίκα καὶ ταύτην ἐνδειναι τῇ συγγραφῇ τὴν ἐπιστολήν, τῆς τοῦ γεγραφέτος ψυχῆς τὸ θεοφιλὲς σαφῶς ἐκδιδάσκουσαν.

Κωνσταντίος Σεβαστὸς ταῖς Ἐκκλησίαις.

Πείραν λαβὼν ἐκ τῆς τῶν κοινῶν εὐπραξίας, ὅση τῆς θείας δυνάμεως πέφυκε χάρις ⁶¹, τοῦτον ⁶² πρὸ πάντων ἔκρινα εἶναι μοι προσήκειν σκοπεῖν, ὅπως παρὰ τοῖς μακαρωτάτοις τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας πλήθουσι, πίστις μία, καὶ εἰλικρινὴς ἀγάπη, ὁμογνώμων τε περὶ τὸν παγκρατῆ Θεὸν εὐσέβεια τηρηταί. Ἄλλ' ἐπειδὴ τοῦτο ἐτέρως οὐχ οἶόν τε ἦν ἀκλινῆ καὶ βεβαίαν εἶξιν λαβεῖν, εἰ μὴ εἰς ταυτὸν πάντων

VARIE LECTIONES.

⁵⁰ ἀδῶς, *intrepide*, Basil. Gr. ⁵¹ Pro μὴ Christophoronius (e Socr., Epiph. et Niceph.) substituit : μετὰ τῶν Ἰουδαίων. ⁵² συμφώνως. *Idem*. ⁵³ ἀποδέξασθαι. Basil. Gr. et Lat., Steph., Scaliger. ⁵⁴ παρ' ὑμῶν. Basil. Gr. παρ' ἡμῖν. Basil. Lat. ⁵⁵ εὐχεσθε — ἀπάντων. *Absunt* a Basil. Gr. ⁵⁶ ταῦτα βεβ. μένη διὰ τοῦ παγκράτορος Θεοῦ καὶ διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησ. Χριστοῦ σὺν Πνεύματι ἁγίῳ κατ' εὐδοκίαν, etc. Christoph. Sic fere et Socrates cum sequacibus. ⁵⁷ Μελετίου. Basil. Gr. ⁵⁸ καὶ abest ab eodem. ⁵⁹ τινῶν. Basil. Gr. ⁶⁰ συμβαίνοντα, ut referatur ad συστήματα. Basil. Gr., Pini et Savilii. ⁶¹ πέφυκεν ἡ χάρις. Allatii. ⁶² τοῦτόν τε. Bas. Græc., Allat., Pini, Socr. *Hist. Eccl.* 1, 9, ut Eusebius *De vita Const.* III, 17 habet τοῦτον πρὸ γε π.

ἰσχυροῦ, ἔχοντος τῶν ⁶³ πλειόνων ἐπισκόπων συνελθόντων, ἐλάστου τε ⁶⁴ τῶν προσηκόντων τῇ ἀγιωτάτῃ ⁶⁵ θρησκείᾳ διάκρισις γένοιτο· τούτου ἕνεκεν πλείστων ὄσων συναθροισθέντων [33], καὶ αὐτὸς δὲ, καθάπερ εἰς ἐξ ὁμῶν ἐτύχχανον ⁶⁶ συμπαζῶν· οὐ γὰρ ἀρνησαίμην ἂν ἐφ' ᾧ μάλιστα χαίρω, συνθεράπων ὁμέτερος πεφυκέναι· ἄχρι τοσούτου ⁶⁷ ἅπαντα τῆς προσηκούσης τετύχηκεν ἐξετάσεως, ἄχρις οὗ ἡ τῷ ⁶⁸ πάντων ἐφόρῳ ⁶⁹ Θεῷ ἀρέσκουσα ⁷⁰ γνώμη πρὸς τὴν τῆς ἐνότητος ⁷¹ συμφωνίαν εἰς φῶς προήχθη, ὡς μηδὲν ἐτι πρὸς διχόνοιαν ἢ πίστει ἀμφισβήτησιν ὑπολείπεσθαι. Ἐνθα καὶ περὶ τῆς ἀγιωτάτης τοῦ Πάσχα ἡμέρας γενομένης ζητήσεως, ἔδοξε κοινῇ γνώμῃ καλῶς ἔχειν, ἐπὶ μιᾷς ἡμέρας πάντας τοὺς ἀπαταχοῦ ἐπιτελεῖν. Τί γὰρ ἡμῖν κάλλιον, τί δὲ σεμνότερον ὑπάρξει δυνήσεται ⁷², τοῦ τὴν ἑορτὴν ταύτην, παρ' ἧς τὴν τῆς ἀθανασίας εὐλόγησεν ἐλπίδα, μὴ τάξει καὶ φανερωῖ λόγῳ ⁷³ παρὰ πᾶσιν ἀδιαιτώτως φυλάττεσθαι; Καὶ πρῶτον μὲν ἀνάξιον ἔδοξεν εἶναι, τὴν ἀγιωτάτην ἑορτὴν τῇ τῶν Ἰουδαίων ἐπομένων συνηθείᾳ πληροῦν, οἱ τὰς ἑαυτῶν χεῖρας ἀθεμίτῳ ⁷⁴ πλημμελέματι χράναντες, εὐκρίτως τὰς ψυχὰς οἱ μισροὶ τυφλώττουσιν. Ἐξεστὶ γὰρ, τοῦ ἐκείνων ἔθους ⁷⁵ ἀποβληθέντος, ἀληθεστέρῳ τάξει ἦν ἐν καιρῷ ⁷⁶ τῆς τοῦ πάθους ἡμέρας μέχρι τοῦ παρόντος ἐφυλάξαμεν, καὶ ἐπὶ τοὺς μέλλοντας αἰῶνας τὴν τῆς ἐπιτηρήσεως ταύτης συμπλήρωσιν ἐγγίνεσθαι. Μηδὲν τοίνυν ἔστω ἡμῖν κοινὸν μετὰ τοῦ ἐχθίστου τῶν Ἰουδαίων ὄχλου. Εὐλόγησεν γὰρ παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἑτέραν ὁδόν. Πρόκειται δρόμος τῇ ἱερωτάτῃ ἡμῶν θρησκείᾳ καὶ πρέπων, καὶ νόμιμος ⁷⁷· τοῦτου συμφώνως ἀντιλαμβανόμενοι, τῆς ἀεχρᾶς ἐκείνης ἑαυτοὺς συνειδήσεως ἀποσπάσωμεν, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι. Ἔστι γὰρ ὡς ἀληθῶς ἀτοπώτατον, ἐκείνους αὐχεῖν, ὡς ἄρα παρεκτὸς τῆς αὐτῶν διδασκαλίας ταῦτα φυλάττειν οὐκ εἴημεν ⁷⁸ ἱκανοί. Τί δὲ φρονεῖν ὀρθόν ⁷⁹ ἐκείνοις δυνήσονται, οἱ μετὰ τὴν Κυριακονίαν ἐκείνην ἐκαστίας τῶν φρονεῖν, ἀγονταὶ οὐ λογισμῷ τινι, ἀλλ' ὀρμῇ ἀκατασχέτῳ, ὅπου ἂν αὐτοὺς ἡ ἔμφυτος αὐτῶν ἀπάγη μανία; Ἐκεῖθεν τοίνυν κἂν τούτῳ τῷ μέρει τὴν ἀλήθειαν οὐχ ὀρῶσιν, ὡς αἰετὰ κατὰ τὸ πλείστον αὐτοὺς πλανωμένους, ἀνεὶ τῆς προσηκούσης ἐπανορθώσεως, ἐν τῷ αὐτῷ ἔτει δευτέρον ⁸⁰ τὸ Πάσχα ἐπιτελεῖν. Τίνος οὖν χάριν τούτοις ἐπόμειθα, οἱ δεινὴν πλάνην νοσεῖν ὡμολόγηται; Δεύτερον γὰρ τὸ Πάσχα ἐν ἐνὶ ἐνιαυτῷ οὐκ ἂν ποιεῖν ποτε ⁸¹ ἀνεξόμειθα ⁸². Ἄλλ' εἰ καὶ ταῦτα

A coactis, de singulis ad sanctissimam religionem attentibus disceptaretur: hac de causa, cum cœtus quam maximus potuit esset congregatus, et ego tanquam unus vestrum interesset (nec enim id, quo maxime lætor, comministrum vestrum fuisse me negarim), eo usque convenienter discussa sunt omnia, donec ad unionis concordiam Deo inspectori omnium accepta **770** in lucem prolata est sententia: ita ut nihil jam nec ad dissensionem, nec ad fidei controversiam, reliquum quidquam foret. Ubi et de sanctissimo die Pascha habita quæstio cum esset, optimum factu communi sententia visum est, uno eodemque tempore hunc omnes ubique gentium celebrare. Quid enim honestius nobis, quidve gravius esse queat, quam ut festum B hoc, a quo immortalitatis spem cepimus, uno modo, apertaque ratione apud omnes sine lapsu et errore observetur? Ac primum quidem indignum plane censuimus, sacrum hoc solemne ritu ac more Judæorum agere, qui cum manus suas nefario scelere polluerint, merito aninits impuri cæcutiunt. Fas enim est, rejecta illorum consuetudine, veriore instituto, quod circa diem passionis hactenus tenuimus, ejusdem observationis usum ad futura sæcula propagari. Quare commune nobis nihil sit cum infensissima gente Judæorum. Aliam quippe viam a Servatore didicimus. Propositus est religioni nostræ cursus et decens et legitimus. Hunc uno consensu tenentes, ab illa nos turpi conscientia eripiamus, fratres honoratissimi. Est enim revera longe absurdissimum, jactare **771** se istos, quasi absque magisterio eorum nos hæc observare non possimus. Nam recte illi sentire quid possunt, qui post illam Domini necem de mente deturbati, non ratione ulla, sed effreni quodam impetu feruntur quocumque insita eos rabies impulerit? Inde est quod hac etiam in parte veritatem non videant, ut qui plurimum semper errantes, pro convenienti emendatione, alterum in eodem anno Pascha celebrent. Qua ergo de causa hos sequimur, quos in confesso est gravi errore laborare? Secundum enim Pascha uno in anno fieri haudquaquam pateremur. Enimvero quamvis ista non suppeterent, vestræ erat solertia, et eniti et orare perpetuo, ne puritas mentis vestræ moribus se usquam admisceat hominum pessimorum. Adhæc etiam hoc cogitandum est, nefas esse in re tanta, et tanti festi cultu, discrepantiam inve-

VARIÆ LECTIONES.

⁶³ ἢ τῶν γούν πλειόνων. Bas. Græc. cum Euseb., Socr. et Niceph. ⁶⁴ τε abest a codicibus Pini et Allati, itemque ab Euseb. et Socr. ⁶⁵ ἀγιότητι. Bas. Græc. ⁶⁶ τυγχάνων. Bas. Græc., Steph., Niceph. ⁶⁷ αἴτου vitiose habet Bas. Græc., pro quo substituit Camerarius τούτου. ⁶⁸ τῶν. Bas. Græc.; τῷ τῶν Niceph. ⁶⁹ παντεφόρου. Allat. ⁷⁰ ἀρκουσα. Bas. Græc. et Steph. ⁷¹ θεότητος. Steph. male. ⁷² ἡ. Bas. Græc. ⁷³ λογισμῷ. Bas. Græc., Savillii codex. ⁷⁴ ἀθεμίτως. Bas. Græc., e quo exciderunt etiam sequentia verba: πλημμελέματι χράναντες εὐκρίτως. ⁷⁵ ἔθους. Bas. Græc., Steph., que vitiosa lectio item occupat Eusebii, Socr. et Niceph. libros. Chr. et Cas. recte habent ἔθους. ⁷⁶ ἦν ἐκ πρώτης τοῦ πάθους ἡμέρας. Ita emendat Valesius e codice Pini et Allatii. Consentiant Euseb., Socr., Niceph. ⁷⁷ καὶ νόμιμος καὶ πρέπων. Bas. Græc., Euseb., Socr. Singulare lectionem offert Nicephorus: καὶ νομικῶς κενόν καὶ πρέπων τούτω, οὐ συμφώνως, etc. ⁷⁸ Ita cum Eusebio, Savillii et Pini liber. Sed οὐκ ἦμεν Bas. Græc., Steph., Socr.; οὐκ ἐσμὲν Niceph. ⁷⁹ ὀρθόν abest a Bas. Græc. ⁸⁰ δευτέρῳ. Idem vitiose. ⁸¹ ποτε ποιεῖν. Bas. Græc., Steph., Euseb., Socr., Niceph. ⁸² ἀνεξόμειθα. Bas. Græc., Chr., Scal., Casaub., Euseb., Niceph. Ἀνεξόμειθα Socr.

niri. Unam enim libertatis nostræ diem, sanctis- A
simæ videlicet passionis, Salvator nostræ nobis
tradidit: unam esse catholicam Ecclesiam suam
voluit, cujus membra, multis licet **772** diversisque
maxime locis dispersa sint, uno tamen spiritu, hoc
est, divina voluntate confoventur. Consideret autem
solertia sanctitatis vestræ, quam grave sit atque
indecorum, ut diebus iisdem alii jejuniis vacent,
alii agitent convivia: et post ferias paschales, alii
festa et animi remissionem sectentur, alii præscri-
Δι' ἐπιτυχίας γυναικαίων. Amplector interpretationem Camerarii qui sic vertit: *per interpellationes muliercularum, etc.* Nec male Epiphanius Scholasticus additiones interpretatur. Intelligit enim libellos accusationum, quos mulieres ab Arianis subornatæ porrigebant iudicibus adversus Alexandrum episcopum Alexandriæ. Sane *ἐπιτυχία* pro libello supplicii sumitur ab Athanasio, ut observavi in annotationibus Eusebianis.

PAG. 10. *Παύσησθι... τῆς Ἐκκλησίας ἐξηλάσσωμεν*. Ex his verbis colligitur, hanc epistolam Alexandri scriptam esse post synodum Alexandrinam, in qua damnatus erat Arius cum sociis. Duas autem synodos episcoporum *Ἐgypti* adversus Arium ejusque socios collegit Alexander episcopus Alexandriæ, ut infra pluribus ostendemus, ad paginam 19.

Ὅλα καὶ πᾶσι εἶναι πέφυκεν ἀνθρώποις. Haec quoque legitur in editione Basiliensi, nisi quod *ὅλον* scribitur pro *ὅλα*. Verum in codice Henrici Savillii et in altero exemplari Regio rectius scribitur hoc modo *ὅλος καὶ πᾶς πέφυκεν ἀνθρώπος*, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus. In codice autem Leonis Allatii legitur hoc modo: *Ὅλος καὶ πᾶς εἶναι συμβέβηκεν ἀνθρώπος*. Quomodo etiam in suo codice legerat Epiphanius Scholasticus, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit: *Quis et aliquando factus est, qualem et omnem hominem esse contigit.*

PAG. 11. *Ἐρημώσαντες τοῦτό γασί*. Post hæc verba, in codice Leonis Allatii hæc adduntur: *Ὅβρι τινὰ ἔχοντα ἰδιότητα πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τρεπτήν τυγχάνοντα φύσει*. Male quidem. Hæc enim verba inferius locum habent, ut videbimus. Epiphanius tamen Scholasticus eadem verba in suo codice legit hoc loco. Sic enim vertit: *Omni reverentia spoliantes semetipsos, aiunt: Nec aliquam habet proprietatem ad eam: sed cum sit ipse natura mutabilis, scivit de illo Deus præscientia et præcontemplatione, etc.*

Ἐγένετο οὐδὲ ἐρ ὁ γέγονεν. Duæ postrema voces desunt in editione Roberti Stephani et in Basiliensi. Habentur tamen in codice Leonis Allatii, et in versione Epiphanii Scholastici. Sed et

Christophoronus eas in libris suis repererat, ut ex interpretatione ejus apparet.

PAG. 12. *Καὶ ὑπερῖπον τῆς τῶν γεννητῶν διαβολᾶς.* Scribendum puto γεννητῶν per simplex ν ; atque ita legisse videtur Epiphanius, qui sic vertit: *Et creaturarum universam intelligentiam transcendentem.* Pro *ὑπερῖπον*, in editione Basiliensi legitur *ὑπερῖρον*, et in codice Allatiano, rectius, ut opinor.

Ὁδὸν ὁμοστοιχοῦς συλλαβαῖς. In ms. codice Henrici Savillii et in editione Basiliensi scribitur *ὁμοστοιχοῦς*, minus recte, ut eadem sentio. Certe Camerarius qui editionem Basiliensem Latine interpretatus est, *ὁμοστοιχοῦς* legit, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit: *Ne eorumdem quidem elementorum complexione in voce facientis aut factorum uti ausus.* Hujus autem loci satis obscuri hic est sensus. Joannes evangelista cum originem Filii Dei vellet exponere, eam a rerum creaturarum productione longe distinxit: cavilque diligentissime, ne in declaranda Filii essentia, iisdem verbis uteretur, quibus rerum creaturarum originem exposuit. Nam in declaranda quidem Filii essentia usus est verbo *erat*. In exponenda autem origine rerum creaturarum dixit *γένετο*, id est *facta sunt*. Subjicit deinde Alexander, *ὄχι οὐκ ἀγέννητος ἦν· ἐν γὰρ ἀγέννητον, ὁ Πατήρ.* Id est: Non quod Filius Dei non sit genitus: unum enim est ingenuitum, Pater scilicet. Quæ quidem Alexandri verba benigne intelligenda sunt hoc modo: Non quod Filius Dei principium originis suæ non habeat. Habet enim revera principium originis, Patrem ex quo genitus est. Sed quia nullum habet principium temporis, quippe qui ab omni æternitate genitus sit ex Patre, *ἄχρονος καὶ ἀμειψύτου*, ut Græci dicunt, id est sine ullo tempore ac medio.

Ἄλλ' οὐκ ἐπιβολᾶς μετὰ τῶν. Hunc locum correxī ex duobus manuscriptis codicibus, Allatii et Savillii, in quibus ita legitur: *Ἄλλ' οὐκ ἐξέσμενης τῶν εὐαγγελιστῶν, τῶν δὲ καὶ ἀγγέλων καταλήψεως.* Quibus consentit Basiliensis editio, nisi quod *ἐξέσμενης* habet vitiose scriptum pro *ἐξέσμενης*. Adverbum quoque quod sequitur *ὑπερπέκεινα*, mutavi in *ὑπερέκεινα*, secutus scripturam codicis Allatiani et Basiliensis editionis.

Ἐδωθεὶς οὐκ ὀμιῖ λογισμῶν. Hunc etiam locum emendavi ex supradictis codicibus Allatii ac Savillii, quibus astipulatur editio Basiliensis, nisi quod *τολμῶντας* habet, non *τολμῶντος*. Epiphanius tamen Scholasticus in plurali numero legisse videtur *λογισμῶντας* τοὺς *τολμῶντας*.

Πάντων τῶν ἐν κόσμῳ κτίσας. Post hæc verba Jacobus Sirmundus in editione sua quatuor has voces addidit, τοὺς *θηγῆρους φημὶ ἀποστόλους*, nescio quos secutus codices. Certe in nostris exemplaribus et in Basiliensi editione non habentur, et scholium potius redolent cujusdam viri docti, qui ad latus libri sui id notaverat, per columnas significari divinos apostolos. Certe in Epistola Pauli ad Galatas, Petrus et Jacobus dicuntur columnæ fuisse Ecclesiæ. Porro initio hujus periodi scribendum: *ἢ καὶ αὐτὸς ὁ Σωτῆρ*, id est: *Quocirca Servator noster*, etc.

Τῆν περὶ τούτων γνώσιν. In codice Leonis Allatii et in editione Basiliensi scriptum est *περὶ τούτου*, rectius, ni fallor. Neque aliter legit Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit hunc locum: *Nam et ipse Servator præstare volens omnibus in hoc mundo columnis, hujus notitiam ab eis exonerare festinavit.*

Καὶ τοῖς ἐμοῖς. Jacobus Sirmundus in editione sua expunxit hæc verba. Certe non habentur in codice Leonis Allatii, et superflua videntur hoc loco. Porro locus iste desumptus est ex capite xxiv Isaïæ, ubi Hieronymus notat verba illa: *Et dixi: Secretum meum mihi: secretum meum mihi, non haberi in Septuaginta sed ex Theodotionis translatione ab*

Origene addita esse. Procopius autem Gazæus ex interpretatione Symmachi suppleta esse dicit.

Χρονικὴν ἔχον τὴν προβολὴν. Optime in editione Basiliensi legitur *ἔχοντα*. Subauditur autem *ὀδόν*. In codice Savillii scriptum est *ἔχον ταύτην προβολὴν*, vitiose quidem, sed ita ut veræ lectionis vestigia serventur. Pro voce *προβολὴν* in codice Leonis Allatii habetur *ὑπαρξ.ν*. In altero vero codice Regio, cujus variantes lectiones Robertus Stephanus ad calcem editionis suæ notavit, legitur *πρόθεσιν*, pessime. Quam tamen vitiosissimam lectionem Sirmundus in editione sua amplexus est.

Ἀπόθεν δεικνύται τὸ ἐξ οὐκ ὄντων. Jacobus Sirmundus hunc locum ita edidit: *Απόθεν δεικνύται ἐκ τοῦ ἐξ οὐκ ὄντων.* Et totum locum sic interpretatus est: *Quod vero extrema sit dementia Filium ex non exstantibus ortum existimare, atque in tempore productum, indidem patet, hoc est ex non exstantibus, etc.* Verum cum nulli codices ita scriptum habeant, vulgatam lectionem mutare nefas duco. Quod si conjecturam nostram licet proponere, existimo delenda esse hæc verba *τὸ ἐξ οὐκ ὄντων*, quæ scholii loco ad marginem ascripta, postea in textum translata sunt. Porro Epiphanius Scholasticus hunc locum ita vertit: *Non reor ignorare sapientes, quia vesanus est sapere ex non exstantibus factum Filium, cum utique habeat temporale principium quod ostenditur ex non existentibus factum.* Unde apparet Epiphanium legisse *χρονικὴν ἔχον τὴν προβολὴν τὸ ἐξ οὐκ ὄντων*.

PAG. 13. *Ἀδιάρητον γὰρ.* In codice Leonis Allatii scriptum est *ἀνόητον*, quod magis probo. Atque ita legit Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit: *Stultum est enim, et omni peccato plenum, etc.*

Δι' ὃ χρηματίζει πατήρ. In manuscripto codice Henrici Savillii legitur *δι' ὃν*, quomodo etiam legit Epiphanius Scholasticus.

PAG. 14. *Μέχρι πρὸς ἐνβολᾶς.* In codice Allatii legitur *μέχρις ἐνβολᾶς*, omissa altera præpositione. Utramque tamen vocem agnoscit Epiphanius Scholasticus, qui sic vertit: *Impossibile est vel usque ad opinionem invenire vias serpentis.*

Καὶ νομίμους ἐντολαῖς. In codice Leonis Allatii scriptum est *καὶ νομίμους ἐντολάς*. Quam scripturam in editione sua amplexus est Jacobus Sirmundus, et hunc locum ita vertit: *Qui autem ejus sunt creaturæ, homines et angeli, et benedictionem acceperunt, ut proficerent virtutem exercentes, et mandatorum leges, ne peccarent.* Atque hanc lectionem, re attentius examinata, veriozem puto. Ait enim Alexander, Deum duas res tradidisse hominibus et angelis, ut in virtute progressus facere possent. Primum benedictiones; deinde mandata legis. Et mandata quidem legis ad hoc prosunt, ne crimina admittant quæ lege prohibita sunt; benedictio vero ad hoc prodest, ut in virtutis exercitatione quotidie proficiant. Sed occurrit hoc loco difficultas. Angelis enim profectum attribuit, cujus tamen minime capax videtur eorum natura. Totos enim sese applicant angeli ad id quod semel amplexi sunt: nec paulatim progrediuntur ad id quod eligunt, sed primo impetu ad summum fastigium perveniunt, ita ut nec ulterius progredi, nec retro reverti valeant. Materiarum enim expertes sunt, quæ infirmitatem et inconstantiam gignit. Dicendum tamen est, angelos ita primum creatos esse a Deo, ut essent mutabiles, et virtutis capaces ac vitii, utque proficere possent in melius, aut in deterius labi. Hanc fuisse sententiam veterum theologorum, tum ex Alexandro patet, tum ex eo quod Arius ac ceteri asserebant, Filium Dei mutabilem esse, et virtutis ac vitii capacem. Nec ullus catholicorum eis unquam obiect, angelos non esse mutabilis naturæ. Sciebant enim id proprium esse solius Dei, qui in sacris Litteris diserit ait: *Ego sum et non mutator.* Angeli vero, licet difficile mutantur, mutationi tamen obnoxii sunt.

Τῆς πατριῆς γεννήσεως. Rectius in manuscriptis codicibus Savilii et Allatii legitur *μαρτύσεως*, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus. Ita quoque legebatur in altero exemplari Regio.

PAG. 15. *Ὁρ διαδεξάμενος Λουκιανός.* Baronius ad annum Christi 318, cap. 75, Alexandrum excusare conatur qui hæc de Luciano martyre scripserit. Et laudandus quidem est Baronius, qui martyrem Christi nefandæ hæresis suspitione liberare conatus est. Veritatem tamen cunctis rebus antepone debemus. Quod si Baronius veteris cuiuspiam scriptoris testimonium afferret, quo suam sententiam firmaret, et Alexandri testimonium subverteret, equidem libenti animo ei assentirem. Sed cum præter conjecturas nihil afferat, malim equidem Alexandri testimonio credere, qui Luciano temporibus vixit, ejusque doctrinam ac discipulos apprime noverat, qui se Conlucianistas vocabant. Certe Theodoretus, postquam hanc Alexandri epistolam retulit, diserte affirmat, eum nulla in re mentitum fuisse, sed veritatem ingenue protulisse. Accedit testimonium Epiphani in hæresi 43, quæ est Lucianistarum, ubi Lucianum hunc de quo loquitur Alexander, Arianæ hæresi patrocinatum fuisse, et ab Arianis pro martyre habitum scribit. Certe discipuli ejus quos recenset Philostorgius, Ariani erroris labe omnes infecti fuere. Sed videamus quid de illo narret Alexander. Ait igitur primo Lucianum successisse Paulo Samosatensi; id est erroris illius successorem fuisse. Certe illum familiarem fuisse Pauli Samosateni credibile est. Fuit enim et ipse oriundus ex urbe Samosatensi, ut legitur in ejus Vita. Et cum Paulus ex ea urbe ad Antiochensem episcopatum evectus sit, Lucianus quoque Antiochiæ presbyter fuit. Ætas quoque utriusque in idem fere tempus incurrit. Paulus enim Aureliani temporibus depositus est, et post depositionem diu superstes vixit. Ponamus ergo illum ad Cari usque tempora pervenisse. Abhinc ad martyrium Luciani anni sunt plus minus viginti quinque. Ex quo apparet, Paulum ac Lucianum eodem oppido ortos, et ejusdem urbis sacerdotes, ipsam quoque vixisse temporibus.

Ἀποσυνάγωγος ἔμεινε τριῶν ἐπισκόπων. Hujus verbi vim non intellexerunt interpretes. Quos secutus Baronius ad annum 318, scribit Lucianum a tribus episcopis sibi continue succedentibus, Ecclesia ejectum fuisse. Atqui non hoc dicit Alexander, sed tantum ait Lucianum schisma fecisse in Antiochensi Ecclesia, et sub tribus episcopis continue sibi succedentibus collectas seorsum celebrasse. Id enim significat vox *ἀποσυνάγωγος*. Itaque Epiphanius Scholasticus non male hunc locum interpretatus est hoc modo: *Cui succedens Lucianus, extra synagogas mansit trium episcoporum plurimo tempore.* Basilii in epistola prima ad Amphilochem *παρὰσυναγωγῆν* usurpat eodem sensu: ubi distinguit inter hæresim et schisma et *παρὰσυναγωγῆν*. *Παρὰσυναγωγῆν* autem ait esse illegitimos conventus, qui sunt ab Immorigeris presbyteris vel episcopis et laicis. Verbi gratia si quis criminis convictus et a ministerio sacro suspensus, iudicio non pareat, sed ministerium suum obire velit, et populum colligat. Inter *παρὰσυναγωγῆν* autem et schisma parum distat. Porro causa schismatis Luciano fuit doctrina Pauli Samosatensis quam defendebat, ut docet Alexander. Cujus gratia diu separavit se a tribus episcopis, Domino, Tymæo ac Cyrillo. Tandem vero ad unitatem Ecclesiæ reversus est, ut ex Alexandro colligitur. Neque enim eum usque ad exitum vitæ in schismate mansisse Alexander scribit, sed tantum longo tempore separatum fuisse.

Ἐν Συρίᾳ χειρ. ἐπίσκοποι τρεῖς. Intelligit Eusebium Cæsareæ Palæstinæ episcopum, Theodotum Laodicæ et Paulinum Tyri. Hos enim anathemate damnatos fuisse ab Alexandro Alexandriæ

episcopo testatur Arius in epistola ad Eusebium Nicomediensem episcopum, quæ refertur infra. Porro ex hoc loco colligitur, epistolam hanc scriptam esse ab Alexandro ante epistolam ad omnes Ecclesias, priusquam Eusebium Nicomediensis patrocinium Arii suscepisset. Nam si posteriore loco scripta esset hæc epistola, nunquam profecto Alexander mentionem Eusebii Nicomediensis facere omisisset.

Ἰπαρὰκτισθω. In codice Leonis Allatii et in editione Basiliensi legitur *ἄνακτισθω*. Quomodo etiam scribitur apud Nicephorum.

Τὰς τῆ ὑποστάσει δύο φύσεις. Duae naturæ dicit Alexander, non simpliciter et absolute duas, sed personaliter duas, eo quod in duabus personis existat una natura. Quare φύσις ἐν ὑποστάσει idem est quod persona.

PAG. 16. *Ὁρ ὅμοιον ἐν Παλμοῖς.* Rectius in manuscripto codice Henrici Savilii et in editione Basiliensi scriptum est, *ὄν ὅμοιον*, id est, *quibus similia in Psalmis canunt sanctissimi Patres.* Epiphanius tamen Scholasticus vulgatam scripturam confirmat. Camerarius quoque, licet Basiliensem editionem secutus sit, *ὄν* tamen legit, et ad Patrem retulit. Christophorus vero ad Filium referre maluit. Sic enim vertit, *Filium porro Patri similem, in Psalmis pronuntiatum memorant sanctissimi viri*, etc.

Τιμῆ τῶν Πατέρων. Epiphanius Scholasticus quædam hic addit quæ non leguntur in Græco. Sic enim habet: *Quapropter et qui honorat Patrem, honorat et Filium: et qui honorat Filium, honorat et Patrem, et recte.* Quam lectionem confirmant sequentia. Itaque error videtur librarium, qui hanc pericopen omiserunt decepti vocum similitudine.

Καὶ μελαγχολικῆς ἠρροσμέτης δόξης. *Ἐρρο μελαγχολικοῖς*, quemadmodum edidit Jacobus Sirmundus. Cujus tamen factum probare non possum, in eo quod lectionem nullius scripti codicis auctoritate firmatam in textum admittere non dubitavit: quam ad latus editionis suæ rejicere, aut in adnotationibus referre potius conveniebat. Apud Nicephorum in lib. VIII; cap. 7, legitur καὶ μελαγχολικῆς δόξης, omissa voce ἠρροσμέτης.

Ἀποσκιρῶσαντος. In manuscripto codice Henrici Savilii scriptum est *ἐνοχηγώσαντος*. Epiphanius Scholasticus legisse videtur *ἀποσκιρῶσαντος*, sic enim vertit: *Sapientia Satanae in animas eorum nequissimas vehementer insiliens.*

Ἡμάρωσαν. Codex Leonis Allatii habet *ἠμάρωσαν*. Atque ita prorsus legit Epiphanius Scholasticus, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit: *Non commissariorum concursu reverentia de Christo ferocitate eorum mansuescunt.*

Ἐπιπορῶσθω. Correxī *ἐπαπορῶσθω* ex editione Jacobi Sirmundi. In Saviliano codice et in editione Basiliensi scriptum est *ἐπηπορῶσθω*, quod magis placet: est enim in præterito.

Ἀκαθεύτω ὄλη. Sic vocat dialecticas argumentationes quibus utebatur Arius adversus Christi divinitatem. In codice tamen Allatii pro ὄλη legitur ὄλαξῆ, id est latratu, quod non probo.

PAG. 17. *Ὁρ μετῆσύνουσα φύσις μονογενῆς.* Benigne intelligendum est, quod hoc loco ait Alexander, naturam unigenitam mediam esse inter Patrem ingentium et creaturas. Ubi naturam sumit pro persona. Intelligit enim φύσιν ἐν ὑποστάσει, ut paulo ante locutus est Alexander. Mediam autem vocat naturam unigenitam, non quod Unigenitus inferior sit Patri, sed quod per illum omnia fecit Pater, ut ait Joannes evangelista. Unde, *ὃς ὁδ*, proprie tribuitur Filio, quemadmodum notat Basilii in libro de Spiritu sancto.

Πάση τῇ γεννητῇ φύσει. Malim scribere *γεννητῆ*, quemadmodum legisse videtur Epiphanius.

Verit enim : *Omni creatæ naturæ imperscrutabili, etc.*

Υἱὸν τε θεοῦ καὶ ἁγίου. In codice Allatii et in editione Basiliensi deest particula τε. Vulgatam tamen scripturam confirmat Epiphanius Scholasticus.

Πάντων γὰρ εἶναι τὴν εἰκόνα. In codice Saviliano et in editione Basiliensi verbum interseritur hoc modo, πάντων γὰρ εἶναι δαὶ τὴν εἰκόνα πλήρη. Atque ita legisse videtur Epiphanius Scholasticus. Sic enim veritit : *Et omnino imaginem convenit esse plenam eorum, per quæ non desit aliquid ab æqualitate ejus cujus imago est.* Sed et Christophorus eandem scripturam in libris suis repererat, nisi quod δεῖν in illis exemplaribus legebatur, melius fortasse. Refertur enim ad vocem ἔθλον, quæ sequitur Quod si δαὶ legere malimus, tum scribendum erit ἔθλοῦται, ut legitur in codice Leonis Allatii, ἔθλον.

PAG. 18. *Τὰ ἐκ μέρους αὐτοῖς γνωρισθέντα.* In manuscriptis codicibus Allatiano et Saviliano et in editione Basiliensi scriptum est γνωρισθέντα. Videtur autem alludere Alexander ad locum Pauli apostoli in Epistola prima ad Cor., *Ex parte cognoscimus et ex parte prophetamus.* Ita certe hunc locum exposuit Epiphanius Scholasticus.

Ἄπερ δ' ἂν ἦ, οὐκ ἔστι ταυτὰ. In iisdem exemplaribus Allatii ac Savilii, et in editione Basiliensi scriptum est ἄπερ δ' ἂν ἦ, οὐκ ἔστι ταυτὸν, etc. Atque ita legit Epiphanius Scholasticus, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim veritit. *Igitur erat, et semper, et ante sæcula, quodcumque sit, non tamen est id quod ingentum.* Pene omiseram monere lectorem, in codice Leonis Allatii scriptum esse οὐκ ἔστι ταυτὸν τῷ ἀγεννήτῳ, rectius procul dubio. Alioqui nisi ita legeris, addendus erit articulus hoc modo δὲ ἄπερ δ' ἂν ἦ.

τῷ Πατρὶ μόνῳ ἰδιώμα. In codice Leonis Allatii scriptum est μόνῳ. Sed reliqui codices vulgatam scripturam tuerunt.

τὸ κενώσαν. In codice Leonis Allatii scriptum est κενώσαν quam scripturam licet reliqui codices refutent, haud tamen spernendam puto.

Αὐτῇ πολεμῖν βουλεύεται. In manuscripto codice Savilii et in editione Basiliensi scriptum est βούλειται.

Εὐθυμοσεῖς ἡμᾶς κατασκευάσαντος. Magis placet scriptura quam in codice Allatiano et in Basiliensi editione reperi, κατασκευάζοντος. Confirmat hanc lectionem Epiphanius Scholasticus qui sic veritit, *securos nos faciente patre familias ejus, etc.*

PAG. 19. *Τούτους ἀναθεματισθέντας.* Intelligit Arium et Achillam et reliquos eorum socios ac fautores. Hos enim paulo supra nominavit ita scribens, ὡν ἕναντοι γενόμενοι οἱ ἀμφὶ τὸν Ἄρειον καὶ Ἀχιλλῶν καὶ οἱ τῆς ἀληθείας σὺν αὐτοῖς πολέμιοι. Quibus verbis Alexander non solum presbyteros ac diaconos Alexandrinæ Ecclesiæ notat qui Ario favebant, sed et episcopos illos tres provinciæ Syriæ Intelligit qui Arii opinionem defendebant : de quibus supra locutus est. Non sine causa igitur Eusebius Cæsariensis episcopus et Paulinus Tyri, et Theodotus Laodicenus, anathematizatos se esse ab Alexandro querebantur, ut scribit Arius in epistola ad Eusebium Nicomediensem quam refert Theodoretus. Hoc enim loco, licet suppresso eorum nomine, anathematizantur ab Alexandro. De Eusebio autem Nicomediense nihil dicit Alexander in hac epistola synodica ad Alexandrum C. P., nec Arius inter episcopos qui anathematizati fuerant ab Alexandro, Eusebium Nicomediensem nominat : non omnissurus utique, si ab Alexandro id factum fuisset. Ex quo intelligi datur, epistolam hanc synodicam scriptam esse ab Alexandro Alexandriae episcopo ante epistolam illam Alexandri ad omnes Ecclesiæ, quam refertur Socrates ac Sozomenus. In hac enim posteriore Eusebius Nicomediensis denotatur ab Alexandro ut patronus et signifer Aria-

norum. Unde apparet epistolam istam posteriore loco scriptam esse, cum Eusebius Nicomediensis patrocinium Ariani dogmatis palam suscepisset. Sed et aliunde probari potest, epistolam hanc quam ad omnes omnium Ecclesiarum episcopos scripsit Alexander, scriptam esse post epistolam illam ad Alexandrum CP. Nam in epistola ad Alexandrum CP. decem tantum nominantur presbyteri ac diaconi anathematizati. In epistola vero Alexandri ad omnes omnium Ecclesiarum episcopos duodecim recensentur clerici anathematizati : ac præterea duo episcopi, Secundus ac Theonas. Nempe post priorem illam synodicam, cum Carponas et Caius clerici Alexandriae, et Secundus ac Theonas episcopi, sese Ario adjunxissent, id circa eorum nomina ascripta sunt in posteriore illa synodica quam refert Socrates ac Sozomenus. Duas igitur synodos vario tempore adversus Arium et socios collegit Alexander. In priore decem duntaxat damnati sunt clerici Alexandrini, et notati tres episcopi Syriæ. Epistola quoque synodica ab Alexandro scripta est ad Alexandrum episcopum Byzantii. In secunda synodo, in qua centum fere episcopi Ægypti sederunt, damnati sunt duodecim clerici Alexandrini, ac duo præterea episcopi, Secundus ac Theonas : et notatus est Eusebius Nicomediensis episcopus. Scripta est denique synodica ad omnes ubique terrarum collegas. Quoniam autem anno scripta sit utraque synodica, obscurum est. Baronius quidem anno Christi 318 utramque scriptam esse existimat. Sic enim ratiocinatur. Scriptæ sunt epistolæ istæ ab Alexandro, priusquam Constantinus epistolam illam scripsisset ad Alexandrum et Arium. Atqui epistola illa Constantini scripta est an. 318, cum Constantinus victo Licinio Nicomediam ingressus esset, ut ipse testatur Baronius cap. 69. Sed facilis est responsio. Victus enim est Licinius anno Christi 324, ut ex Fastis Idatii et Chronico Alexandrino aliisque scriptoribus constat : qui si Baronii ætate editi fuissent, nunquam ille tot errores admisisset in rebus Licinii commemorandis.

Τοσοῦτον ἐπ' αὐτοῖς. Emendavi ex codice Leonis Allatii et ex Nicephoro τὸ ὅσον ἐπ' αὐτοῖς. Quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus.

PAG. 20. *Καὶ τῷ τόμῳ συνυπογραφήσαντων.* Quisnam 'sio hic tomus seu libellus, cui plures episcopos jam subscripsisse ait Alexander, obscurum est. Baronius ad annum Christi 318 scribit esse libellum fidei ab Alexandro conscriptum. Quod ex Christophoroni versione videtur hausisse. Sic enim Christophorus hunc locum interpretatur : *Qui libello adversus eos edito subscriperunt.* Ego vero per hanc vocem τόμῳ, hanc ipsam epistolam intelligi existimo, quam Alexander ad alios etiam episcopos miserat. Est enim hæc epistola encyclica, ut recte notat Baronius.

Ἀπλωρὸς τοῦ διακόρου. In codice Leonis Allatii et apud Nicephorum legitur τοῦ ἀρχidiaκόρου. Atque ita etiam legit Epiphanius Scholasticus, ut ex versione ejus apparet.

Πειθομένῳ καὶ ταῖς. Particula καὶ alieno loco posita est, et in suum locum sic restituenda, πειθομένῳ ταῖς τῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν συγκαταθέσσει, καὶ εἰς, etc.

Σὺν τῇ παρ' ἡμῶν ἀδελφότητι. Apud Nicephorum legitur παρ' ἡμῶν, quod rectius mihi videtur.

τῆρ Βερότοιαν, rectius in codice Leonis Allatii scriptum inveni τὴν Βερότοιαν, quam scripturam confirmat Epiphanius Scholasticus.

Καὶ τοῖς ἄλλοις. Scripsit etiam Alexander ad Silvestrum episcopum urbis Romæ epistolam ejusdem argumenti, ut docet Liberius papa in epistola ad Constantium, his verbis : *Manent litteræ Alexandri episcopi olim ad Silvestrum sanctæ memoriae destinatæ, quibus significat, ante ordinationem Atha-*

nasii, undecim tam presbyteros quam etiam diaconos, quod Arii hæresim sequerentur, se Ecclesia ejcisse, etc.

In caput V.

PAG. 21. Ἐκ τῆς πόλεως ἀνθρώπων ἀθώους. Emendavi ὡς ἀνθρώπων ἀθέους, ut legitur in codice Allatii, et apud Nicephorum, et in editione Jacobi Sirmundi. Ita quoque legit Epiphanius Scholasticus, ut ex versione ejus apparet.

Ἀγεννής ἐστιν. Hic etiam locus ex codice Leonis Allatii restitutus est, in quo legitur ἀγεννής, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus. In Nicephoro autem scribitur ἀειγενής per simplex v, quemadmodum legitur etiam apud Epiphanium in hæresi Arianorum.

Ἀνάθεμα ἐγένοντο. Hæc ita intelligenda sunt, non quasi Eusebius Cæsariensis, Paulinus ac Theodotus et reliqui, nominatim anathemate percussii fuerint ab Alexandro: sed quoniam Arius cum sociis et fautoribus erroris ipsius ab Alexandro anathematizati fuerant, Eusebius, Paulinus ac Theodotus qui Arii opinionem tuebantur, eadem sententia percussii esse videbantur, ut superius observavi in notis ad epistolam Alexandri. Idem quoque sentit Baronius ad annum Christi 318, cap. 50.

Καὶ Ἑλλατῖκου. Erat hic episcopus Tripoleos, ut mox testatur Theodoretus. Qui postea jussu imperatoris Constantini, fraude atque insidiis Arianorum pulsus est episcopatu, suffrecto in ejus locum Theodosio quodam, ut scribit Athanasius in epistola ad solitarios haud procul ab initio.

Τὸν τὸν Ἰὼν Λεγότων. Prior articulus deest in codice Allatii et apud Epiphanium ac Nicephorum: quos in editione sua sequitur Jacobus Sirmundus, nec e, meo quidem judicio. Sequitur enim οὐ μὲν, etc., ubi solcicismum notabunt studiosi. Dicendum enim erat τῶν μὲν.

Παρακαλιῶσιν. In manuscripto codice Henrici Savillii et in editione Basiliensi scriptum inveni ἐπακαλιῶσιν, quomodo etiam legitur in Epiphanio ac Nicephoro.

Φιλογόριον. Is est de quo Theodoretus supra locutus est in cap. 3 hujus libri. Huic egregium orthodoxæ fidei testimonium perhibet Athanasius in oratione prima contra Arianos: Philogenes vocatur a Nicephoro patriarcha in *Chronographia*.

In caput VI.

PAG. 22. Ἡ ὕπερ ἀληθοῦς λόγος. In codice Leonis Allatii et apud Nicephorum legitur σπουδὴ ὕπερ τοῦ ἀληθοῦς, etc. Paulo post ubi legitur οὕτε δύο ἀγέννητα ἀκηράμεν, codex Allatii addit adverbium πῶποτε, quam scripturam confirmat Epiphanius Scholasticus.

Ἀλλ' ἀπὸ τῆς Γραφῆς. Codex Allatii et Nicephorus una voce auctiores sunt, hoc modo, τῆς ἀγίας Γραφῆς. Quam quidem scripturam agnoscit etiam Epiphanius Scholasticus.

Καὶ γεννητὸν τῇ οὐσίᾳ. Mallem scribere καὶ γεννητὸν per simplex v. Hoc enim magis convenit dogmati Arianorum qui Filium Dei factum et creatum esse dicebant. Certe ita legitur apud Nicephorum, tametsi interpres Nicephori verterit *genitum*, quasi legisset γεννητὸν.

In caput VII.

PAG. 23. Οἶκον μέγιστον ἐν τοῖς βασιλείοις. Sumpsit hæc Theodoretus ex Eusebii libro III De vita Constantini, cap. 10, ad quem locum vide si placet quæ a notavi. Neque enim hic repetere decrevi ea quæ illic satis prolixè adnotata sunt.

Πρώτος ὁ μέγας Εὐσεβῆσιος. Prima vox deest in codice Leonis Allatii, nec videtur admodum esse necessaria. Vide quæ notavi ad cap. 11, lib. III, De vita imp. Constantini.

Φιλογόριος γάρ. Notandum est quod ait Theodoretus, Eustathium in episcopatu urbis Antiochæ proximum successorem fuisse Philogonii. Hieronymus tamen in *Chronico* inter Philogonium et Eustathium, Paulinum quemdam interjicit. De quo videt, si placet, quæ observavi ad lib. IV Sozomeni, ubi agit de Sardiceensi concilio. Cum Hieronymo consentit Nicephorus patriarcha in *Indiculo* episcoporum Antiochiæ, ubi post Philogenem, Paulum nominat, ac deinde Eustathium.

Ἡμεῖς γὰρ. Post hanc vocem in Allatiano codice hæc adduntur, μετὰ τοῦτον δὲ πάλιν Εὐσεβῆσιος ὁ ἐκκλησίαν Παμφίλου. Eadem verba in suo codice legit Epiphanius Scholasticus, ut ex versione ejus apparet in lib. II Historiæ tripartitæ, cap. 5. Vide quæ notavi ad lib. III Eusebii De vita Constantini, caput 11. Mox ubi legitur πανσαμῆνων δὲ τούτων, idem codex Allatii habet πανσαμῆνων δὲ τούτων, perinde ac Epiphanius legit.

PAG. 26. Θεωρῶν ὁ Μαρμαρίτης. Magis placet Μαρμαρίτης, ut legitur in codice Leonis Allatii. Primo quia hic Theonas a cunctis scriptoribus vocatur episcopus Marmaricæ. Deinde quia Μαρμαρίτης dici non potest incola regionis Marmaricæ: Μαρμαρικῆς potius dici deberet. Certe Epiphanius Scholasticus Theonam hunc Marmaricenum vocat. Videtur autem Marmarica regio, quæ et Libya proprie dicebatur, unum tantum episcopum habuisse, eo quod vici duntaxat et portus in eo tractu essent, quemadmodum ex Ptolemæo colligitur.

Πίστεις διδασκαλίαι. Intelligit formam fidei quam Eusebius Cæsariensis primum synodo proposuerat, ut ipse scribit in epistola ad Cæsarienses quam referunt Socrates ac Theodoretus. Idque confirmat Eustathius Antiochenus in oratione quam scripsit in eum locum Proverbiorum: *Dominus creavit me*, etc. Cujus verba referuntur a Theodoro in sequenti capite.

In caput VIII.

Βαθιῶμαι δὲ ἐνεῦθεν. Ab iis verbis incipit locus Eustathii ex homilia in illud, *Dominus creavit me*, etc. Itaque ab iisdem verbis inchoandam est caput 8.

Τὸ γράμμα τῆς Εὐσεβίου βλασφημίας. Christophorus, eumque secutus Sirmundus, hunc locum ita verterunt: *Eusebii blasphemias ex ejus litteris perspicue deprehensa est*. Joachimus autem Camerarius ita interpretatus est: *Libellus proferebatur Eusebiana blasphemiae*. Quæ quidem interpretatio superiori illi longe anteposenda est. Nam et verbis Eustathii melius respondet, et ipsius Theodoretii auctoritate firmatur. Scribit enim Theodoretus in superiori capite, Arianae factionis episcopus formulam fidei a se compositam obtulisse concilio, quæ ab omnibus non consensu repudiata est. Ad quem locum observavi, formulam illam intelligi, quam Eusebius Pamphili in epistola ad Cæsarienses proposuisse se dicit. Hæc est igitur quam Eustathius hoc loco vocat γράμμα Εὐσεβίου. Nam γράμμα et γραφή pro formula fidei sæpissime sumitur, ut in libro IV Sozomeni legere memini. Sic Eustathius paulo post συμπόνοις γράμμασιν dicit, de formula Nicænae fidei loquens. Porro Eusebium hoc loco Cæsariensem intelligit, non autem Nicomediensem, ut colligo ex Socrate. Hic enim in libro primo *Historiæ ecclesiasticæ*, cap. 23, ait Eustathium Antiochenum in suis libris graviter perstrinxisse Eusebium Pamphilum, utpote qui fidem in concilio Nicæno stabilitam depravaret.

PAG. 27. Ἐξοστρακισθεῖς. Interpretes hoc verbum de exilio acceperunt, eujus metu Arianae factionis episcopi, Arii blasphemiam anathematizarint, et fidei Nicænae subscripserint. Potest tamen hoc verbum simpliciter intelligi de excommunicatione, quemadmodum sumpsisse videtur Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit: *Ariani autem ne-*

tuentes ne congregato in idem tanto concilio pellerentur. Construxit igitur Eustathii verba in hunc modum, ἐξοστρακισθεῖεν τῆς συνόδου, quod certe non displicet. Reliqui tamen interpretes verba illa τῆς συνόδου συγκεκροτημένης ita acceperunt, quasi in ablativo absoluto posita essent.

Τῶν δὲ προσδριῶν κρατήσαντες. Pessime hunc locum verterunt Christophorsonus ac Sirmundus hoc modo: Verum ubi episcopatus huc illucque circumcursando adepti sunt. Longe rectius Langus et Camerarius. Nam Camerarius quidem ita vertit: Et præsentia quidem sua loca, plurimos assidue summa prehensantes, retinere; Langus vero adhuc clarius interpretatus est hoc modo: Et episcopatus suis per ambitionem et circumcursionem maximam retentis, etc., optime. Etenim Eusebius Nicomediensis episcopus et reliqui Arianæ factionis antistites, cum formulam fidei suæ in synodo Nicæna explosam vidissent, seque tanquam Arianæ blasphemix fautores deprehensos esse, veriti ne upote hæretici episcopatus suis exuerentur, Constantinum principem obsecrarunt, operam ejus ac suffragium implorantes ne gradu suo dejicerentur. Testatur hoc Constantinus ipse in epistola ad Nicomedienses, quam paulo infra retulit Theodoretus. Non potest asferri illustrior locus ad expositionem verborum Eustathii. Idem enim dicunt Eustathius et Constantinus.

PAG. 28. Ἀληθινοῦ λόγου τοῦ Πατρὸς. Magis placet lectio quam reperi in codice Leonis Allatii ἀληθινοῦ γένου. Nam ex eo quod Filius Verbum est Patris, non sequitur ipsum esse ex Patris substantia. Ex eo vero quod sctus est Patris, conficitur ex Patris substantia ortum esse.

Τῶς δοκοῦντας ἀλλοῦς Ἀρειανούς. Postrema vox deest in codice Leonis Allatii et in editione Basiliensi, nec habetur apud Nicephorum, nec in vulgatis editionibus Athanasii. Epiphanius tamen Scholasticus eam agnoscit.

Ἐξῆλθε γὰρ, φησὶ, πᾶσα ἡ δόξα. In codice Leonis Allatii scriptum est, καὶ ἐξῆλθε πᾶσα ἡ δόξα. Atque ita legitur apud Nicephorum. In editione autem Basiliensi legitur, καὶ ἐξῆλθε μὲν πᾶσα, quomodo etiam præferunt vulgatæ editiones Athanasii. Ita quoque legit Epiphanius Scholasticus ut ex versione ejus apparet.

Ἄντ' ἀπέτωρ ἡμῶν ὁ Θεὸς Ἰακώβ. Hæc verba desunt in codice Leonis Allatii et apud Epiphanium Scholasticum. Habentur tamen in reliquis exemplaribus.

Γενόμενος γὰρ ἀληθινός, ἀληθινός ἐστιν. Delenda est vox ἀληθινός quæ priore loco posita est. Certe nec in codice Allatii, nec in editione Basiliensi habetur. In vulgatis quoque editionibus Athanasii ac Nicephori non legitur. Proinde miror Jacobum Sirmundum eam in editione sua retinuisse.

PAG. 29. Ἐννοουμένων λέξων. Pessime hunc locum verterunt Christophorsonus et Sirmundus, qui dictiones pie excogitatas interpretantur. Atqui Nicæni Patres nullas voces excogitarunt, sed usi sunt vocibus quæ aut in sacra Scriptura legebantur, aut ab antiquis doctoribus fuerant usurpatæ. Verum si manuscriptos codices consulissent, veram hujus loci scripturam deprehendissent. Certe in codice Allatii et in editione Basiliensi legitur, νοουμένων. Ita quoque legitur in vulgatis editionibus Athanasii ac Nicephori. Sed et Epiphanius Scholasticus ita legerat. Sic enim vertit: Propterea ex non scriptis sermonibus, pie tamen intellectis damnati sumus. Intelligit autem Athanasius vocem νοουμένων quæ in sacris quidem Scripturis non exstat, ab antiquis tamen scriptoribus fuerat usurpata, ut docet Eusebius in epistola ad Cæsarienses.

Πρὸ ἐτῶν ἑγγύς σου διατόν. Intelligit Dionysium episcopum urbis Romæ, et alterum Dionysium episcopum Alexandriæ; qui in libris suis damnantur eos qui Filium Dei opus et creaturam esse

dicerent, ut testatur Athanasius in libro De sententia Dionysii contra Arianos. Porro ab exordio episcopatus Dionysii Romani usque ad pontificatum Damasi, quo tempore Athanasius epistolam istam ad Afros scripsit, anni sunt centum et quod excurrit. Nam Dionysius sedere cœpit anno Christi 261. Epistola autem ad Afros scripta est anno Christi 369 aut paulo ante, ut censet Baronius. Itaque hæc loco scribendum puto ἐκατὸν τριῶν pro τριάκοντα.

Ὁ ἡγεμόντος. In codice Leonis Allatii et in vulgatis editionibus Athanasii et Nicephori deest articulus postpositivus. Quam lectionem si admiserimus, expugendum erit ἡσαν quod præcedit. Certe verbum istud non habetur apud Athanasium et Nicephorum; nec Epiphanius Scholasticus illud agnoscit, ut ex ejus interpretatione colligitur.

Ἐργασίη καὶ τοῖς ἰδοῖς. Magis placet scriptura codicis Allatiani, in quo ita legitur hic locus, ἔργασίη δὲ καὶ τοῖς ἰδοῖς. Certe Epiphanius Scholasticus in suo codice ita scriptum invenerat. Sic enim vertit: Scripsit autem et civibus suis, etc.

In caput IX.

Ζάλης ἐνεπίπλα. In optima editione Basiliensi scriptum invenio ἐνεπίπλα, rectius, ni fallor.

Μετὰ τὰς Ἀλεξανδρῶν προσδριῶν. Rectius in ms. codice Henrici Savillii legitur Ἀλεξάνδρου. Atque ita scriptum exhibet editio Basiliensis.

PAG. 31. Μῆτε χειροθεταῖν. In codice Saviliano et in editione Basiliensi legitur χειροτονεῖν, ita quoque scribitur apud Gelasium Cyzicenum, qui tamen alteram quoque scripturam retinuit, sed et Epiphanius Scholasticus legisse videtur χειροθετεῖν: sic enim vertit: Nullam vero omnimodis habere potestatem, neque eligendi, neque ordinandi.

Μυστικώτερα χειροτονία. In adnotationibus meis ad librum primum Socratis, cap. 9, hunc locum exposui de ordinatione episcopali. Exstitit postea vir doctus, qui in notis ad vitam B. Athanasii quam Gallico sermone scripsit, observavit χειροτονίαν hoc loco non pro ordinatione, sed pro simplici benedictione accipiendam esse. Ait enim tam Orientalem, quam Occidentalem Ecclesiam reordinationes nunquam probasse: idque pluribus testimoniis allatis astruere conatur. Memini quoque ab erudito quodam theologo id mihi quondam suggestum fuisse. Verum hæc eorum expositionem multis de causis probare non possum. Primum qui χειροτονία nil aliud significat quam ordinationem. Deinde μυστικώτερα, satis ostendit ordinationis sacramentum hic intelligi. Neque enim simplex benedictio recte mystica diceretur. Comparant quippe sancti Patres ordinationem episcoporum quæ facta erat a Meletio, cum ordinatione legitima quam fieri jubent ab Alexandro. Et hæc longe sacratiorem esse dicunt ordinatione illa quæ præsumpta fuerat a Meletio. Postremo falsum est quod asserunt viri doctissimi, Ecclesiam illis temporibus non probasse reordinationes episcoporum ac presbyterorum. Certe Marcellinus presbyter in libello precum quem obtulit Theodosio imperatori, diserte testatur Theodorum catholicum episcopum urbis Oxyrinchi reordinasse presbyteros partis Meletii. Sic enim scribit pag. 83: Sane hinc vult se catholicum videri, quod et ipse quosdam nunc presbyteros seu diaconos Apollonii facit suavis quodam laicos, et eos iterum ordinat, ut rideatur turpissimè istius ordinationis vicem referre quam passus est. Theodorus igitur catholicus cum Meletianos presbyteros iterum ordinavit, in eo secutus videtur decretum synodi Nicænx. Adde quod Nicæni Patres in canone sexto diserte definiunt, eos qui citra consensum Metropolitanum ordinati fuerint episcopi, episcopos habendos non esse. Cum igitur episcopi partis Meletii absque consensu Alexandri qui metropolitanus erat totius Ægypti, ordinati fuissent,

necesse fuit Patribus Nicænis ut eos denuo ordinari ab Alexandro decernerent, si quidem ipsos episcopatum suum retinere cupiebant.

Τοῖς μετὰ τῶν Ἰουδαίων. Tres postremas voces delevimus, quas Genevenses typographi ex Socratis Historia temere supplerant. Desunt enim in nostris codicibus tam mss. quam editis.

PAG. 32. *Φρεοβλεπεῖς συμβάλουσιν.* In manuscripto codice Savillii, et in editione Basiliensi scriptum inveni *συμβάλοντα*, ut referatur ad συστήματα. Vulgata tamen lectio ferri potest, si referatur ad vocem ἐπιτηδεύμασι.

In caput X.

Πέφυκε χάρις. In codice Allatii exaratum est *πέφυκεν ἡ χάρις*. Statimque legitur *τούτον τε πρὸ πάντων*, etc. Quomodo etiam legitur in editione Basiliensi. Apud Eusebium vero in lib. III *De vita Constantini*, cap. 13. *τούτον πρὸ γε πάντων*.

Ἐκδοσὺν τε τῶν προσηκότων. Particula *τε* deest in codice Leonis Allatii, et apud Eusebium et Nicephorum: non videtur admodum necessaria.

PAG. 33. *Πάντων ἐφόρων Θεῶν.* In codice Leonis Allatii scribitur una voce *παντεφόρων*. Paulo post, ubi legitur *καὶ φανερῶ λόγῳ*, in manuscripto codice Savillii et in editione Basiliensi scriptum inveni *λογισμῶν*.

Ἦν ἐν καιρῷ τῆς. Hunc locum correxi ex codice Leonis Allatii, in quo ita legitur *ἦν ἐκ πρώτης τοῦ πάθους ἡμέρας*, etc. quemadmodum etiam legitur in Socrate atque Nicephoro.

Καὶ πρόπων καὶ νόμιμος. In editione Basiliensi legitur *καὶ νόμιμος καὶ πρόπων*, rectius procul dubio. Sic enim habent Eusebius et Socrates. Nicephorus vero hunc locum interpolavit.

Οὐκ ἦμεν ἱκανοί. In manuscripto codice Henrici Savillii legitur *οὐκ εἴμεν*, quomodo etiam legitur apud Eusebium.

PAG. 34. *Ἐν μηδενὸς ὁμοιώματι.* Sic etiam legitur in editione Basiliensi. Codex tamen Allatii scriptum habet *ὁμοίωσιν*. Quam scripturam confirmant Eusebius, Socrates ac Nicephorus. Mox post verbum *κοινωνεῖν* addidi *δοκεῖν* ex codice Leonis Allatii et ex editione Basiliensi, quibus suffragatur Eusebius. In Socrate tamen ac Nicephoro duæ voces adduntur hoc modo, *κοινωνεῖν ἢ δοκεῖν*, quod eandem vim habet.

Τὸ κεφαλαϊωδέστατον. In codice Leonis Allatii et apud Eusebium in libro III *De vita Constantini* legitur *κεφαλαϊωδέστερον*.

Ἐν ἧ οὐδὲ μία ἐστίν. In codice Allatii et apud Socratem, legitur *οὐδὲ μία ἐστίν*, etc.

In caput XI.

PAG. 35. *Πρὸς τοὺς τῶν ἐθνῶν προστατεύοντας.* Præfectos prætorio intelligit, quæ multas simul provincias administrabant. Hi enim curam gerebant annonæ, tam civiæ, quam militaris ac palatine: quippe qui per officiales suos tributa exigent, quæ in speciebus solvebantur: non autem in auro atque argento, uti discimus ex Codice Theodosiano. Hæc idcirco annotavi, ne quis provinciarum præsides hic intelligeret.

Ὀλίγην ἐπολιε τότε τὴν εἰσφορὰν. Male Camerarius eumque secutus Sirmundus hunc locum verterunt hoc modo: *Quod tunc fame grassante, vectigalia essent imminuta.* Nam Theodoretus hoc loco loquitur de annonâ quam Constantinus imperator Ecclesiis donavit. Hæc autem non pertinet ad vectigalia, sed ad tributariam functionem, ut videre est in titulo Codicis Theodosiani de annonâ et tributis. *Εἰσφορὰ* idem est quod tributaria functio atque illatio. Vectigalia vero proprie sunt portoria, et quæ a Græcis dicuntur *τέλη*.

PAG. 36. *Πρόβασις ἐντέθειν λαθόντες.* In manuscripto codice Henrici Savillii legitur *λαμβάνοντες*, quod magis placet. Porro huic narrationi Theodoretî, similis est illa quam habet Rufinus in lib. X

Historiæ ecclesiasticæ, cap. 2. Differt tamen in eo quod Rufinus quidem ait episcopos variis de causis inter se jurgantes, libellos criminationum adversus collegas Constantino obtulisse. Theodoretus vero libellos illos porrectos fuisse dicit a laicis, qui episcopos variis de causis accusabant. Deinde elogium Constantini libellos sibi oblatos comburentis, diversum est in Rufino ac Theodoretis.

Καταλαβεῖν ἕκαστον. Hic quoque *καταλαβεῖν* scriptum habent codex Savillii et Basiliensis editio.

In caput XII.

Τὸν περὶ τῶν πραττομένων ἀκριβῆ λόγον. In manuscripto codice Henrici Savillii et in editione Basiliensi legitur *πεπραγμένων*.

PAG. 38. *Ὅπως εἴρηται αὐτῆς.* Apud Socratem in lib. I *Historiæ ecclesiasticæ*, cap. 8, legitur *εἴρηται αὐτοῖς*, etc., quod magis probò. Paulo post, ubi legitur *ἔβασανίζετο ὁ λόγος*, corrigendum est et Socrate *ἔβασανίζε τε ὁ λόγος*.

PAG. 39. *Καὶ αὐτοὶ συντεθέμεθα.* In manuscripto codice Savillii et in editione Basiliensi legitur *συντεθέμεθα*: et paulo post *παρατιτούμεθα*, idem codex Savillii scriptum habet *παρατιτούμενοι*, ut legitur apud Socratem.

Ἐξεταζόμενος ὁ λόγος συνίστησιν. Codex Henrici Savillii et Basiliensis editio scriptum habent *συνίστη*, quod magis placet. Respondet enim verbo quod supra positum est *συντεθέμεθα*.

Πρὸς τὰ γεννητὰ κτισματα. Malim scribere *γεννητὰ* per simplex *ν*, quemadmodum legisse videtur Epiphanius scholasticus. Sic enim vertit hæc Eusebii verba, *eo quod nullam æqualitatem ad creaturas factas Dei Filius habeat*, etc.

Μόνῳ δὲ τῷ Πατρὶ. In editione Basiliensi legitur *μόνον δὲ τῷ Πατρὶ*, etc., quod non displicet. Certe ita legitur apud Nicephorum in lib. VII, cap. 22.

PAG. 40. *Πρὶν ἐνεργεῖν γεννηθῆναι.* In his Constantini sive Eusebii verbis error est manifestus. Neque enim verbum fuit in Patre potentia, prius quam actu gigneretur ex Patre. Primum enim actus et potentia non distinguuntur in Deo. Deinde ex eo sequeretur Verbum non fuisse ab æternis. Nam et reliquæ creaturæ antequam actu crearentur, potentia erant in Deo. Nec tamen idcirco eternæ esse dicuntur. Porro observandum est totam hanc pericopen non haberi apud Socratem, nec in Epiphanio scholastico. Certe Socrates consilio eam prætermisisse mihi videtur, eo quod hæreticum sensum contineret.

Ἄετ τε καὶ κατὰ τὰ ἀδρά. In Nicephoro deest particula *καὶ*, recte, meo quidem iudicio.

Φανερὰ καθιστάντες. In editione Basiliensi scribitur *καθιστάντες*, quemadmodum legitur etiam apud Socratem.

Ἐμφανῆ σύμπραξιν εἶχειν ἔδοξε τοῖς. Hic locus longe aliter legitur apud Socratem, hoc scilicet modo: *ἐφάνη συντρέχειν τοῖς*, etc., quod ut brevius, ita videtur et rectius.

In caput XIII.

Λέγει δὲ οὐδῶς. Locus Eusebii quem hic avertit Theodoretus, exstat in lib. III *De vita Constantini*, cap. 13. Porro Theodoretus in hoc capite emendat errorem Socratis atque Sozomeni: modeste tamen, suppresso utriusque nomine. Socrates enim ac Sozomenus scribunt, quinque aut sex episcopos formulæ fidei in synodo Nicæna conscriptæ noluisse subscribere; et ob eam causam damnatos fuisse. Contra Theodoretus ait omnes episcopos qui Nicæam conveniant, in eandem fidem consensisse, exceptis duobus, Secundo scilicet ac Theona. Idque demonstrat primum ex Eusebio in epistola ad Cæsarienses: deinde ex eodem Eusebio in lib. III *De vita Constantini*.

PAG. 41. *Γλυκερός τις ἦν*. Ita etiam legitur apud Eusebium. In ms. tamen codice Henrici Savillii et in editione Basiliensi scribitur γλυκερός δὲ τις ἦν. Mox pro ἐλαύνων, iidem codices habent ἕλαυνεν.

In caput XIV.

PAG. 42. *Πλειστον οὗτος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ*. Mortem Arii non recte hoc loco refert Theodoretus. Diu siquidem post Nicænam synodum ea mors contigit. Sed neque verum est quod hic ait Theodoretus. Arium post synodum Nicænam diutissime moratum esse Alexandriae. Quomodo enim diu illic morari voluit post concilium Nicænum, cum vix dum finito concilio missus sit in exilium ab imperatore Constantino, nec posteaquam ab exilio revocatus est. Athanasius eum nunquam in Ecclesiam recipere voluerit, ut ipse docet in Apologetico secundo adversus Arianos. Scio quidem Rufinum in cap. 12 lib. x *Historie*, et Socratem atque Sozomenum scribere, Arium post exsilium Alexandriam rediisse. Sed cum Athanasius id nupiam dicat, imo vero aperte affirmet se Eusebii Nicomediensis et imperatoris Constantini litteris id minaciter præcipientibus, constantissime restitisse, Athanasii testimonio malim credere.

Ἐν τοῖς πρὸς Ἀζύρα. Hæc epistola Athanasii in vulgatis editionibus inscribitur πρὸς Σεραπίωνα.

PAG. 44. *Μαθὴν διδασκαλλῶν*. In manuscriptis codicibus Allatii et Savillii legitur μεταμαθῶν, quod magis placet. Utitur ea voce non semel Theodoretus.

In caput XV.

Τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ. In codice Leonis Allatii et apud Nicephorum in libro viii, cap. 27, pro Χριστοῦ legitur Θεοῦ, quod magis probro. Apud Eusebium vero in lib. ii *De vita Constantini* neutra vox habetur.

Ἐλάττορα τῆς ἀέλιας. Basiliensis editio habet ἑλάττων adverbialiter, quod mihi non displicet. Paulo post, pro ἐκδιωχθέντος, in mss. codicibus Savillii et Allatii et in editione Basiliensi, necnon apud Nicephorum scribitur διωχθέντος.

In caput XVI.

PAG. 46. *Ἐκπεπορθηται*. Rectius in manuscripto codice Henrici Savillii scriptum est ἐκπεφορηθῆναι. Codex autem Allatii habet ἐκφορηθῆναι, quemadmodum edidit Jacobus Sirmundus.

In caput XVII.

PAG. 47. *Αὐτοῖς συνόψεως γενομένης*. In manuscripto codice Leonis Allatii scriptum est αὐτῶς, rectius procul dubio. Apud Eusebium vero in lib. iii *De vita Constantini*, et in Nicephori lib. viii, cap. 28, legitur αὐτῆς συνόψεως, etc., quæ Joannes Langus ita vertit: *Quæ præstantissima et commodissima, operis ipsius forma summam perspectæ existimaveris esse, fac ad nos scribas*. Vide quæ notavi ad lib. iii Eusebii *De vita Constantini*. Neque enim necesse est hic repetere ea quæ illic adnotata sunt.

In caput XIX.

PAG. 49. *Τὰς τῆς πίστεως ὁμολογίας συνέθεντο*. Longe rectius in manuscripto codice Savillii et in editione Basiliensi scribitur hic locus hoc modo: *τῆ τῆς πίστεως ὁμολογία συνέθεντο ταῖς χερσὶ*. Quæ Joachimus Camerarius ita vertit: *Ea enim de causa manus suas non subtraxere concordia fidei, quo induti ovium pelles, ut lupi grassari possent*. At Sirmundus vulgatam lectionem secutus ita vertit: *Quippe qui propterea fidei confessiones manibus suis obsignarant*, etc. Quæ interpretatio nullatenus ferri potest. Neque enim obsignare idem est quod subscribere. Hoc igitur sibi vult Theo-

doretus, Arianos illos non bona fide neque ex animo consensisse fidei Nicænae: et manuum quidem subscriptione eam approbasse; revera tamen aversatos esse. Idcirco enim ei subscripserant, ut hoc prætextu simpliciores postea deciperent. Porro emendationem nostram confirmat Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit: *Hujus enim causa in confessione fidei etiam manibus consenserunt*, etc.

Θεῶς ἑκείνος Ἀλέξανδρος. Alexandri episcopi Constantinopolitani obitum Socrates et Sozomenus in tempora imp. Constantii contulerunt. Verum Philostorgius, perinde ac Theodoretus noster, mortem Alexandri refert principatu Constantii Magni. De quo vide quæ notavi in lib. ii *Observationum ecclesiasticarum* ad Socratem et Sozomenum. Et hæc quidem in parte reprehendus non est Theodoretus, quippe qui alios habeat suffragatores. Sed quod subjicit, Eusebium Nicomediensem post obitum Alexandri statim in Constantinopolitanam sedem invasisse, id excusari non potest. Alexandro enim successit Paulus, quo per fraudem Eusebii pulso, episcopatum ejus invasit Eusebius, ut docet Athanasius auctor certissimus.

Δεύτερον διὰ γραμμάτων πεπορθησεν. Vox δεύτερον quid hic significet, non videtur. Binas enim litteras a Constantino ad Nicomedienses scriptas esse adversus Eusebium nupiam legitur. Itaque Jacobus Sirmundus hanc vocem in editione sua expunxit. Quod quidem ejus consilium laudare non possum. Licet enim interpreti verbum aliquod in versione sua prætermittere, quod sensum conturbat. In ipso autem textu auctoris, nihil immutandum aut delendum est, absque auctoritate veterum exemplarium; nam si hæc licentia semel concedatur, nullam editionem veterum scripturarum puram ac sinceram habituri sumus. Pro Sirmundo tamen facit Epiphanius Scholasticus, qui hanc vocem in versione sua perinde omittit. Ego vero libentius pro δεύτερον scripserim ὑστερον.

Τὸ τέλος τῆς ἐπιστολῆς. Scio multos fore, qui cum finem hujus epistolæ Constantini legerint, priorem ejus partem quæ a Theodoro prætermissa est, desiderent. Est enim hoc egregium antiquitatis monumentum, ex quo multa discere possumus, quæ absque hac epistola procul dubio ignoraremus. Monendus itaque est lector, hanc Constantini epistolam integram haberi in *Annalibus* Baronii ad annum Christi 329, sed non suo loco. Scripta est enim hæc epistola antequam Eusebius ac Theognius in exilium mitterentur Misi sunt autem in exilium tribus jam mensibus elapsis a synodo Nicæna, ut in lib. i sub finem, tradit Philostorgius, id est anno Christi 325, mense septembri. At Baronius hanc epistolam scriptam esse existimat anno Christi 329, et anno sequente Eusebium ac Theognium ab exilio revocatos. Verum id jam abunde refutavimus in adnotationibus ad lib. i *Historiæ* Socratis, ubi ostendimus Eusebium anno Christi 328 revocatum esse a Constantino, et anno Christi 329 concilium episcoporum Antiochiæ congregasse adversus Eustathium Antiochenum. Est et alius error Baronii non omittendus. Reprehendit enim Theodoretum, quod hanc epistolam a Constantino scriptam esse crediderit, postquam Eusebius Nicomediensis, mortuo Alexandro, Constantinopolitanam sedem occupasset. Atqui Theodoretus non id dicit: sed tantum ait Eusebium jam pridem relicta Beryto cujus erat episcopum, ad Nicomediensem Ecclesiam transiisse, et ex ista Nicomediensium sede postea dejectum esse, ut testatur Constantinus in epistola ad Nicomedienses.

In caput XX.

Ὅ ταῦτα διδάξας. Quæret hic aliquis quæ sint ista mala dogmata quæ Nicomedienses docuerat Eusebius. Id vero discimus ex priorè parte epistolæ Constantini, quam hic apponam, sicut edita est a

Baronio: Quid igitur intelligitis, dilecti fratres, nam vos ipsos accuso. Christiani sumus, et medio in affectu dissentimus. Hæcine est nostra fides? Hæc sanctissimæ legis doctrina? Sed quæ causa est propter quam præsentis mali exitium suscitatum est? O flagitium! o odium supra modum, omnis indignationis magnitudinem superans! Quæ istius atrocitatis atrocitas exsistit, quæ Filium Dei abnegat ex individua Patris substantia processisse, Nonne ubique est Deus, cum certe istum semper nobis adesse sentimus? Nonne per ejus virtutem omnium decoratio constat? Cum certe separatione, dissipatione careat. Num igitur vobis aliquid actum est? O dilecti fratres, considerate modo, depracor, tormenta præsentis doloris. Confessores vos esse istius promittebatis, quem esse denegatis; in hoc vobis persuadente doctore in omnibus perditio. Sequuntur deinde ea quæ Theodoretus retulit. Ex his autem quæ adduxi, manifeste apparet Constantinum obijcere Eusebio Nicomediensi, quod adversus Nicænzæ fidei decreta palam in Ecclesia docuerit, Filium Dei non esse ex Patris substantia, nec consubstantialem Patri. Quod si quis Græca verba prioris partis hujus epistolæ Constantini legere desiderat, habentur apud Gelasium Cyzicenum in fine lib. III.

Συμμύσθης. Epiphanius vertit excultorem, quod non probe. Jacobus Sirmundus consortem interpretatur, Christophorsonus vero administrum. Joachimus autem Camerarius sic transtulit: Nimirum Eusebius crudelitate tyrannica initiatus. Ego conscium malum interpretatur, συμμύσθης proprie est iisdem sacris initiatus, quem Latini vocant consecranum.

Οτι γάρ τῶν ἄλλων παραχού του τυράννου. Duæ postremæ voces desunt in editione Basiliensi et in manuscripto codice Henrici Savillii. Quas tamen necessarias esse nemo non videt. Certe Gelasius Cyzicenus et Epiphanius Scholasticus, et vetus Interpres apud Baronium eas agnoscit. Velendæ potius sunt duæ voces quæ præcedunt τῶν ἄλλων, quæ sensum turbant, nec habentur in codice Leonis Allatii, nec apud Gelasium Cyzicenum, nec in versione Epiphanii Scholastici. Cæterum valde probe, quod Epiphanius et vetus ille Interpres a Baronio relatus, πρόσφυγα verterunt clientem. Camerarius transfugam vertit pessime omnino, deceptus scilicet prava lectione codicis Basiliensis.

Ἐπραγματεύσατο συνδρομαί. Vetus Interpres hunc locum ita vertit: Nihil enim de factis in me injuriis modo dicam, per quas cum maxime adversarum partium festinaverunt concursiones. Epiphanius autem Scholasticus sic interpretatur: Per quas quando maxime adversarum partium insidiaz discurrebant, iste etiam oculos contra me habebat intentos. Ex his apparet utrumque hoc loco legisse ὅτι μάλιστα, non ὅτι ut vulgo legitur. Ita quoque legit Joachimus Camerarius, ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit: Nam de illius erga me contumeliis nunc non loquar. Quibus cum servirent maxime adversariorum concursiones, ipse oculos speculatores adversum me intendebat. Nec dubito quin hæc verissima sit scriptura hujus loci. Sic enim sequentia cum antecedentibus egregie conveniunt. Sirmundus tamen et Christophorsonus vulgatam scripturam seculus ita vertit: Nihil enim de illatis in me injuriis nunc dicam, per quas maxime adversarum partium concursus procurabantur. Atqui πραγματεύσθαι passivam non habet significationem.

Ὁρθολογός καθυπόδρανος. Presbyteros æe diaconos Eusebii intelligit, quos sub initium belli inter Constantinum et Licinium Eusebius ad Constantinum miserat, ut, sub legationis prætextu, Constantini consilia et apparatus bellicum explorarent, ut paulo post indicat Constantinus in hac epistola. Erat enim Eusebius sub ditione Licinii. Nec vero arguit eum Constantinus quod Licinii partibus adhaerent. Nam cum esset sub ditione Licinii, ut jam

dixi, imperatori suo favere omnino debuit. Sed reprehendit, quod speculatores contra ipsam submisisset, ac propemodum militarem operam navasset Licinio. Quæ prorsus indigna sunt sacerdote.

Ὁ καὶ πάλιν ἐχρήθη. In editione Basiliensi legitur ὅπερ καὶ πάλιν. Sed longe rectius in codice Leonis Allatii et apud Gelasium Cyzicenum scriptum est καὶ πάλαι ἐχρήθη, etc., absque articulo, qui elegantius omittitur quam repetitur. Atque ita legit vetus Interpres hujus epistolæ apud Baronium; sic enim vertit: Et jam pridem oportebat a vestro pendere iudicio.

Ἀσιρῶς τῶν τότα. In codice Leonis Allatii et apud Gelasium Cyzicenum scriptum est ἀσιρῶς. Sane deesse hoc loco vocabulum quod huic adjectivo respondeat, indicat interpretatio iam Epiphanii Scholastici, tum Interpretis inominati. Nam Epiphanius quidem ita vertit: Nisi prædictus Eusebius pessima consciorum suorum tuitione huc venisset. Inominatus autem Interpretes transtulit: Nisi prædictus Eusebius cum turbulenta magnitudine eorum qui eum sequerentur, huc pervenisset; et ordinis rectitudinem impudenter conturbasset. Quibus verbis significat Constantius Eusebium ad episcopatum Nicomediensem pervenisse, non electione clerici ac populi, sicut ordo Ecclesiæ postulat, sed per vim ac potentiam eorum qui Eusebio lavebant. Hortatur igitur Nicomedienses, ut jus suum recuperent, et exturbato Eusebio impietatis doctore, alium eligant orthodoxum episcopum.

Συρρεπεράξει. Corrupta vox: pro quo substituendum videtur συρρεταράξει. Atque ita plane legitur apud Gelasium Cyzicenum.

Μέμνηται ἡ ἡμετέρα ἀρεξικαλία. Supra notavi, epistolam hanc ad Nicomedienses a Constantino scriptam esse, nondum tribus mensibus elapsis a synodo Nicæna. Verum hic locus sententiam nostram videtur refellere. Etenim Constantinus imp. Nicomedienses alloquens, in memoriam eis revocat synodum Nicænam, cui et ipse interfuerit. Id vero dici non potest de re adeo recenti, et ante tres menses gesta. Quare necesse est ut hæc epistola a Constantino scripta sit, anno ut minimum elapso post concilium Nicænum. Atque ita falsus fuerit Philostorgius, qui Eusebium in exilium pulsam esse dicit post tres menses quam synodus Nicæna celebrata fuerat.

PAG. 51. *Ἀλεξανδρεῖας τινός.* Baronius quidem hos Melitianos fuisse existimat, quos Constantinus post synodum Nicænam, cum tumultus Alexandriz excitarent, Byzantium ad se evocaverat. Ego vero Arianos potius illos fuisse crediderim. Atque id plane testantur episcopi Ægypti in epistola synodica quam ad omnes Ecclesiæ catholicæ episcopos miserunt pro defensione Athanasii. Verba eorum hæc sunt: Οὐδαὶ γὰρ ἀκριβῶς, ὅτι Ἀρριῶν μὲν ἐν Νικουηδαλίᾳ, Χρηστός δὲ ἐν Νιχαλίᾳ καταστάθην ἀντ' αὐτῶν, διὰ τὴν οὐκ εἰσὶν ἀπέθειαν, καὶ τὴν περὶ τοῦς Ἀρειομανίτας κοινωνίαν, τοῦς ὑπὸ τῆς συνόδου τῆς οὐκουμένης ἀποδοκιμασθέντας. Id est: Bene siquidem cognitum habetis, Amphionem Nicomediæ, Chrestum vero Nicææ, in eorum locum ob impietatem et communionem quam cum Ariano a Nicæno concilio reprobatis habuerant, episcopos constitutos esse. Sed et verba quæ sequuntur in hac Constantini epistola, satis indicant id quod dixi, Alexandrinos illos Arianos fuisse, non Melitianos. Sequitur enim τῆς ἡμετέρας πίστεως ἀναχωρησαντας. Quod Arianis quidem optime convenit: de Melitianis vero dici non potest; quippe qui schismatici tantum essent, non autem hæretici; et quæ tempore hæc epistola scripta est, nondum Arianis sese adjunxissent.

Τῆ τῆς συνόδου ἀληθεία. Hunc locum correxi ex mss. codicibus Allatii et Savillii, quibus etiam

consentit Gelasius Cyzicenus et editio Basiliensis, in hunc modum : Οὐδ' ἡ τῆς συνόδου ἀλήθεια πρὸς μετόνοιαν τετηρήθει. Quam emendationem confirmat Epiphanius Scholasticus et anonymus interpres : sic enim vertunt : *Sed isti boni et optimi nimis episcopi, quos semel concilii veritas et poenitentiam reservabat.* Eusebium ac Theognium intelligit, qui cum ante Nicænam synodum et in ipsa synodo patrociniū Arii suscepissent, Patres synodi Nicænz eos una cum Ario damnare primum voluerant. Postea tamen intercedente pro ipsis Constantino, cum Nicænz fidei in speciem subscripsissent, synodus eis pepercerat, ad poenitentiam eos reservans, ut loquitur Constantinus. Porro ἀλήθεια hoc loco sinceritatem fidei significat, ὀρθοδοξίαν : opponiturque fraudi ac simulationi Eusebii et Theognii.

Τούτοις ἔκρινα πρᾶξαι. In edit. Bas. excusum est τούτοις ἔκρινα πρᾶξαι : Optime modo utramque simul vocem retineamus.

Καὶ διαπράξασθαι οὕτως ἀγνοῦς. Jacobus Sirmundus hunc locum in editione sua aliter distinxit, hoc modo : Καὶ διαπράξασθαι οὕτως ἐπισκόπους ἀγνοῦς τε καὶ ὀρθοδόξους καὶ φιλανθρώπους χαίρωμεν. Et locum sic interpretatus est : *Atque ita perficisse sanctos et orthodoxos, hominumque amantes episcopos gaudemus.* Verum hæc interpretatio ferri non potest. Expunxit enim Sirmundus verbum ἔχοντες, contra fidem atque auctoritatem omnium codicum. Sed longe facilius erat locum restituere absque ulla mutatione, hoc modo : Καὶ διαπράξασθαι οὕτως, ὡς ἐπισκόπους ἀγνοῦς τε καὶ ὀρθοδόξους καὶ φιλανθρώπους ἔχοντες χαίρωμεν. Atque ita legit anonymus interpres hujus epistolæ, jam toties a nobis laudatus. Sic enim vertit hunc locum : *Nunc vestrum est, ad Deum fide illa respicere, qua semper et fuisse constat et esse decet : et sic peragere ut episcopus castus et orthodoxos et clementes habentes gaudeamus.*

In caput XXI.

Καὶ ἐγγὺς βασιλέως φοιτῶν. In codice Savillii præpositio additur hoc modo, καὶ ἐγγὺς παρὰ, etc. In Basiliensi autem editione ita legitur καὶ θαυμά παρὰ βασιλέως φοιτῶν quod magis placet. Errat autem hic Theodoretus, qui Eusebium Constantinopoleos episcopum fuisse putat, tunc cum Eustathium Antiochenum e sede sua exturbavit. Nam Eusebius in episcopatu Nicomediensi usque ad Constantini obitum perseveravit : quippe qui Constantinum paulo ante mortem baptizavit Nicomediæ, cum adhuc esset illius urbis episcopus, ut testatur Hieronymus in *Chronico*. Idem quoque probari potest ex Ammiano Marcellino, qui in lib. xii scribit Julianum Nicomediæ educatum fuisse ab Eusebio episcopo ejusdem loci, quem genere longius contingebat. Atqui Julianus natus est anno Christi 331, ut notavi ad lib. xxv Marcellini. Quomodo igitur educari potuit Nicomediæ ab Eusebio episcopo, si Eusebius jam ante hunc annum, relicto Nicomediæ episcopatu, ad CP. sedem transierat. Omitto locum Athanasii in epistola ad solitarios, ex quo manifeste convincitur Eusebium non Alexandro, sed Paulo successisse in episcopatu CP.

In caput XXII.

PAG. 53. *Ἐβδλίον.* Post Eustathium, Antiochenus episcopus factus est Paulinus, qui tunc episcopus erat Tyri, ut notavi ad lib. x *Historiæ ecclesiasticæ* Eusebii. Cui successit Eulalius, quem admodum testatur Philostorgius apud Suidam voce Ἄλιος.

Ἐνσέβιον μεταθεῖραι. Non possum assentiri Theodoro, qui post mortem Eulalii Eusebium Cæsariensem ad episcopatum Antiochenæ urbis vocatum fuisse dicit. Nam Eusebius ipse in lib. iii *De vita Constantini* aperte indicat, id statim post de-

positionem Eustathii factum fuisse. Sed et littere imperatoris Constantini ibidem ab Eusebio relatæ, id ipsum non obscure indicant. Hieronymus tamen in *Chronico* Eusebium post Euphronium ponit, cum tamen Eusebius nunquam fuerit Antiochenus episcopus.

Πλακερτίω. Hujus episcopi nomen variis modis scribitur. Interdum enim Πλάκετος, alias Φλάκετος exaratur, ut notavi ad *Historiam* Socratis. Sed verum hujus nomen fuit Φλάκιλος, ut scribitur apud Eusebium in libris contra Marcellinum, et apud Athanasium in *Apologia*. Ex quo discimus eum interfuisse concilio Tyri, quod factum est anno 335 natalis Dominici. Quare ante hunc annum episcopus antiochenus factus fuerit necesse est. Quod quidem egregie convenit cum supputatione annorum quos Eulalio et Euphronio tribuit Theodoretus ac Philostorgius. Etenim Paulinus, qui primus Eustathio successit, sex tantum mensibus eo munere est perfunctus, teste Philostorgio in lib. iii. Eulalium quoque brevi post electionem mortuum esse testatur Theodoretus. Euphronio autem annum et aliquot menses assignat. Ita tres illi episcopi trium circiter annorum spatio sedem illam administrarunt. Cum igitur Eustathius anno Christi 329 aut 330, exutus fuerit episcopatu, ut ad Eusebium demonstravi : Flaccillus circa annum Domini 333 ad episcopatum Antiochenum promotus videtur. Huic annos 12 episcopatus tribuit Nicephorus patriarcha, qui eum Φακέλλιον nominat et interfuisse scribit synodo Antiochenæ quæ in eucæniis celebrata est anno Christi 342. quod testatur etiam Socrates in lib. ii, cap. 8.

In caput XXV.

PAG. 57. *Βεβαλαὶς ἑλλοισι.* Hunc locum supplevi ex codice Leonis Allatii, cui consentit codex Savillii et Basiliensis editio : nisi quod in istis legitur Βεβαλαὶς σωτηρίας ἑλλοισι : sed melior est scriptura codicis Allatiani, quam confirmat Epiphanius Scholasticus.

Γεώδη λαμπηδόνα. Epiphanius Scholasticus locum hunc ita vertit : *Omnemque terrenam flammam nimis devoto.* Vide quæ notavi ad lib. iv *De vita Constantini*, ubi hæc ad Saporem epistola refertur. Sed licet de incantationibus ac mysteriis paganorum hunc locum ibi exposuerim : nunc tamen re attentius examinata, malim hæc Constantini verba interpretari de igne quem Persæ colebant, ut cuncti sciunt.

Ὅλα γένη κατέρρηψε. In codice Leonis Allatii scriptum est, πολλά τῶν ἰσθῶν καὶ ὅλα γένη κατέρρηψεν.

PAG. 58 *Ἀνραστειλαρ καταβήγγης.* Codex Allatii habet καταγῶς, id est contringens.

Ἐμὴν αὐτοῖς πέπαισμα. Ita legitur etiam apud Eusebium in lib. iv *De vita Constantini*. Verum hæc locutio plane barbara est. Itaque codex Leonis Allatii substituit πέπαισμα. Sed melior est scriptura editionis Basiliensis, quam confirmat codex Savillii, πεπίστανται.

Ὅ ἐστι σοὶ κάκιστοις. In manuscripto codice Savillii et in editione Basiliensi legitur, ὅτι σοὶ κάκιστοις. Verum in codice Leonis Allatii scribitur, ὅτι σοὶ κάκιστοι, id est, *Nam et illi, tui sunt.* Quæ scriptura omnium rectissima mihi videtur. Apud Eusebium in lib. iv *De vita Constantini*, legitur ὅτι σοὶ κάκιστοι, ubi vide si placet quæ notavi.

PAG. 59. *Ἀρροδίως τῆς αὐτοῦ.* Apud Eusebium in cap. 58 lib. viii legitur, Ἀρροδίως τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίκῃ. Apud Eusebium quoque αὐτοῦ scribitur.

In caput XXVI.

Μετὰ μῆνας πέντε. Idem scribit Athanasius in Apologetico secundo *Contra Arianos*, pag. 777 editionis Parisiensis : Οὕτω γὰρ πέντε μῆνας παρήλα-

θον, καὶ ὁ μὲν μαχαρίτης Ἀλέξανδρος τετελεύτηκεν.

PAG. 60. *Τὸν χοροῦ δὲ τῶν διαδόρων ἡγουμένους.* Id est Archidiaconus. Cæterum ex hoc loco manifeste colligitur, archidiaconos non stipendiorum ordine ad eum locum pervenire solitos, sed ex episcopi arbitrio ac voluntate promotos fuisse. Etenim Athanasius admodum juvenis fuisse dicitur a Theodoro, quo tempore Alexandrinæ Ecclesiæ erat archidiaconus. Hinc est fortasse quod archidiaconus vulgo corepiscopi vocabatur, ut scribit Joannes abbas, in libro *De translatione reliquiarum sanctæ Glodesindis*, ubi ait: *Hujus rei novitas dum ad notitiam supra memorati pontificis pervenisset, morarum impatiens n:ox in crastinum ad hoc inspicendum sacrorum ministros cum archidiacono majore, quem cor episcopi dicunt, direxit.* Olim tamen eo loco chorepiscopum scribendum esse existimabam. Sed nihil temere mutandum est in veteribus libris, quoties vulgata scriptura defendi non incommode potest.

Ἐπι Μελέτιος. In editione Basiliensi deest adverbium. Quam scripturam valde probō.

τῶν στρατιωτῶν τιρακ. Hujus loci emendatio debetur codici Henrici Savilii, in quo ita legitur: *τῶν τούτου στρατιωτῶν μεθωσάμενοι,* etc. Ita quoque habet Basiliensis editio, nisi quod στασιαστῶν præfert. Sed melior est Scriptura codicis Saviliani. Græci enim στασιώτας vocant eos qui sunt ejusdem factionis in civilibus dissidiis, ut docent Hesy chius et Favorinus. Sic loquitur Herodotus in lib. 1, ubi de Pisistrato scribit. Certe vulgata lectio ferri non potest. Neque enim Eusebiani, milites conduxerunt, sed clericos quosdam ex Meletii factione, quemadmodum testatur Athanasius in Apologetico secundo adversus Arianos, ex quo hæc hausit Theodoretus. Confirmat hanc emendationem Theodorus ipse in cap. 28 hujus libri.

Τελουεὶ μὲν τῆρ Αἴγυπτου. Prima accusatio Athanasii per Meletianos facta, fuit de tunicis lineis, quarum canonem Ægyptiis ab Athanasio impositum atque exactum fuisse finxerunt, ut scribit Athanasius in supradicto Apologetico iis verbis: *Πλάττονται πρώτην κατηγορίαν περὶ στιχαρίων λιγῶν, ὡς ἐμοῦ κανόνα τοῖς Αἰγυπτίοις ἐπιβάλλοντος.* Improperie igitur locutus est Theodoretus. Nam τελωνεῖν proprie dicitur de vectigalibus. Hoc autem tributum fuit linearum vestium, quod Athanasius imposuisse dicebatur. Ipse enim *canonem* vocat: vox de tributis tantum dicitur.

In caput XXIX.

PAG. 62. *Ὀὄτω δὴ τῶν ἐπισκόπων.* In codice Leonis Allatii hic locus auctoris est aliquot vocibus hoc modo: *Ὀὄτω δὴ τῶν ἐπισκόπων περὶ τοὺς ἐξήκοντα συναχθέντων,* etc. Verum hæ voces non sunt Theodoretii, sed Theodori Lectoris, qui eas supplevit ex *Historia* Socratis ac Sozomeni; quod et alibi facere consuevit in *Historia* sua tripertita,

In caput XXXI.

PAG. 65. *Καὶ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ δομηθέντας νεώς.* Unam duntaxat basilicam Hierosolymis ædificaverat Constantinus: ad cujus dedicationem evocavit

episcopus qui erant tum congregati in urbe Tyre, ut testatur Eusebius in lib. iv. *De vita Constantini.* Improperie igitur locutus est Theodoretus, qui ecclesias in plurali numero dicit a Constantino constructas. Nisi forte Anastasim et Martyrium seu basilicam Sanctæ Crucis pro duabus ecclesiis accepit. Sic certe videtur eas distinguere in Commentariis in Ezechielem cap. xlviii: *Ἐτι νῦν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἡ τε τοῦ Σταυροῦ ἐκκλησία καὶ ἡ Ἀνάστασις καὶ ἡ Ἀνάληψις, καὶ ἡ ἐν τῇ Σιών ἐκκλησία, καὶ ἡ ἐπὶ Βεθλεὲμ,* etc. Et paulo post: *Ὁδὸν ἄρα τῶν εὐκτηρίων πλέον τὴν τοῦ Σταυροῦ ἢ τῆς Ἀναστάσεως.* Vide, si placet, epistolam nostram de Anastasi, quam edidi ad calcem adnotationum Eusebianaarum.

Συναπέλυσε δέ. In editione Basiliensi legitur *συναπέστειλε δέ,* etc., quod magis placet.

Τριακοστὴν δὲ τούτω. Vide quæ notavi ad librum v Eusebii *De vita Constantini*, p. 248.

In caput XXXIII.

PAG. 66. *Κρύπτουσι μὲν τὴν ἀλήθειαν.* Magis placet scriptura quam reperi in manuscriptis codicibus Savilii et Allatii, et in editione Basiliensi: *Κρύπτουσι μὲν τὴν πονηρίαν.*

In caput XXXVI.

Τὰ νῦν περὶ τὴν θήκην καὶ τὸν ἀνδριάντα περιμένα. Hunc locum non intellexerunt interpretes. Nam Joachimus quidem Camerarius ita vertit: *Quibus si qui fidem non habent, contemplati monumentum, statuatque illius, credant non solum scriptis, sed etiam Domino qui dixit,* etc. Camerarii versionem secutus est in editione sua Jacobus Sirmundus. Christophorus vero hunc locum ita interpretatur: *Quibus si quisquam minime fidem habens cum magnifica illu opera, quæ circa ejus sepulcrum et statuum hodie cernuntur, oculis aspexerit: credit saltem sacris Litteris et Domino dicenti: « glorificante me glorifico, » etc.* Atqui non hoc dicit Theodoretus, sed eos qui nolunt credere Eusebio, et aliis qui de honoribus Constantino post obitum delatis scripsere, admonet ut ea quæ ad sepulcrum et ad statuum illius sunt, contemplari velint. Quænam vero sint illa quæ ad sepulcrum et ad statuum Constantini siebant, docet nos Philostorgius in lib. ii. *Historiæ*, cap. 18: *Ὀὄτος ὁ θεομάχος, καὶ τὴν Κορναντινὴν εἰκόνα τὴν ἐπὶ τοῦ πορφυροῦ κίονος ἰσταμένην θυσίαις τε ἱλάσσεσθαι, καὶ λυχνιαῖς καὶ θυμιάμασιν τιμᾶν, καὶ εὐχὰς προσάγειν ὡς θεῷ, καὶ ἀποτροπαιοῖς ἰκετηρίαις τῶν δεινῶν ἐπιτελεῖν τοῖς Χριστιανοῦς κατηγορεῖ.* *Hic etiam Dei hostis Christianos accusat, quasi Constantini imaginem in porphyretica columna stantem sacrificiis propitiaret, lucernis atque odoribus coleret, precesque rebus Deo allegarent, et ad depellenda mala ei supplicarent.* Adde his ea quæ scribit auctor *Chronici Alexandrini*, pag. 665 et 667; sunt enim optimæ notæ. Porro hæc pompa celebrabatur quotannis die undecimo mensis maii, qui natalis erat urbis Constantinopolitanæ, ut ibidem scribit auctor ejus *Chronici* et Hesy chius in *Originibus CPP.*

HENRICI VALESII

ADNOTATIONES

IN LIBRUM SECUNDUM HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ THEODORETI.

In caput primum.

PAG. 69. Ἐτη δύο καὶ μῆνας τέσσαρας. Non possum assentiri Theodoro, qui Athanasium biennii et quatuor præterea mensium spatio Treviris in exilio commoratum esse scribit. Missus est enim in exilium sub exitu anni 335, Constantio et Albino coss. Nam synodus Hierosolymitana quæ ad dedicationem Basilicæ Constantini convenit, congregata est mense Septembri, ut observavi in Adnotationibus ad librum IV Eusebii *De vita Constantini*. Postquam synodum cum episcopi a Constantino inde evocati ut gestorum rationem redderent, Athanasium apud ipsum accusavissent, deceptus ab iis imperator Athanasium in Gallias relegavit. Idem postea ab exilio revocatus est anno Christi 337, xv Kalendas Julias, ut demonstravi in lib. I *Observationum ecclesiasticarum ad Socratem et Sozomenum*, cap. 1. Ex quo efficitur, Athanasium non toto biennio exulasse.

In caput II.

Ἀπεσταλμένοι συνῆθη. Recte in codice Saviliano scribitur ἀπεστάλται. Sed vox quæ sequitur delenda est; quippe quæ nec apud Athanasium nec apud Socratem legatur. Quare merito eam Sirmundus expunxit.

Ἐπιπλεοάζειν. Rectius in editione Basiliensi, legitur ἐμπλεονάζειν.

PAG. 70. Ἄστροι καὶ χωρητικοί. Alexandrini rusticanos homines χωρικούς vulgo appellabant, ut observavi in Adnotationibus ad Eusebium, pag. 130, ac fortasse ita scribendum est hoc loco. Nam vox χωρητικοί non placet. Rustici enim dicuntur a Græcis χωρίζεται ex quo formari potest χωρητικός ut ex ναύτης sit ναυτικός, quod nautam significat. Theophanes in *Chronico*, pag. 139, loquens de electione Dioscori junioris episcopi Alexandr. ἀνεχώρησαν ἰνῆι, τὰ πλήθη τῶν χωρικών. Ubi Anastasius Bibl. recte interpretatur multitudinem rusticorum.

In caput III.

PAG. 71. Καὶ ἅμα φοιτῶν. Non dubito quin Theodoretus scripserit καὶ ἅμα φοιτῶν παρ' αὐτὸν ἐκελεύετο. Sic enim in lib. I, cap. 21, ubi agit de Eusebio Nicomediensi: Καὶ θαυμὰ παρὰ βασιλέως φοιτῶν, sic enim legitur in editione Basiliensi; quanquam commodius ibi scriberetur παρὰ βασιλέα. Nos igitur hoc loco editionem Sirmundi secuti sumus.

Κατιδῶν δὲ εὐρίπων. Rectius in codice Leonis Allatii scribitur εὐρίπιστον. Nam εὐρίπος adjective sumi non solet.

Θεῶν Ἐυαγγελίων τὴν ἑρμηνσίαν. Matthæi scilicet et Joannis, ut testatur Hieronymus in libro *De scriptoribus ecclesiasticis* ita scribens: Theodorus, Heraclæ Thraciarum episcopus, elegantis apertique sermonis et magis historice intelligentiæ, editi sub Constantio principe *Commentarios in Matthæum, et in Joannem, et in Apostolum, et in Psalterium*. Paulo ante pro ἑλλήγματος, in editione Basiliensi τῶν ἐλλήγιμων legitur, quod magis probro.

In caput IV.

Τῷ τῆς Ἐκκλησίας ἐπόμνος νόμῳ. Obscurum est, quam legem hic intelligat Theodoretus. An

legem qua jubetur ut non nisi utraque parte audita promatur sententia? De qua lege loquitur Athanasius in apol. 2 *Adversus Arianos*, pag. 799; an legem qua licebat episcopo Romano reum et accusatores Romam evocare. Sed prior expositio magis placet.

Οἱ δὲ τὸ δρᾶμα εἰδότες ὡς καὶ. Tres postremæ voces desunt in codice Saviliano et in editione Basiliensi. Quocirca eas expunximus, præsertim cum verbum εἰδότες paulo post occurrat in hæc periodo.

PAG. 72. Ἐξ ἑτῆ δὲ θηρῶν. Recte hoc loco Theodoretus annos enumerat, quibus Gregorius, pulso Athanasio, Alexandrinam sedem tenuit. Ordinatus enim est Gregorius in concilio Antiocheno quod in encænthis celebratum est, Marcellino et Probio coss., anno Christi 334. Mortuus autem est aliquot mensibus post Serdicensæ concilium, ut testatur Athanasius in epistola ad Solitarios, id est anno Christi 347. Itaque Theodoretus recte hoc loco emendat errorem Socratis atque Sozomeni, qui Gregorium paulo post ordinationem amotum esse tradunt. Sed quod addit Theodoretus illum ab Alexandrinis disceptum fuisse, vereor ne in hoc falsus sit, et Gregorium cum Georgio confuderit. Nam Gregorium sua morte obiisse testatur Athanasius in epist. ad Solitarios, iis verbis: Ἐἴτα μετὰ μῆνας πρὸ δεκά τελευτήσαντος Γρηγορίου, μεταπέμπεται καὶ Ἀθανάσιον.

Ἦν ἐκείνος συνέλεξε. In editione Basiliensi scriptum inveni συνέλιξε, quod non displicet.

In caput V.

Ἀλλὰ τοῦτον τηρικαῖτα ὀκταετασεν. Corrigit hoc loco Theodoretus errorem Socratis ac Sozomeni, qui Paulum ante Serdicensæ concilium una cum Athanasio ad Constantem profugisse scribunt, et in Serdicensi demum synodo restitutum esse. Contra vero Theodoretus affirmat, Paulum tunc cum Serdicensium synodus celebrata est, episcopatum Constantinopolitanum, nullo prohibente, obtinuisse, nec interfuisse Serdicensi concilio, sed a civibus suis prohibitum esse ne illuc se conferret. Certe ex epistola synodica Orientalium apud Serdicam episcoporum, aperte colligitur Paulum non interfuisse Serdicensi concilio.

In caput VII.

PAG. 73. Πεντήκοντα καὶ διακόνσιοι. De numero episcoporum qui Serdicensi synodo interfuerunt, vide quæ notavi ad lib. II *Hist. Socratis*.

In caput VIII.

PAG. 74. Νόμον γὰρ ὑποβάλλοντες. Apud Athanasium in Apologetico secundo contra Arianos, ubi hæc synodica Serdicensium concilii refertur, scriptum est, νόμον γὰρ ὑποβάλλοντες διδασκαλίαν, etc. In Basiliensi quoque ed. legitur ὑποβάλλοντας.

Σάρδεων πόλιν. Secuti sumus hoc loco scripturam editionis Basiliensis, quæ pro Σάρδεων habet Σαρδικησίων. In Athanasio, Σάρδων legitur. Græci enim hanc urbem confundere solent, modo cum Sardinia insula, modo cum Sardibus Asiæ. Infratamen Basiliensis editio habet, Εἰς τὴν Σαρδέων πόλιν, etc., accentu mutato.

Ὡς καὶ τὰς ὑμετέρας ἀνοίας. Apud Athanasium hic locus ita legitur, καὶ ἰσως καὶ τὰς ὑμετέρας, etc., quemadmodum edidit Iacobus Sirmundus. Epiphanius vero Scholasticus hunc locum sic legit, ὡς καὶ τὰς ὑμετέρας ἀνοίας, etc. Sic enim vertit, *Forsan etiam ad vos ipsos detractiones huiusmodi pervenerunt, quomodo etiam nostras aures ventilare conati sunt.* Sed et codex Leonis Allatii scriptum habet, ὡς καὶ τὰς ὑμετέρας. Mihi quidem hæc scriptura valde placet. Vetus tamen interpres apud Hilarium in fragmentis libri de Synodis, particulam ὡς expungit, retenta in reliquis vulg. lect.

PAG. 75. *Καὶ δι' αὐτὰς τῆρ εἰς οὐρανὸν ἀνοδοῦ.* Apud Athanasium in secundo Apologetico scribitur, Καὶ δι' αὐτῶν τῆν εἰς οὐρανὸν ἀνοδοῦ πᾶσιν τῶν δειδωκῶς. Id est, *Qui aditum nobis omnibus in cælum ascensione sua reseravit.* Nostri tamen codices nihil mutant: et Hilarius atque Epiphanius Scholasticus vulgatam lectionem tuentur. Sic enim vertit Hilarius: *Est enim gubernator Ecclesiarum Dominus, qui pro Ecclesiis et pro omnibus nobis mortem sustinuit, et propter eas Ecclesias, ascensum in cælos omnibus nobis tribuit.* Epiphanius vero ita interpretatus est: *Et per eas ascensum ad cælos nobis omnibus condonavit.*

Ὁ περὶ Εὐσέβιον καὶ Μάρτυ καὶ Θεόδωρον. Apud Athanasium in secundo Apologetico contra Arianos hic locus longe aliter legitur. Unius enim Eusebii fit mentio, qui litteras contra Athanasium misit ad Julium episcopum urbis Romæ. Reliquorum autem episcoporum nomina non habentur. Quam lectionem confirmat Hilarius in fragmentis: ubi Menophanti et Stephani episcoporum nomina omittuntur, optime in eo quidem iudicio. Etenim hæc epistola quam Eusebius Nicomediensis ad Julium scripsit, missa est aliquot annis ante Antiochense concilium quod in eucænisi celebratum est, ut ostendimus in lib. 1 *Observationum ecclesiasticarum.* Atqui eo tempore Stephanus nondum Antiochensem episcopatum regebat; sed Flaccillus, qui Antiochensi synodo interfuit, ut docet epistola Julii papæ ad episcopos qui Antiochiæ congregati fuerant. Male ergo Theodoretus, sive quis alius Menophanti ac Stephani nomina hic apposuit. Plures quidem fuisse fateor qui una cum Eusebio litteras scripserunt ad Julium papam adversus Athanasium. Id enim manifeste testatur Julius ipse in epistola ad Orientales, quam refert Athanasius, pag. 745. Verum ex eorum numero non fuisse Stephanum, pro certo habeo.

Ἐγραψαν δὲ καὶ οἱ ἀπὸ τῶν ἄλλων μερῶν. Intelligunt Patres Serdicensis epistolam synodicam episcoporum Ægypti, scriptam ad Julium et ad omnes episcopos Ecclesiæ catholicæ, quam primo loco refert Athanasius in secundo Apologetico contra Arianos; et cuius mentionem facit Julius in ep. ad Orientales apud Athanasium, p. 745.

Εἰ καὶ τὰ μάλιστα. Apud Athanasium scribitur καὶ εἰ καὶ τὰ μάλιστα, etc. Mallem tamen scribere εἰ καὶ δὲ τὰ μάλιστα, etc., ut legit Camerarius.

Τούτοις καὶ εἰς πρόσωπον συστήται. Hilarius vertit: *Qui enim habent fiduciam probare ea quæ absentes dicunt, hoc presentes parati sunt convincere.* Atque ita fere reliqui interpretes, uno excepto Camerario, qui vocem τούτοις non in neutro accepit, sed de reis ipsis intellexit. Sic enim vertit: *Qui enim se qua dixere de aliis, probaturos esse confidunt, ne in faciem quidem illos accusare metuunt.*

PAG. 76. *Ἀρέστη γοῦν συλλειτουργίης.* Pessime hunc locum verterunt interpretes, Epiphanius scilicet, Camerarius et Christophorus, qui putarunt Theodulum episcopum comparuisse in Serdicensi concilio. Atqui Theodulus hoc loco diserte μαχαρίτης appellatur, id est beate memorizæ. Quod nonnisi de mortuis dici solet, ut cuncti sciunt. Recte igitur Hilarius hunc locum ita vertit: *Decessit enim coepiscopus noster beatissimus*

Theodulus, fugiens ipsorum infestationem. De hoc Theodulo Trajanopolis in Thracia episcopo vult Athanasium in epistola ad Soltarios, pag. 821; et in Apologetico quem de fuga sua conscripsit. Ex quibus tamen locis colligi videtur, Theodulum hunc adhuc superstitem fuisse post concilium Serdicense. Quod si ita est, tum hoc loco ἀρέτην vertendum erit, recessit, vel sedem suam reliquit. Porro in vulg. ed. Athanasii hoc verbum desideratur.

Ἀσχύνόμενοι γάρ. Apud Athanasium hic locus ita legitur ἠσχύοντο μὲν γὰρ ὁμοιογενῆ δ' ἐδοράκασι· διὰ δὲ τὸ μὴ δύνασθαι λοιπὸν, etc. Vulgatum tamen Scripturam tuetur Hilarius et Epiphanius Scholasticus. Quamquam Hilarius verbum ἐμώγειν, quod apud Athanasium legitur, in sua quoque versione agnoscit. Sic enim habet: *Hæc igitur considerantes, in angusto se teneri peridebant: erubescerent quidem confiteri ea quæ commiserant, eo quod de cætero non possent ea diutius occultari.*

PAG. 77. *Καὶ ἀποδυσρομέτωρ.* Post hæc verba duæ voces deerant in vulgatis editionibus, quas supplevi ex mss. codicibus Savillii et Allatii, et ex Athanasio in Apologetico secundo contra Arianos.

Ἄλλως τε λέγουσιν. Hic locus aliter legitur apud Athanasium, hoc modo, Ἄλλως τε δ' λέγουσιν ὑπομνήματα ἔχειν κατ' αὐτῶν, κατὰ μονομέρειαν συνέστηχε γεγενῆσθαι. Quomodo edidit Iacobus Sirmundus. Nec dubium est quin hæc scriptura vulgatæ lectioni anteposenda sit. Certe Hilarius legit συνέστηχε, ut ex versione ejus apparet.

Καὶ διαψεύσασθαι. Apud Athanasium et in editione Jacobi Sirmundi legitur, καὶ διελέγχετο absque ullo sensu. Itaque malim legere, καὶ ἐλεγγθεῖς, etc. Emendationem nostram confirmat Hilarius in Frag., qui hunc locum ita vertit: *Non enim ipse totius malitiz Ischyris commentator, eximius Athanasium quemdam de divinis Scripturis librum dicebat; ac de hoc convictus confiteri cepit, etc.*

PAG. 78. *Καὶ τοὺς πάλαι καθηγηθέντας.* Rectius apud Athanasium legitur καθεστῆντας, quomodo etiam scriptum habet codex Savillii. Atque ita legit Hilarius, ut ex ipsius versione apparet.

Ἄπὸ δὲ πρεσβυτέρων. Hunc locum male, in fallor, acceperunt interpretes. Non enim simpliciter dicunt sancti Patres, Arianos promovisse quosdam presbyteros ad episcopatum (non enim grave id crimen fuisset); sed obijciunt Arianis quod multos, cum diaconos, tum presbyteros qui legitime depositi fuerant, non solum in communionem suscepserint, sed etiam ad altioem vexerint gradum, ἀπὸ πρεσβυτέρων. Igitur sunt depositi ex ordine presbyterii: quemadmodum ἀπὸ ἐπισκόπων, sunt episcopi depositi, ut legitur apud Palladium in Vita Joannis Chrysostomi.

PAG. 79. *Μαχαρίων ἀπὸ Παλαιστίνης.* Ita legitur in cunctis exemplaribus et apud ipsum Athanasium. Scribendum tamen est ἀρετων, ut legitur apud Hilarium in Fragmentis. Sic enim Athanasius alibi eum vocat. Et inter episcopos qui Serdicensi concilio subscripserunt, recensetur Arius a Palestina, et Asterius ab Arabia.

Διὰ τὸ ἀπειλεῖν καὶ ἐντέλλεσθαι. Apud Athanasium legitur καὶ ἐπαγγέλλεσθαι. Quæ si vera lectio est, necessario dicendum erit transposita esse vocabula, et verbum ἐπαγγέλλεσθαι priore loco reponendum. Vulgatam tamen lectionem interpretari commode possumus de mandatis imperatoris Constantii, quæ dederat diversis iudicibus adversus eos qui ab Orientalium consortio recessissent.

PAG. 80. *Εἰ καὶ φοβηθέντες.* Rectius apud Athanasium scribitur εἰ καὶ φοβηθεῖς μὴ παρεγένετο. Et paulo post καθηρῆσθαι αὐτὸν διὰ τὸ καὶ τοῦτον, etc. Hæc enim de Georgio solo dicuntur, qui sibi metuens domi remanserat, nec una cum reliquis Orientis episcopis ad concilium venerat. Certe quæ sequuntur, aperte significant solum hic Georgium Laodicenum intelligi. Hic enim, dum esset

presbyter, ab Alexandro Alexandriae episcopo depositus fuerat, ut testatur Athanasius, tum in *Apologético ad Constantium*, tum in libro *De synodis Arimini et Seleucia*. Sed et Hilarius in *Fragmentis*, hunc locum non aliter legit atque accepit quam Athanasius.

Ὁμοῦρωτων διασώζεσθαι. In his verbis clauditur epistola synodica concilii Serdicensis, tum apud Athanasium in secundo *Apologético* contra Arianos, tum apud Hilarium in *Fragmentis*. Et post hæc verba additur solemniss salutato in hunc modum, Ἡ θεία πρόνοια καθωσιωμένους ὑμᾶς καὶ εὐθυμοῦντας διαφυλάττει, ἀγαπητοὶ ἀδελφοί. Apud Hilarium vero hæc adduntur: *Optamus, fratres, vos in Domino bene valere*. Cætera quæ sequuntur apud Theodoretum de expositione fidei, spuria sunt et adulterina, ut docet certissimus auctor Athanasius in epistola synodica ad Antiochenses, pag. 576 editionis Parisiensis. Ubi hæc adjecta fuisse dicit a quibusdam, absque consensu episcoporum qui concilio interfuerant. Quibus reliqui episcopi acriter restiterunt, proclamantes contentos se esse Nicæna fide, nec quidquam ei ulterius addendum: ne fides a sanctis Patribus edita, imperfecta esse videretur, neve aditus daretur malis hominibus novas subinde filiei formulas procudendi. Ac profecto satis mirari non possum, Theodoretum istud ignorasse, aut si scivil, id dissimulasse. Quorum neutrum in Theodoro excusari potest.

Ὅτι γεννητός ἐστὶν ἅμα καὶ ἀγέννητος. Hic locus corruptissimus est, nec ullum ex eo cominodum sensum elicere potuerunt interpretes. Ego vero levissima mutatione eum ita restituendum esse existimo, γεννητός ἐστὶν ἅμα καὶ γεννητός, hæc enim erat hæresis Arianorum, qui Filium Dei simul genitum et factum esse dicebant; et iis duobus vocabulis quæ unica littera inter se discrepant γεννητός et γενητός, imperitis hominibus illudebant. Hos igitur damnant sanctissimi Patres, seu potius ii qui appendicem istam composuerunt. Quantum porro discriminis sit inter ista duo vocabula, nemo est qui non videat. Idem dicendum est de duobus illis vocabulis ἀγέννητος et ἀγέννητος. Nicetas in *Thesaurò orthodoxæ fidei*, lib. II, cap. 34, hanc differentiam notat his verbis: « Sciendum enim est quod ἀγέννητον, si per unicum v. scribatur, id significat, quod nec creatum nec factum est: ἀγέννητον vero per duplex v, id significat, quod genitum non est. Jam priore significato, essentia differt ab essentia: alia enim essentia est increata seu ἀγέννητος per unicum v, aliaque item γενητή seu creata. Posteriore vero significato essentia nihil quidquam ab essentia differt. Omnis enim animantium speciei prima hypostasis ἀγέννητος, hoc est ingenua, non autem ἀγέννητος, hoc est increata fuit, etc. Jam si priorem significationem sequaris, tres illæ divinæ hypostases inter se conveniunt. Nam consubstantiales et increatæ sunt: posteriore vero si sequaris, haudquaquam conveniunt. Solut enim Pater ingenuus est, » etc. Idem longe ante Nicetam notarat Epiphanius in hæresi Origenistarum cap. 8, ubi reprehendit Origenem qui in Præfatione commentariorum in Psalmos, Filium Dei appellarat γενητόν θεόν. Ac nonnullos quidem Origenem excusantes contendisse scribit, idem esse γενητόν et γενητόν. Contra vero affirmat Epiphanius hæc duo longe inter se differre. Γενητόν enim esse id quod factum est et creatum.

PAG. 81. *Ὁὕτως ἑαυτοῦς*. Codex Leonis Allatii hic una voce auctior est, hoc modo οὕτως γὰρ αὐτοῦς νοεῖν, etc. Sequentia vero non dubito quin sic emendanda sint ὅτι οὕτως εἰς τῶν γεγεννημένων ἐστὶ. Id est sic, enim se intelligitur presentur genitum, quia ille sit unus ex iis quæ facta sunt. Emendationem nostram confirmat Epiphanius loco citato.

Γένεσιν ἔχει. Primam vocem addiderunt typographi Genevienses ex libro Christophorsoni. Sed

cum absit a mss. codicibus, nec habeatur in editione Basiliensi, nec in versione Epiphani Scholastici, merito eam expunxi, licet Sirmundus eam retinuerit, et pro ὅπερ emendaverit ὅσπερ.

Ὁ ἐστὶ λόγος πνεῦμα οὐκ ἔχω. In editione Basiliensi duæ postremæ voces parenthesi includuntur, nec habentur in versione Epiphani Scholastici. Ego vero etiam priores libenter expungebam, quippe quæ sensum hujus loci conturbant. Quod si quis eas retinere voluerit, locus interpungendus erit hoc modo: μηδὲ εἶναι δύνασθαι ὁ ἐστὶ λόγος, πνεῦμα οὐκ ἔχω. Id est, nec verbum posse esse sine spiritu.

Ὁὐ πάντοτε γὰρ εἶται. Hoc loco verba transposita esse jampridem animadverti. Igitur ante hæc verba, collocanda est periodus quæ sequitur, hoc modo, ὅτι ὁ πάντοτε ὢν, ἀρχὴν οὐκ ἔχει Λόγος. Ita plana sunt omnia.

Ἀληθῆ δὲ Ἰδὼν παραδίδωμεν. Duæ priores voces desunt in ms. codice Savillii et in ed. Bas.

Διαφέρει δὲ τῇ κοινῇ κτήσει. In codice Leonis Allatii *καὶ τῇ κτήσει*, optime meo quidem iudicio. Sic enim Apostolus vocat resurrectionem. Aiunt igitur sancti Patres Christum vocari primogenitum juxta humanitatem. Licet autem sit primogenitus hominum, præstantiorem tamen esse reliquis hominibus ob resurrectionis gloriam.

PAG. 85. *Δύο δὲ οὐν τῶν εἰς τὴν σαρχικὴν*. Vincentium Capuzæ, et Eufratam Coloniae Agrippinæ episcopos intelligit qui a synodo Serdicensi ad Constantium per id temporis Antiochiæ degentem missi sunt, petiuri ab illo ut episcopos synodali sententia restitutos, ad sedes suas redire pateretur, ut docet Athanasius in epistola ad Solitarios, pag. 822, ubi etiam narrat scenam illam meretricis a Stephano conductæ et in episcopi dormientis cubiculum introductæ. De qua Theodoretus in sequenti capite.

Σαλιανός δὲ τούτω. Saliam verti, potius quam Salianum. Nam Salianus non est nomen Romanum. Salia vero vir fuit eo tempore celeberrimus, qui et consul fuit in Occidente anno sequente, qui fuit annus Christi 348; synodus autem Serdicensis celebrata est anno Christi 347. Hujus Saliæ mentio fit, tum in fastis consularibus, tum apud Prudentium, qui se eo consule in lucem editum esse testatur. Fuit enim consul in Occidente, ut jam dixi. Hunc ergo Saliam hic a Theodoro designari existimo, quia Constante Augusto missus est ad Constantium anno Christi 347. Unde cum redisset, ob confectam legationem consulatum accepit. Fuit et alter Salia comes thesaurorum sub Valente Augusto, ut scribit Marcellinus in lib. XXI.

Ὁ τῶν ὀδύρων κοινωρός. Interpretes collegam et curarum participem iis verbis significari existimarunt. Ego vero fratrem potius intelligi crediderim. Atque ita cepit Camerarius qui sic vertit: *Pollicetur facturum se omnia quæ vellet socius dolorifici partus suos*. Quæ interpretatio barbara quidem est et indigna Camerario, viro Latini sermonis peritissimo: sensum tamen Theodoretum recte exprimit. Proprie quidem κοινωρός τῶν ὀδύρων. Fratres geminos significat, qui eodem partu sunt editi. Potest tamen extendi etiam ad fratres non geminos, qui ex eodem utero sunt editi.

In caput IX.

PAG. 84. *Τὰ κατὰ τῶν ἀριστῶν παρανόμως*. Hunc locum restitui ex manuscripto codice Henrici Savillii, in quo legitur τὰ κατὰ τῶν ἀσπίων. Optime, meo quidem iudicio. Vox ἀριστῶν ex superiore linea perperam repetita est, nec sensum ullum habet. In altero codice regio ex quo variantes lectiones Stephanus exscripsit, τῶν εἰς τῶν legitur corrupte.

PAG. 85. *Τοὺς παρανόμους δικαστὰς ἐσεσθαι*. Hunc locum emendavi ex mss. codicibus Savillii et

Allatii hoc modo, τοὺς τῆς παρανομίας δικαστὰς ἔσεσθαι προσδοκῶντας. Atque ita etiam edidit Jacobus Sirmundus. Sed locum male interpretatus est hoc modo, *Improbos appellans eos qui se impietatis iudices futuros confidebant.* Atqui Eufhratas et Vincentius nequaquam se iudices fore sperabant. Quomodo enim iudices esse possent, qui accusatorum partes acturi erant? Vertendum itaque erat: *Injustos appellans eos, qui iniquitatis istius iudices atque ultores brevi se habituros sperabant.* Neque enim Theodoretus dixit αὐτοὺς δικαστὰς ἔσεσθαι, sed simpliciter δικαστὰς ἔσεσθαι.

In caput X.

PAG. 86. *Λεόντιος.* Hunc Leontium inter Arianos antistites semper numerat Athanasius, et ἀπόκοπον, id est castratum, appellat. Ejus tamen elogium exstat in Chronico Alexandrino, consulatu Sergii et Nigriniani, qui fuit annus Christi 350. Quod quidem Chronicum nescio cur Raderus Alexandrinum vocaverit. Ego certe Antiochenum vocare mallet. Etenim auctor illius Chronici diligentissimus est in rebus Antiochenis commemorandis, et in mensibus eorum perpetuo utitur, ut olim notavi in epistola ad Jacobum Usserium.

Καὶ ἀπαξ καὶ δις. In codice Savillii et in editione Basiliensi, verba transposita sunt hoc modo, *Καὶ ἀπαξ, καὶ μὲντοι καὶ δις καὶ τρίς.*

In caput XIII.

PAG. 87. *Σεβαστιανὸν ἐξέλεμψε στρατηγόν.* Male Sirmundus magistrum militum interpretatus est. Neque enim Sebastianus magister militum erat, sed dux Ægypti, ut jampridem notavi ad lib. XIII Ammiani Marcellini. Cæterum falli quoque mihi videtur Theodoretus, qui eum ducem seu στρατηγόν, cujus mentionem facit Athanasius in loco infra citato, existimaverit esse Sebastianum. Non enim Sebastianum, sed Syriannum ducem intelligit Athanasius, ut ipsemet testatur in epistola ad Solitarios, ubi hæc distinctius enarrat.

Στήσας τοὺς στρατιώτας σύναγγος. Epiphanius Scholasticus hunc locum ita vertit, *Statuens milites sibi sibi coherentes, ut nullus posset egredientium ab ecclesia eorum manus evadere.* Atque ita quoque Sirmundus interpretatus est, *Densos circum milites locans,* etc. Christophorus vero verbum σύναγγος non de militibus inter se densius junctis intellexit, sed de iisdem quamproxime juxta ecclesiam collocatis.

PAG. 88. *Ἀναθρόντες ἐλλυσοῦν.* Erat tunc Athanasius sedens in cathedra, ut ipsemet supra testatus est. Erant autem cathedræ episcoporum super absidam collocatæ, quæ gradus habebat, ut dixi in Annotationibus Eusebianis.

Τοὺς δὲ λαοὺς ὑπακούουσιν. Scribendum puto ὄπηχεν, id est, ut populus succineret clausulam psalmi. Ita certe legisse videtur Epiphanius Scholasticus qui hunc locum ita vertit: *Præcepi ut diaconus psalmum legeret, et populi responderent: Quoniam in sæculum misericordia ejus.* Id Græci proprie dicebant ὄπηχεν, sic Basilius in epistola 63, ad clericos Neocæsarienses.

In caput XIV.

Πῦρ ἀνάψας. In mss. codicibus Savillii et Allatii et in editione Basiliensi legitur πῦρ ἀνάψας, levi discrimine.

PAG. 89. *Καὶ ἀρχαγαί.* Apud Athanasium in Apologético, pag. 704, legitur καὶ ἀρτοι. Et locus distinguitur hoc modo, ὄρφανῶν καὶ χηρῶν ἠρπάσσοντο αἱ οἰκίαι καὶ ἀρτοι.

PAG. 90. *Θαπτομέναις ὄμιν.* In manuscripto Savillii et in editione Basiliensi legitur θαπτομένοις, quæ scriptura non displicet, dummodo legamus ἡμῖν. Nam si ὄμιν legeris, vulgata lectio retinenda erit, cum epistola scripta sit ad Virgines. Porro hæc Athanasii epistola hodie, quod sciam, non exstat.

Ἡ καταστροφή. Camerarius vertit, ultimum actum; Sirmundus vero, catastrophem.

Κομισθῆναι αὐτοῦ τὴν κεφαλήν. Magis placet scriptura codicis Allatii, quam Basiliensis quæque editio confirmat. In iis enim legitur κομισθῆναι αὐτὴν τὴν κεφαλήν.

In caput XV.

Σύνοδον συναγεῖραι. Melius scriberetur συναγεῖραι, quemadmodum edidit Jacobus Sirmundus. Vulgata tamen lectio minime rejicienda est, contra consensum omnium librorum.

Καθέκαστον ἐν Τύρῳ. Primam vocem in editione sua expunxit Jacobus Sirmundus, satis audacter, cum in omnibus nostris exemplaribus habeatur. Ego vero hanc vocem non expungendam omnino, sed transponendam duntaxat existimo, hoc modo, ἐν Τύρῳ γεγεννημένη καθαιρεῖ καθέκαστον συνέσθαι. Quam lectionem in versione mea sum secutus.

In caput XVI.

PAG. 92. *Διάλογος Διδερτίου.* Dialogum vertorunt interpretes. Sed magis probo versionem Joachimi camerarii, qui vertit, *Colloquium Liberii Rom. episcopi et Constantii imp.* In vetusto codice bibliothecæ Thuanae, inscribitur *Disputatio imp. Constantii et Liberii Rom. pontificis.* Verum si proprie loqui velimus, nec *dialogus*, nec *colloquium*, nec *disputatio* Liberii cum Constantio vocari debet, sed potius *Interrogatio Liberii episcopi Rom. facta in consistorio*, sive *Acta habitata in consistorio, præsenle Constantio Aug. Imperator Constantius dixit*, etc. Hæc enim erat forma Actorum in consistorio, ut videtur est in codice Theodosiano, titulo *De his que administrantibus vendita sunt.* Et in titulo *De fide testium et instrumentorum*, citatur p. r. Actorum habitorum apud imp. Julianum Aug. Mame lino et Nevitta coss. x Kalendas Aprilis CP. in consistorio, astante Jovio viro clarissimo quaestore, Anatolio magistro officiorum, Felice com. sacrarum largitionum, etc., imperator Julianus Aug. dixit, etc.

PAG. 93. *Τὸν κειρὸν διαπαίρει.* Epiphanius Scholasticus vertit, *Sed ille, sicut ab initio, tempus eludit.* In manuscripto codice Thuano quem supra citavi, legitur inludit. Eodem fere modo vertit Camerarius. *Sed ipse a primis temporibus omnes illudit.* Οὐ κριναντες κατέδικασαν. Longe elegantius mihi videtur scriptura quam in duobus codicibus Savillii et Allatii, et in editione Basiliensi reperi, οὐ κριναντες κατέκριναν.

Καὶ ἐν τῇ συνόδῳ καταψήφισατο. In codice Leonis Allatii scriptum est ἐν τῇ συναψήφισατο. Quod magis placet.

Κατεψήφισατο ἀλόγως. Postrema vox deest in codice Allatii, nec habetur in versione Epiphani Scholastici.

Ἐν τῇ συνόδῳ τῇ κατὰ Νίκαιαν. Nescio quid sibi voluerit hic Eunuchus. Certum est enim Athanasium in concilio Nicæno pro fide catholica acriter decertasse, nec a Nicænis Patribus alienum a fide catholica declaratum esse. Sed stultus stulta loquitur. Ac fortasse adverbium ἀλόγως ad hanc pernodum referri debet hoc modo: *Ἀλόγως εὐνοῦχος εὐνοῦχος εἶπεν.* Verbum autem ἀπέσχετο significat apparuisse seu visum esse.

Πῆρτε μοῖροι ἐκριναν. In codice Leonis Allatii scribitur ἐπέκριναν: quemadmodum edidit Jacobus Sirmundus. Sed hic quæri merito potest, quemodo verum sit quod ait Liberius, quinque solos episcopos condemnasse Athanasium in synodo Tyri, cum in ea synodo quam plurimi fuerint episcopi. Huic objectioni ita respondendum videtur. Quinque episcopi missi sunt in Marcotem a synodo Tyri, ut in re præsentem cognoscerent de sacro poenilo quod ab Athanasio fractum fuisse dicebatur, et de aliis criminibus quæ illi fuerant objecta. Ii quinque episcopi cum in Marcotem venissent, falsa illic acta

conscripterunt. Quæ cum postea retulissent ad synodum, ex illorum fide statim damnatus est Athanasius. Recte ergo hi quinque soli Athanasium damnasse dicuntur, cum ex eorum falsa relatione damnatus fuerit Athanasius.

Ἐν συμπλευσάντων αὐτῶν. Vox αὐτῶν deest in codice Leonis Allatii, et videtur omnino expungenda. Neque enim hi quinque episcopi una cum Athanasio navigarunt in Mareotem; imo queritur passim Athanasius, quod quæstio illa in Mareote habita sit ipso absente. In ms. codice Henrici Savilii totus hic locus ita legitur πέντε μόνοι ἐπικριθέντων συμπλευσαι αὐτῶν.

Ἀπὸ τούτων τῶν ἀποσταλέτων. Joachimus Camerarius hunc locum ita vertit: *Ab hisce missis hujus rei causa, Serdica suffragia collecta sunt.* Sirmundus vero ita exposuit: *Ab hisce apud Serdicam hac de re sententia exquirebatur.* Christophorus autem sic interpretatus est: *A quibus ad eam rem missis, in concilio Sardicensi sententia de hac controversia lata est.* Quæ quidem interpretatio duabus aliis longe anteposenda est. Sed quis non miretur, tres viros doctissimos non animadvertisse vitium hujus loci, nec vidisse pro ἀπὸ τούτων scribendum esse κατὰ τούτων. Id est contra hos quinque qui missi fuerant a synodo Tyri in Mareotem, sententia lata est in synodo Serdicensi. Nihil certius hac emendatione, quam confirmat epistola synodica ejusdem concilii; in qua tamen nulla fit mentio Maris Chalcedonensis episcopi, quod satis miror.

Ἢ ἐν τῇ συνόδῳ βιβλία. Intelligit libellum satisfactionis quem Ursacius et Valens Julio obtulerunt, orantes ut in communionem reciperentur. Cave autem intelligas libellum hunc oblatum esse in synodo Serdicensi. Oblatus est enim Romæ Julio papæ, ut docet Athanasius in secundo *Apologetico* contra Arianos, Hilarius in Fragmentis et Socrates etque Sozomenus, biennio post synodum Serdicensem, id est anno Christi 319. Quare synodi nomine hic intelligenda est synodus Romana.

Ἢ τοῖς τῶν τούτων καταψηγισμένοις. Serdicensis Patres intelligit, a quibus Ursacius et Valens ac Theodorus fuerant condemnati, ut discimus ex epistola synodica concilii Serdicensis. Sane illud notandum est, ex quinque episcopis quos supra commemoravit Liberius, tres tantum illos quos dixi, in Serdicensi concilio fuisse damnatos. De Theognio autem et Mari nihil dicitur in epistola synodica: ideo fortasse quod minus noxii essent quam reliqui tres; et quia Theognius jam ex vivis excesserat.

Συλλογισάμενος τὸν βασιλέα. Jam pridem hunc locum sic emendandum esse conjeceram. Ὡς συλλαγωγισάμενος τὸν βασιλέα. Neque enim Græce dici posse existimo συλλογίζεσθαι τινα pro superare aliquem disputando; συλλαγωγεῖν vero optime dicitur. Sic enim apostolus Paulus dixit: *Μὴ τις ὑμᾶς συλλαγήσῃ. Ne quis vos decipiat.* Ferri tamen potest vulgata lectio. Sic enim loquitur Theodoretus in *Philotheo*, cap. 8: *Τῷ τῆς ἀπολογίας δικαίῳ συλλογισθεῖς.*

Καταδικάζεις ἄνθρωπον. Magis placet scriptura codicis Allatiani καταδικάζετε. Paulo post ex eodem codice emendavi προχωρήσαι, ubi antea legebatur προειρῆσαι. Quam emendationem confirmat alter ex codicibus regiiis.

Καὶ ὁ ἀντικοιούμενος αὐτῶν. Camerarius vertit *et defensores eorum.* Id est, tam rei quam accusatorum patroni ac suffragatores.

Ἐισφέροντες τῷ ἀνθρώπῳ. In manuscripto codice Henrici Savilii, et in editione Basiliensi legitur, εἰσφέρων πρὸς τὸν ἄνθρωπον.

Κατὰ Μαγνέτιον. Mallem scribere κατὰ Μαγνητίου καὶ Σιλβανού.

Χαραθῆναι δοκίμασθῆ. In codice Leonis Allatii scribitur ταρχθῆναι. Quod magis placet.

Ἢ ἐννοήσαι. Melius in codice Leonis Allatii

scribitur ἐννοῆσαι, qui est aoristus passivi imperativi. In eodem codice legitur, καὶ εἰ βούλει ὑπὸ γράψας, etc.

Πεντακοσίους δλοκοτίνους. In editione Basiliensi legitur δλοκοτίνους. In codice Leonis Allatii, πεντακόσια δλοκτίνα, quod nomen Græcumne sit, an barbarum, plane ignoro. Neque enim alibi legere memini. Assentior tamen Epiphанию qui, solidos vertit. Ὄλος enim quod præcidi in hujus nominis compositione, solidum significat. Jacobus Sirmundus pro δλοκοτίνους edidit χρυσίνους, quod nescio undenam hauserit. Vocem δλοκτίνα reperi tandem apud Theopaneum in gestis Leonis Isauri, pag. 345. Διετάξαμεν τοὺς διοικηταῖς καὶ ἀπαιτούσιν εἰς κἀνόνα κατὰ δλοκοτίνην τὸ μιλιαρίσιον. Anastasius vertit: *Per singulos aureos nummum argenteum unum.*

Γενοῦ Χριστιανός. Eusebius præpositus cubiculi erat Arianus, ut cuncti sciunt. Catholici vero Arianos non habebant pro Christianis, ut docet Athanasius in epistola ad Solitarios pag. 829, 831 et 836. Idem docet Hieronymus in dialogo adversus Luciferianos in principio dialogi.

In caput XVII.

Ἐν ἐν τέλει καὶ δξιώμασιν. Melius in codice Allatii ac Savilii et in editione Basiliensi legitur καὶ ἀξιώματικῶν. Sunt autem ἀξιώματικοὶ honorati, ut notavi ad lib. 14 Ammiani Marcellini.

In caput XIX.

PAG. 97. *Ἐκ τῆς.* Exstat hæc epistola synodica apud Socratem in lib. II. *Historiæ*, cap. 37, ubi vide si placet quæ notavi.

PAG. 98. *Ἄραρον ἐτρομίσαμεν* deest in codice Leonis Allatii et in editione Basiliensi, nec habetur apud Athanasium et Socratem, ut illic notavi.

In caput XX.

PAG. 100. *Ἄλλὰ μὴν ἐκείνο δ ἀπηγγέμεθα.* Totus hic locus longe aliter legitur apud Socratem in lib. II, *Historiæ*, cap. 37. Sed et universe epistolæ interpretatio multum discrepat ab hac versione Theodoretii. Socratis versionem in excerptis seu collectionis suis posuit Theodorus lector, eo quod elegantior esset ac planior altera illa Theodoretii versione. Cæterum Socratis interpretatio habetur etiam apud Athanasium ad calcem libri *De synodis Arimini et Seleuciæ*. Pro verbo ἀπηγγέμεθα codex Savilii habet ἐπηγγέμεθα.

In caput XXII.

PAG. 102. *Ἀδελφοῖς τοῖς ἐν Ἰλλυρικῷ καθιστώσιν.* Hæc epistola Damasi papæ, nuper edita est in collectione Romana Lucæ Holstenii, pag. 165; sed titulus epistolæ aliter ibi concipitur quam apud Theodoretum, hoc scilicet modo: *Damasus, Valerianus, Vitalianus et cæteri qui ad audiendam causam Auxentii, exponendamque fidem, in urbe Roma convenerunt, episcopis catholicis per Orientem constitutis in Domino salutem.* Ego in Adnotationibus ad lib. 6 Sozom., cap. 23, jam monui, errorem esse in collectione Romana, ubi hæc epistola Damasi scripta esse dicitur ad episcopos per Orientem constitutos. Consulere igitur lector adnotationes nostras, ne hic repetere cogamur ea quæ illic observavimus.

Ἐν ἄλλων πίστιν ὑμῶν. In ms. codice Henrici Savilii et in editione Basiliensi legitur ἡμῶν, quomodo etiam scribitur apud Sozomenum in lib. 6, cap. 23. Nec aliter legit Epiphanius Scholasticus, ut ex versione ejus apparet.

Ἐαυτῆν ὑμᾶς κατέχειν. In codice Leonis Allatii et apud Sozomenum deest vocabulum ὑμᾶς, quod tamen necessarium videtur si in priore membro legerimus τὴν ἄλλων πίστιν ἡμῶν. Certe Epiphanius Scholasticus, qui priore loco πίστιν ἡμῶν legerat, ὑμᾶς hic legit.

PAG. 103. *Κατακρίσθαι προτέγραπται.* Codex Savilii et Basiliensis editio habent *προτέγραπται*. Intelligit autem Damasus Auxentium jam antea ob hæresim Arianam sæpius damnatum fuisse,

Καὶ οἱ ἐκ τῆς Ῥωμαίων ἀγιωτάτης ἐπισκοπῆς. Tota hæc pericope deest in codice Saviliano et in editione Basiliensi, nec habetur apud Sozomenum nec apud Epiphanium Scholasticum. In Romana tamen collectione leguntur hæc verba: *Majores nostri cccxviii episcopi, atque ex parte sic lego, sanctissimi episcopi urbis Romæ directi, apud Nicæam confecto concilio, hunc murum adversus arma diabólica struxerunt.* Non igitur sine causa hæc verba retinenda esse censui. Tantum pro voce *ἐπισκοπῆς*, ex Sozomeno, Epiphanio ac Theodoro lectore, emendavi *ἐπιλεκτοί*. In quo studiosos lectores mihi assensuros esse confido. Non enim episcopi a sede Romana ad concilium Nicænum missi sunt; sed presbyteri Vito et Vincentius.

In caput XXIII.

PAG. 104. *Καὶ ὡς δράματα μὴ ἔχοντα ἰσχύν.* Jacobus Sirmundus δράματα emendavit ex Epistola Athanasii ad Afros. Sed videndum ne Athanasius potius emendandus sit ex Theodoro. Neque enim intelligo quomodo Arianorum synodi comparari possint manipulis vim non habentibus: quasi manipuli vim habere possint. Itaque magis probo scripturam codicum nostrorum. Recte enim Arianorum formulæ comparantur fabulis seu sgmentis. Apud Athanasium legitur in singulari ὡς δράγμα ἰσχύν οὐκ ἔχον. Sic etiam in codice Leonis Allatii scribitur ὡς δράμα μὴ ἔχον ἰσχύν.

PAG. 105. *Καὶ τὰς παρ' ἐκείνων.* In edit. Rob. Stephani pag. 104. et in Basil. legitur *καὶ τὰ παρ' ἐκείνων*. Priini Genevenses typographi τὰς emendarunt ex Athanasii epistola ad Afros. Altera tamen scriptura tolerari potest. Præcessit enim, τὰ δὲ ἐν τῇ θράκη παραθέντα, etc. Paulo post, ubi legebatur *καὶ ὁμολογήσαντες*, emendavi *ὁμολόγησαν*, ut legitur in editione Basiliensi, et apud Athanasium.

In Caput XXIV.

PAG. 106. *Αὐτοῦργός γερόμερος τῆς τόλμης.* Magis placet scriptura quam in variis lectionibus ad calcem editionis suæ exhibuit Robertus Stephanus ex altero codice regio τῆς τομῆς. Intelligit autem Theodoretus canonem primum Concilii Nicæni, qui est de his qui se absciderunt.

Κεκαλυμένος. In edit. Basil. excusum est *κεκαλυμένος* adverbialiter, quod magis placet.

Τὴν μὲν δι' οὐ πρόθεσιν. Joachimus Camerarius in margine versionis suæ lectorem admonuit, scribendum esse διὰ non δι' οὐ, quem secutus Jacobus Sirmundus in editione sua διὰ excudit. Verum uterque falli mihi videtur. Putarunt enim glorificationem seu *δοξολογίαν* nihil aliud esse quam verum illum qui ad calcem psalmodum vulgo cani solet: *Gloria Patri et Filio*, etc. In qua etiam opinione fuisse videtur Epiphanius Scholasticus: cum tamen *δοξολογία* generaliter dicatur omnis glorificatio quæ tam in fine psalmodum, quam ad calcem orationum et homiliarum addi solebat a Christianis, quemadmodum discimus ex Basilio Magno in libro II, de Spiritu sancto. Porro in fine orationum et sermonum ad populum, antiqui Patres fere dicebant: *Δι' οὐ, Per quem Omnipotenti honor et gloria*, etc., ut videre est, tum apud Basilium in dicto loco, tum in opusculis Eusebii Pamphili a Jacobo Sirmundo olim editis. Vide Philostorgium in lib. III, cap. 13.

Κατὰ τὴν τῆς Ἐκκλησίας. Amplector scripturam codicis Allatii, in quo legitur: *Κατὰ τὴν τῆς ἀληθείας ἐτεγγάσαστο συνηγόρων.* Atque ita legit Epiphanius Scholasticus, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic etiam edidit Jacobus Sirmundus.

PAG. 107. *Ἐκ διευδοχῆς ἄδειν.* De hoc more

antiphonatum psallendi, vide quæ notavi ad Sozotem, pag. 78.

Τοὺς τῶν ἑσῶν ἑραστὰς. Monachos videtur intelligere. Horum enim multitudinem Antiochie collegit Flavianus, ut scribit Philostorgius in lib. III, cap. 13.

Καὶ τοὺς συνεργάτας. Emendavimus *συνεραστὰς* ex manuscriptis codicibus Savilii et Allatii. Sirmundus tamen *ἑραστὰς* edidit, cui favere videtur Epiphanius versio. Sed nostra emendatio longe præstat. Non enim amatores Flaviani et Diodorici intelliguntur, sed ii qui una cum illis, rerum divinarum amore flagrabant. Qui cum antea ad Basilicas martyrum pernoctare soliti essent extra urbem, et illic psalmos canere, postea hortata Leontii, in ecclesiis intra urbem id egerunt.

In caput XXVI.

PAG. 110. *Περὶ πρωστῶν.* Huic contentioni occasionem præbuerat canon septimus concilii Nicæni, qui episcopo Hierosolymorum, eum honoris gradum quem ab ultimis temporibus habuerat, jussit conservari, salva tamen Cæsariensi episcopo metropolitani dignitate. Quo tamen canone omnis potestas ad jurisdictionem servata erat episcopo Cæsariensi: Hierosolymorum autem episcopo nihil præter honorem ac reverentiam tributum fuerat.

Τοῖς κοινωτοῖς. Recte Jacobus Sirmundus emendavit *τοῖς κοινωτοῖς*, quemadmodum scribitur in codice Leonis Allatii, et in altero codice Regio, cujus variantes lectiones edidit Stephanus.

Ὁ Κύριλλος τοῦ συνεδρίου. In manuscripto codice Henrici Savilii hæc adduntur, *καὶ τῶν βασιλευμάτων.* Quæ licet in reliquis codicibus non legantur, proba tamen mihi videntur, nec rejicienda.

In caput XXVII.

Κωνσταντῖος γὰρ ἀπὸ τῆς ἐσπέρας. Ab his verbis inchoavi caput 27, Basiliensem et Roberti Stephani editionem secutus. In his enim editionibus caput 27, incipit ab his verbis, nota numerali insignitum, qui in Basiliensi quidem editione prænotatur capitulo, in editione vero Stephani ascripta est ad latus. Ipsum autem titulum capituli qui secundo libro præfixus est in codice capitulorum, emendavi ex conjectura. Priorem enim partem, quæ erat de synodo Seleucena, conjeci in titulum capituli 26, in quo agitur de synodo Nicæna. Quod quidem recte et cum judicio a nobis factum esse, nemo, ut opinor, negabit. Id enim res ipsa postulabat.

PAG. 113. *Τὴν τοῦ θεοῦ βαπτισματος λειτουργίαν.* Hunc locum de baptismi sacramento intellexerunt interpretes. Ego vero de festo Epiphaniorum die malim intelligere, quo Christus in Jordane est baptizatus. Hunc enim diem præcipuo honore colebant Hierosolymitani, eo quod apud ipsos Christus tinctus fuisset. Eoque die infantes baptizantur apud illos solebant, ut legere meminimus in Typico monasterii sancti Sabæ, ubi etiam officium illius diei refertur. *Λειτουργία* igitur hoc loco, vel missam illius diei significat, vel totum officium. Sic *λειτουργίαν* usurpat Theodoretus supra in cap. 24, hujus libri, pag. 107. Porro ex hoc loco apparet, quam vetusta sit consuetudo sacrarum vestium in Ecclesia.

PAG. 112. *Γεώργιος δὲ ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας.* Idem de Aetio testatur Gregorius Nyssenus in lib. I *Contra Eunomium*, ubi Aetii vitam describit: *Ἐπὶ τοῖς τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου βασιλικῆς δυναστείας τῆς Ἀλεξανδρείας Ἐκκλησίας μετατεθέντος, Γεωργίου δὲ τοῦ Ταρσασθηνίτου τὸν ἐκείνων λαὸν διασπώντος, πάλιν Ἀλεξανδρεὺς ὁ Ἄειτος, etc.*

Κωνσταντινουπολιτῶν Ἐκκλησίας ἐιδόξιος. Id factum est Constantio Aug. x et Juliano Cæsare III coss., anno Christi 360, die 27 mensis Januarii, presentibus episcopis 72: Mari, Accatio, Georgio, Serra, Uranio, Theodosio, Eusebio, et cæteris quorum nomina recensentur in *Chronica*

Alexandrino. Sed in eo Chronico perperam excusum est *Μαριακιστου*, confusus in unum duobus vocabulis. Hi sunt episcopi qui synodo Constantinopolitanae interfuerunt, de qua hic loquitur Theodoretus, et sub quorum praesentia dedicata est magna ecclesia Constantinopoli, praesente Constantio, mense Februario, quemadmodum legitur in eodem Chronico. Neque enim assentior Baronio, qui synodum CP. confert in annum Christi 359, quanquam fateri cogitur, eam in annum sequentem esse propagatam.

In caput XXVIII.

PAG. 114. *Σεβας και Σεφρανος.* Rectius in ms. codice Savilii et Allatii et in edit. Basil. legitur *Σεβας*. Hic Serras primum presbyter fuit Libyae, tempore concilii Niceni, ut docet Hieronymus in *Dialogo adversus Luciferianos*. Postea vero a Secundo Ptolemaidis episcopo factus est episcopus Libyae una cum Stephano, ut docet Athanasius in libro *De synodis Arimini et Seleucia*, et Philostorgius in lib. III. Fuit autem episcopus Paratonii in Libya, ut testatur Epiphanius in haeresi Semiarianorum, ubi inter episcopos partis Acacii qui Seleuceno concilio subscripserunt, recensetur, *Σεβας επίσκοπος εκ Παρατονίου της Λιβύης*. De Stephano et Heliodoro ac Theophilo vide Philost. Porro *Σεβας* scribi debet accentu acuto in priore syllaba, ut legitur in edit. Basil.

Ἀπό τῶν ἀποστόλων μέχρι νῦν. Tres priores voces desunt in codice Leonis Allatii. Epiphanius tamen Scholasticus ea verba legisse videtur in suo codice. Sic enim vertit hunc locum: *Dicebat enim eum asperiora praesumere, atque dixisse, Quoniam ea quae Deus hactenus celasset apostolis, revelata sibi mihi videtur quam illa Christophorsoni ac Sirmundi. Deum sibi ea revelasse quae ab apostolicis usque temporibus occultata.*

Μετὰ τοὺς μανιῶεις. In edit. Basil. legitur *μετὰ τοὺς μανικούς*, levi discrimine.

Συμπερισηγησθημεν αὐτοῖς. Hanc vocem corruptam esse suspicor. Neque enim hoc verbum eo sensu usurpatum uspiam legi. Ac fortasse scribendum est *συμπεριηγήθημεν*. Verbum enim *συμπεριφέρεσθαι*, eo sensu frequenter occurrit in veterum scriptis. Atque ita legisse videtur Epiphanius, qui sic vertit: *Verumtamen nos multa longanimitate detenti, multo tempore sustinimus eos*, etc.

PAG. 115. *Διὰ φιλανθρωπίας ἀνθρώπων.* Rectius in codice Savilii legitur *διὰ φιλίας*, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus. Atque ita etiam scriptum habebat alter codex Regius, cujus varias lectiones edidit ad calcem Robertus Steph.

Ἦτοι φροτισαντες. Pro his verbis integram pericopen addidimus ex codice Leonis Allatii et ex altero codice Regio, cujus variantes lectiones in calce editionis suae Stephanus excudit. Totus igitur locus ita legi debet: *Καὶ φιλίαν ἀνθρώπων, τῶν κανόνων τῆς Ἐκκλησίας καὶ τῆς πρὸς ἡμᾶς φιλίας προτιμήσαντες τότε*, etc. Ita certe legit Epiphanius. Scholasti., ut ex versione eius apparet. Sic enim vertit: *Si vero sine paenitentia permanent, amicitiasque hominum regulis Ecclesiae et concordiae nostrae praeroperent, tunc eos*, etc.

In caput XXX.

PAG. 117. *Περὶ τὸν οἶμα καὶ πάρεργον.* Hujus loci emendatio debetur codici Leonis Allatii, in quo legitur καὶ *παρέλχον*, quomodo etiam edidit Jacobus Sirm.

PAG. 118. *Ὑπερκελεύσον τὸ χάμα.* In ms. codice Savilii, et in edit. Basil. legitur *ὕπερκελύσον*, rectius procul dubio. Nam *βλύζειν* Graece significat *λύειν* et *πηγάζειν*, ut testatur Hesychius. Paulo post ex iisdem codicibus emendavi *σοφοροτάτην οὐσαν τὴν προσβολήν*, cum antea in genitivo legeretur *σοφοροτάτης*, etc. Sed et codex Allatii emendationem nostram confirmat.

τὴν ῥώμην οὐκ ἐρεγκόν. Rectius in mss. codicibus Savilii et Allatii legitur *ῥώμην*; et paulo post pro *ἀκμητέ*, in iisdem codicibus scriptum est *ἀκοντέ*. In Basiliensi autem editione legitur *ἀκοντέ*.

τὸν θεῖον Ἰάκωβον. Multipliciter hic fallitur Theodoretus. Primum enim duas obsidiones urbis Nisibensae inter se confudit. Deinde tempus obsidionis illius quam hic describit, perperam assignat post synodum Ariminensem ac Seleucenam, id est post annum Christi 359. Atque hunc duplicem errorem Theodoretus jam pridem notavit Dionysius Petavius in Annotationibus ad orationem primam Juliani imp. Tertius error est Theodoretum a Petavio minime animadversum. Secundum enim obsidionem Nisibis, Jacobi Nisibeni episcopi precibus solutam esse dicit: cum tamen eo tempore quo secunda obsidio Nisibis facta est sub Constantio, id est anno Christi 350, non Jacobus, sed Vologesus esset Nisibensae urbis episcopus, ut docet auctor *Chronici Alexandrini*. De tribus autem obsidionibus urbis Nisibensae sub Constantio, vide quae notavi ad lib. XX Anmiani Marcellini, pag. 181.

In caput XXXI.

PAG. 120. *Τρίτος Μελέτιος.* Primus sermo quem Meletius habuit ad populum Antiochenum, refertur ab Epiphanius in Haeresi Semiarianorum, cap. 29, ubi multa subjungit de Meletio, et quodnam fuerit hominum ejus aetatis de illo iudicium.

PAG. 121. *τὴν ἐν τῇ καλούμενῃ παλαιᾷ.* Supplementum *πάλαι*. Antiochia enim ex multis urbibus constabat, ut ex Libanii Antiochico jam supra notavi. Harum una vocabatur *παλαιά*, quae scilicet primum constructa fuerat. In ea regione urbis Antiochiae sita erat ecclesia quam Theodoretus *apostolicam* vocat, id est, ab apostolis fundatam, in qua Petrus apostolus primum resederat; unde ecclesia illa etiam *παλαιά* dicta est, tum quod ipsa esset vetustissima ac veluti mater caeterarum: tum quod sita esset in regione urbis ita cognominata. Certe auctor *Chronici Alexandrini* ecclesiam illam *παλαιάν* vocat, ubi agit de reditu Meletii regnante Juliano. Athanasius quoque in epistola synodica ad Antiochenos, ecclesiam illam sic appellat.

Τρίκοντα μὲν γὰρ ἔτη. Eustathius episcopatu Antiocheno exutus est anno Christi 330, ut observavi in Annotationibus Eusebianis, pag. 253. Post ejus depositionem, scribit Theodoretus Catholicos Arianis permistos mansisse, nec se ab eorum communicatione separasse per annos 30, donec pulso Meletio Euzoiius Arianus Antiochenam sedem occupavit. Id factum est anno Christi 361. Nam Meletius anno Christi 360, ad Antiochenam sedem translatus fuerat, si Baronio credimus. Verius enim mihi videtur haec Meletii translatio conferri posse in annum Christi 361. Quippe Meletius, pulso Eustathio, episcopus Sebastiae factus est in synodo Constantinopolitana anno Christi 360, ut supra notavi ex *Chronico Alexandrino*. Nec verisimile est eodem anno translatum illum fuisse ad sedem Antiochenam, aut eodem anno duas magnas synodos fuisse celebratas, Constantinopoli scilicet et Antiochia. Certe Soerates in lib. II, diserte scribit, Antiochenam synodum cujus hic meminit Theodoretus, celebratam fuisse Tauro et Florentio coss., id est anno Christi 361. Porro Theodoretus, tam translationem quam depositionem Meletii junctam in hoc capite retulit, eo quod modicum temporis spatium inter utramque intercessisset. Causam autem depositionis seu praetextum potius, refert Hieronymus in Chronico, et Epiphanius in haeresi Semiarianorum, quod scilicet clericos ab Eudoxio depositos in communionem suscepisset.

In caput XXXII.

PAG. 121. *τὸν ἔγγραφον ἐλεγχον.* In manuscripto codice Savilii scriptum est *ἔγγραπτον*. Codex vero Leonis Allatii habet *ἀνάρχηπτον*.

Baronio: *Quid igitur intelligitis, dilecti fratres, nam vos ipsos accuso. Christiani sumus, et medio in affectu dissentimus. Hæcine est nostra fides? Hæc sanctissimæ legis doctrina? Sed quæ causa est propter quam præsentis mali exitium suscitatum est? O flagitium! o odium supra modum, omnis indignationis magnitudinem superans! Quæ istius atrocitatis atrocitas existit, quæ Filium Dei abnegat ex individua Patris substantia processisse, Nonne ubique est Deus, cum certe istum semper nobis adesse sentimus? Nonne per ejus virtutem omnium decoratio constat? Cum certe separatione, dissipatione careat. Num igitur vobis aliquid actum est? O dilecti fratres, considerate modo, deprecore, tormenta præsentis doloris. Confessores vos esse istius promittentibus, quem esse denegatis; in hoc vobis persuadente doctore in omnibus perditio. Sequuntur deinde ea quæ Theodoretus retulit. Ex his autem quæ adduxi, manifesto apparet Constantinum objicere Eusebio Nicomediensi, quod adversus Nicænae fidei decreta palam in Ecclesia docuerit, Filium Dei non esse ex Patris substantia, nec consubstantiali Patri. Quod si quis Græca verba prioris partis hujus epistolæ Constantini legere desiderat, habentur apud Gelasium Cyzicenum in fine lib. III.*

Συμμύσσης. Epiphanius vertit exultorem, quod non probe. Jacobus Sirmundus consortem interpretatur, Christophorus vero administrum. Joachimus autem Camerarius sic transtulit: *Nimirum Eusebius crudelitate tyrannica iniuriatus.* Ego consicium malum interpretari, συμμύσσης proprie est istidem sacris iniuriatus, quem Latini vocant consecraneum.

Ὅτι γὰρ τῶν ἁγίων πατράδων τοῦ τυράννου. Dux potestatem voces desunt in editione Basiliensi et in manuscripto codice Henrici Savillii. Quas tamen necessarias esse nemo non videt. Certe Gelasius Cyzicenus et Epiphanius Scholasticus, et vetus interpres apud Baronium eas agnoscit. Delenda potius sunt dux voces quæ præcedunt τῶν ἁγίων, quæ sensum turbant, nec habentur in codice Leonis Allatii, nec apud Gelasium Cyzicenum, nec in versione Epiphani Scholastici. Cæterum valde probe, quod Epiphanius et vetus ille interpres a Baronio relatus, πρόφυγα verterunt clientem. Camerarius transfugam vertit pessime omnino, deceptus scilicet prava lectione codicis Basiliensis.

Ἐπρωματεύσαντο συνδρομαί. Vetus interpres hunc locum ita vertit: *Nihil enim de factis in me injuriis modo dicam, per quas cum maxime adversarum partium festinaverunt concursiones.* Epiphanius autem Scholasticus sic interpretatur: *Per quas quando maxime adversarum partium insidia discurrebant, iste etiam oculos contra me habebat intentos.* Ex his apparet utrumque hoc loco legisse ἔτι μάλιστα, non ἔτι ut vulgo legitur. Ita quoque legit Joachimus Camerarius, ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit: *Nam de illius erga me contumeliis nunc non loquar. Quibus cum savirent maxime adversariorum concursiones, ipse oculos speculatores adversum me intendebat.* Nec dubito quin hæc verissima sit scriptura hujus loci. Sic enim sequentia cum antecedentibus egregie conveniunt. Sirmundus tamen et Christophorus non vulgatam scripturam secutus ita vertit: *Nihil enim de illatis in me injuriis nunc dicam, per quas maxime adversarum partium concursus procurabantur.* Atqui πρῶματεύσαντο passivam non habet significationem.

Ὁρθολογὸς κατωσκόπος. Presbyteros æ diaconos Eusebii intelligit, quos sub initium belli inter Constantinum et Licinium Eusebius ad Constantinum miserat, ut, sub legationis prætextu, Constantini consilia et apparatus bellicum explorarent, ut paulo post indicat Constantinus in hac epistola. Erat enim Eusebius sub ditione Licinii. Nec vero arguit eum Constantinus quod Licinii partibus adhaerent. Nam cum esset sub ditione Licinii, ut jam

dixi, imperatori suo favere omnino debuit. Sed reprehendit, quod speculatores contra ipsum submisisset, ac propemodum militarem operam navasset Licinio. Quæ prorsus indigna sunt sacerdote.

Ὁ καὶ πάλιν ἐχρῆν. In editione Basiliensi legitur ἔπαρ καὶ πάλιν. Sed longe rectius in codice Leonis Allatii et apud Gelasium Cyzicenum scriptum est καὶ πάλαι ἐχρῆν, etc., absque articulo, qui elegantius omittitur quam repetitur. Atque ita legit vetus interpres hujus epistolæ apud Baronium; sic enim vertit: *Et jam pridem oportebat a vestro pendere iudicio.*

Ἐπιτῶς τῶν τότῃ. In codice Leonis Allatii et apud Gelasium Cyzicenum scriptum est ἐπιτῶς. Sane doesse hoc loco vocabulum quod hæc adjectivo respondet, indicat interpretatio tam Epiphani Scholastici, tum interpretis innominati. Nam Epiphanius quidem ita vertit: *Nam prædictus Eusebius pessima conscientiarum suarum tultione huc ventisset.* Innominatus autem interpres sic transtulit: *Nisi prædictus Eusebius cum turbulenta magnitudine eorum qui cum sequebantur, huc pervenisset; et ordinis rectitudinem impudenter conturbasset.* Quibus verbis significat Constantium Eusebium ad episcopatum Nicomediensem pervenisse, non electione cleri ac populi, sicut ordo Ecclesiam postulat, sed per vim ac potentiam eorum qui Eusebio favebant. Hortatur igitur Nicomedienses, ut jus suum recuperent, et exturbato Eusebio impietatis doctore, alium eligant orthodoxum episcopum.

Συνεπεράχθη. Corrupta vox: pro quo substituendum videtur συνετεράχθη. Atque ita plane legitur apud Gelasium Cyzicenum.

Μέμνηται ἡ ἑμετέρα ἀρετικαία. Supra notavi, epistolam hanc ad Nicomedienses a Constantino scriptam esse, nondum tribus mensibus elapsis a synodo Nicæna. Verum hic locus sententiam nostram videtur refellere. Etenim Constantinus imp. Nicomedienses alloquens, in memoriam eis revocat synodum Nicenam, cui et ipse interfuerit. Id vero dici non potest de re adeo recenti, et ante tres menses gesta. Quare necesse est at hæc epistola a Constantino scripta sit, anno ut minimum elapse post concilium Nicænum. Atque ita falsus fecit Philostorgius, qui Eusebium in exilium potius esse dicit post tres menses quam synodus Nicæna celebrata fuerat.

PAG. 51. *Ἀλεξανδρεῖας τινὰς.* Baronius quidem hos Melitianos fuisse existimat, quos Constantinus post synodum Nicenam, cum tumultus Alexandria excitarent, Byzantium ad se evocaverat. Ego vero Arianos potius illos fuisse crediderim. Atque id plane testantur episcopi Ægypti in epistola synodica quam ad omnes Ecclesie catholice episcopus miserunt pro defensione Athanasii. Verba eorum hæc sunt: *Ὁδῶτε γὰρ ἀκριβῶς, ὅτι Ἀμφίων μὲν ἐν Νικομηδείᾳ, Χρηστός δὲ ἐν Νικαίᾳ κατεστάθησαν ἀντ' αὐτῶν, διὰ τὴν οὐκ εὐλαίαν ἀρετικίαν, καὶ τὴν πρὸς τοὺς Ἀρειομανίτας κοινωσίαν, τοὺς ὅτι τῆς συνόδου τῆς οὐκουμένης ἀποδοκιμασθέντας.* Id est: *Beati siquidem cognitum habetis, Amphionem Nicomediae, Chrestum vero Nicææ, in eorum locum ob impietatem et communionem quam cum Ariano a Nicæno concilio reprobatis habuerant, episcopos constitutos esse.* Sed et verba quæ sequuntur in hac Constantini epistola, satis indicant id quod dixi, Alexandrinos illos Arianos fuisse, non Melitianos. Sequitur enim τῆς ἑμετέρας πίστεως ἀναχωρησαντας. Quod Arianos quidem optime convenit: de Melitianis vero dici non potest; quippe qui achiismatici tantum essent, non autem hæretici; et quæ tempore hæc epistola scripta est, nondum Ariano esse adjunxissent.

Τῇ τῆς συνόδου ἀληθείᾳ. Hunc locum correxi ex mss. codicibus Allatii et Savillii, quibus etiam

consentit Gelasius Cyzicenus et editio Basiliensis, in hunc modum : Οὐδὲ ἡ τῆς συνόδου ἀλήθεια πρὸς μετόνοιαν τετηρήθει. Quam emendationem confirmat Epiphanius Scholasticus et anonymus interpres : sic enim vertunt : *Sed isti boni et optimi nimis episcopi, quos semel concilii veritas ad poenitentiam reservabat.* Eusebium ac Theognium intelligit, qui cum ante Nicænam synodum et in ipsa synodo patrocinium Arij suscepissent, Patres synodi Nicænz eos una cum Ario damnare primum voluerant. Postea tamen intercedente pro ipsis Constantino, cum Nicænz fidei in speciem subscripsissent, synodus eis pepercerat, ad poenitentiam eos reservans, ut loquitur Constantinus. Porro ἀλήθεια hoc loco sinceritatem fidei significat, ὀρθοδοξίαν : opponiturque fraudi ac simulationi Eusebii et Theognii.

Τούτοις ἔκρινα πρᾶξαι. In edit. Bas. excusum est τούτοις ἔκρινα πρᾶξαι : Optime modo utramque simul vocem retineamus.

Καὶ διαπράξασθαι οὕτως ἀγνοῦς. Jacobus Sirmundus hunc locum in editione sua aliter distinxit, hoc modo : Καὶ διαπράξασθαι οὕτως ἐπισκόπου ἀγνοῦς τε καὶ ὀρθοδόξου καὶ φιλανθρώπου χαίρωμεν. Et locum sic interpretatus est : *Atque ita perficisse sanctos et orthodoxos, hominumque amantes episcopos gaudemus.* Verum hæc interpretatio ferri non potest. Expunxit enim Sirmundus verbum ἔχοντες, contra fidem atque auctoritatem omnium codicum. Sed longe facilius erat locum restituere absque ulla mutatione, hoc modo : Καὶ διαπράξασθαι οὕτως, ὡς ἐπισκόπου ἀγνοῦς τε καὶ ὀρθοδόξου καὶ φιλανθρώπου ἔχοντες χαίρωμεν. Atque ita legit anonymus interpres hujus epistolæ, jam toties a nobis laudatus. Sic enim vertit hunc locum : *Nunc vestrum est, ad Deum fide illa respicere, qua semper et fuisse constat et esse decet : et sic peragere ut episcopus castus et orthodoxus et clementes habentes gaudeamus.*

In caput XXI.

Καὶ ἐγγὺς βασιλέως φοιτῶν. In codice Savilii præpositio additur hoc modo, καὶ ἐγγὺς παρὰ, etc. In Basiliensi autem editione ita legitur καὶ θαυμά παρὰ βασιλέως φοιτῶν quod magis placet. Errat autem hic Theodoretus, qui Eusebium Constanti-nopoleos episcopum fuisse putat, tunc cum Eustathium Antiochenum e sede sua exturbavit. Nam Eusebius in episcopatu Nicomediensi usque ad Constantini obitum perseveravit : quippe qui Constantinum paulo ante mortem baptizavit Nicomediæ, cum adhuc esset illius urbis episcopus, ut testatur Hieronymus in *Chronico*. Idem quoque probari potest ex Ammiano Marcellino, qui in lib. xii scribit Julianum Nicomediæ educatum fuisse ab Eusebio episcopo ejusdem loci, quem genere longius contingebat. Atqui Julianus natus est anno Christi 351, ut notavi ad lib. xxv Marcellini. Quomodo igitur educari potuit Nicomediæ ab Eusebio episcopo, si Eusebius jam ante hunc annum, relicto Nicomediæ episcopatu, ad CP. sedem transierat. Omitto locum Athanasii in epistola ad solitarios, ex quo manifeste convincitur Eusebium non Alexandro, sed Paulo successisse in episcopatu CP.

In caput XXII.

PAG. 53. *Ἐὐδάλιον.* Post Eustathium, Antiochen-sis episcopus factus est Paulinus, qui tunc episcopus erat Tyri, ut notavi ad lib. x *Historiæ ecclesiasticæ* Eusebii. Cui successit Eulalius, quem admodum testatur Philostorgius apud Suidam voce Ἄετιος.

Εὐσέβιον μεταθεῖναι. Non possum assentiri Theodoro, qui post mortem Eulalii Eusebium Cæsariensem ad episcopatum Antiochenæ urbis vocatum fuisse dicit. Nam Eusebius ipse in lib. iii *De vita Constantini* aperte indicat, id statim post de-

positionem Eustathii factum fuisse. Sed et littere imperatoris Constantini ibidem ab Eusebio relatæ, id ipsum non obscure indicant. Hieronymus tamen in *Chronico* Eusebium post Euphronium ponit, cum tamen Eusebius nunquam fuerit Antiochenus episcopus.

Πλακερτέω. Hujus episcopi nomen variis modis scribitur. Interdum enim Πλάκτιος, alias Φλάκτιος exaratur, ut notavi ad *Historiam Socratis*. Sed verum hujus nomen fuit Φλάκκιλος, ut scribitur apud Eusebium in libris contra Marcellum, et apud Athanasium in *Apologia*. Ex quo discimus eum interfuisse concilio Tyri, quod factum est anno 335 natalis Dominici. Quare ante hunc annum episcopus antiochenus factus fuerit necesse est. Quod quidem egregie convenit cum supputatione annorum quos Eulalius et Euphronio tribuit Theodoretus ac Philostorgius. Etenim Paulinus, qui primus Eustathio successit, sex tantum mensibus eo munere est perfunctus, teste Philostorgio in lib. iii. Eulalius quoque brevi post electionem mortuum esse testatur Theodoretus. Euphronio autem annum et aliquot menses assignat. Ita tres illi episcopi trium circiter annorum spatio sedem illam administrarunt. Cum igitur Eustathius anno Christi 329 aut 330, exutus fuerit episcopatu, ut ad Eusebium demonstravi : Flaccillus circa annum Domini 333 ad episcopatum Antiochenensem promotus videtur. Huic annos 12 episcopatus tribuit Nicephorus patriarcha, qui eum Φακίλλιον nominat et interfuisse scribit synodo Antiochenæ quæ in exæniis celebrata est anno Christi 342. quod testatur etiam Socrates in lib. ii, cap. 8.

In caput XXV.

PAG. 57. *Βεβαταὶς ἄλλισι.* Hunc locum supplervi ex codice Leonis Allatii, cui consentit codex Savilii et Basiliensis editio : nisi quod in istis legitur Βεβαταὶς σωτηρίας ἔλπισι : sed melior est scriptura codicis Allatiani, quam confirmat Epiphanius Scholasticus.

Γεώδη λαμπηδόνα. Epiphanius Scholasticus locum hunc ita vertit : *Omnemque terrenam flammam nimis devito.* Vide quæ notavi ad lib. iv *De vita Constantini*, ubi hæc ad Saporem epistola refertur. Sed nec de incantationibus ac mysteriis paganorum hunc locum ibi exposuerim : nunc tamen re attentius examinata, malim hæc Constantini verba interpretari de igne quem Persæ colebant, ut cuncti sciunt.

Ὅλα γένη κατέρρηψε. In codice Leonis Allatii scriptum est, πολλά τῶν ἰσθῶν καὶ ἄλλα γένη κατέρρηψεν.

PAG. 58 *Ἀνναστασία καταρρήγνυς.* Codex Allatii habet καταρῆν, id est contringens.

Ἐμὴν αὐτοῖς πέπεισμα. Ita legitur etiam apud Eusebium in lib. iv *De vita Constantini*. Verum hæc locutio plane barbara est. Itaque codex Leonis Allatii substituit πεπλομεθα. Sed melior est scriptura editionis Basiliensis, quam confirmat codex Savilii, πεπλομεθα.

Ὅστι σοὶ κάκιστοις. In manuscripto codice Savilii et in editione Basiliensi legitur, ὅτι σοὶ κάκιστοις. Verum in codice Leonis Allatii scribitur, ὅτι σοὶ κάκιστοι, id est, *Nam et illi, tui sunt.* Quæ scriptura omnium rectissima mihi videtur. Apud Eusebium in lib. iv *De vita Constantini*, legitur ὅτι σοὶ κάκιστοι, ubi vide si placet quæ notavi.

PAG. 59. *Ἀρμοδίως τῆς αὐτοῦ.* Rectius apud Nicephorum in cap. 38 lib. viii legitur, Ἀρμοδίως τῆ αὐτοῦ φιλανθρωπία. Apud Eusebium quoque αὐτοῦ scribitur.

In caput XXVI.

Μετὰ μῆνας πέντε. Idem scribit Athanasius in Apologetico secundo *Contra Arianos*, pag. 777 editionis Parisiensis : Οὕτω γὰρ πέντε μῆνες παρῆλ-

θον, καὶ ὁ μὲν μακαρίτης Ἀλέξανδρος τετελεύτηεν.

ΡΑΓ. 60. Τοῦ χοροῦ δὲ τῶν διακόνων ἡρώμενος. Id est Archidiaconus. Cæterum ex hoc loco manifeste colligitur, archidiaconos non stipendorum ordine ad eum locum pervenire solitos, sed ex episcopi arbitrio ac voluntate promotos fuisse. Etenim Athanasius admodum juvenis fuisse dicitur a Theodoro, quo tempore Alexandrinæ Ecclesiæ erat archidiaconus. Hinc est fortasse quod archidiaconus vulgo corepiscopi vocabatur, ut scribit Joannes abbas, in libro *De translatione reliquiarum sanctæ Glodesindis*, ubi ait: *Hujus rei novitas dum ad notitiam supra memorati pontificis pervenisset, morarum impatientis mox in crastinum ad hoc inspiciendum sacrorum ministros cum archidiacono majore, quem cor episcopi dicunt, direxit.* Oium tamen eo loco chorepiscopium scribendum esse existimabam. Sed nihil temere mutandum est in veteribus libris, quoties vulgata scriptura defendi non incommode potest.

Ἐπὶ Μελέτιος. In editione Basiliensi deest adverbium. Quam scripturam valde probo.

Τῶν στρατιωτῶν τираς. Hujus loci emendatio debetur codici Henrici Savilii, in quo ita legitur: Τῶν τούτου στασιωτῶν μισθωσάμενοι, etc. Ita quoque habet Basiliensis editio, nisi quod στασιαστῶν præfert. Sed melior est Scriptura codicis Saviliani. Græci enim στασιώτας vocant eos qui sunt ejusdem factionis in civilibus dissidiis, ut docent Hesychius et Favorinus. Sic loquitur Herodotus in lib. 1, ubi de Pisistrato scribit. Certe vulgata lectio ferri non potest. Neque enim Eusebiani, milites conduxerunt, sed clericos quosdam ex Meletii factione, quemadmodum testatur Athanasius in Apologetico secundo adversus Arianos, ex quo hæc hausit Theodoretus. Confirmat hanc emendationem Theodoritus ipse in cap. 28 hujus libri.

Τελωνεῖ μὲν τὴν Αἴγυπτον. Prima accusatio Athanasii per Meletianos facta, fuit de tunicis lineis, quarum canonem Ægyptiis ab Athanasio impositum atque exactum fuisse sinxerunt, ut scribit Athanasius in supradicto Apologetico iis verbis: Πλάττονται πρώτην κατηγορίαν περὶ στιχαρίων λινῶν, ὡς ἐμοῦ κανόνα τοῖς Αἰγυπτίοις ἐπιβάλλοντος. Improprie igitur locutus est Theodoretus. Nam τελωνεῖν proprie dicitur de vectigalibus. Hoc autem tributum fuit linearum vestium, quod Athanasius imposuisse dicebatur. Ipse enim canonem vocat: vox de tributis tantum dicitur.

In caput XXIX.

ΡΑΓ. 62. Οὕτω δὴ τῶν ἐπισκόπων. In codice Leonis Allatii hic locus auctor est aliquot vocibus hoc modo: Οὕτω δὴ τῶν ἐπισκόπων περὶ τοὺς ἐξήκοντα συναχθέντων, etc. Verum hæ voces non sunt Theodreti, sed Theodori Lectoris, qui eas supplevit ex *Historia* Socratis ac Sozomeni; quod et alibi facere consuevit in *Historia* sua tripartita,

In caput XXXI.

ΡΑΓ. 65. Καὶ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ δομηθέντας ρεῖς. Unam duntaxat basilicam Hierosolymis ædificaverat Constantinus: ad cujus dedicationem evocavit

episcopos qui erant tum congregati in urbe Tyre, ut testatur Eusebius in lib. iv. *De vita Constantini*. Improprie igitur locutus est Theodoretus, qui ecclesias in plurali numero dicit a Constantino constructas. Nisi forte Anastasim et Martyrium seu basilicam Sanctæ Crucis pro duabus ecclesiis accepit. Sic certe videtur eas distinguere in Commentariis in Ezechielem cap. XLVIII: Ἐτι νῦν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἡ τε τοῦ Σταυροῦ ἐκκλησία καὶ ἡ Ἀνάστασις καὶ ἡ Ἀνάληψις, καὶ ἡ ἐν τῇ Σιών ἐκκλησία, καὶ ἡ ἱερὰ Βεθλεὲμ, etc. Et paulo post: Πόλις ἄρα τῶν εὐκτηρίμων πλέον τὴν τοῦ Σταυροῦ ἢ τῆς Ἀναστάσεως. Vide, si placet, epistolam nostram de Anastasi, quam edidi ad calcem adnotationum Eusebianarum.

Συναπέλευσε δέ. In editione Basiliensi legitur συναπέστειλε δέ, etc., quod magis placet.

Τριακοστὴν δέ τοῦτοϋ. Vide quæ notavi ad librum v Eusebii *De vita Constantini*, p. 248.

In caput XXXIII.

ΡΑΓ. 66. Κρύπτουσι μὲν τὴν ἀλήθειαν. Magis placet scriptura quam reperi in manuscriptis codicibus Savilii et Allatii, et in editione Basiliensi: Κρύπτουσι μὲν τὴν πονηρίαν.

In caput XXXVI.

Τὰ νῦν περὶ τὴν θήκην καὶ τὸν ἀνδριάντα γράμματα. Hunc locum non intellexerunt interpretes. Nam Joachimus quidem Camerarius ita vertit: *Quibus si qui fidem non habent, contemplati monumentum, statuamque illius, credant non solum scriptis, sed etiam Domino qui dicit, etc.* Camerarii versionem secutus est in editione sua Jacobus Sirmundus. Christophorus vero hunc locum ita interpretatur: *Quibus si quisquam minime fidem habet cum magnifica illa opera, quæ circa ejus sepulcrum et statuam hodie cernuntur, oculis aspexerit: credat saltem sacris Litteris et Domino dicenti: glorificans me glorifico, & etc.* Atqui non hoc dicit Theodoretus, sed eos qui nolunt credere Eusebio, et aliis qui de honoribus Constantino post obitum delatis scripsere, admonet ut ea quæ ad sepulcrum et ad statuam illius sunt, contemplari velint. Quænam vero sint illa quæ ad sepulcrum et ad statuam Constantini stebani, docet nos Philostorgius in lib. II. *Historiæ*, cap. 18: Οὗτος ὁ θεομάχος, καὶ τὴν Κωνσταντίνου εἰκόνα τὴν ἐπὶ τοῦ πορφυροῦ κίτους ἰσταμένην θυσίαις τε ἱλάσκεσθαι, καὶ λυγροταῖς καὶ θυμιάμασιν τιμᾶν, καὶ εὐχὰς προσάγειν ὡς θεῷ, καὶ ἀποτροπαίους ἰκετηρίας τῶν δευνῶν ἐπιτελεῖν τοῦ Χριστιανοῦς κατηγορεῖ. *Hic etiam Dei hostis Christianos accusat, quasi Constantini imaginem in perphyretica columna stantem sacrificiis propitiarent, lucernis atque odoribus colerent, precesque velut Deo allegarent. et ad depellenda mala ei supplicarent.* Adde his ea quæ scribit auctor *Chronici Alexandrini*, pag. 665 et 667; sunt enim optimæ notæ. Porro hæc pompa celebrabatur quotannis die undecimo mensis maii, qui natalis erat urbis Constantinopolitanæ, ut ibidem scribit auctor ejus *Chronici* et Hesychius in *Originibus CPP*.

HENRICI VALESII

ADNOTATIONES

IN LIBRUM SECUNDUM HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ THEODORETI.

In caput primum.

PAG. 69. *Ἐτη δύο καὶ μῆνας τέσσαρας.* Non possum assentiri Theodoro, qui Athanasium biennii et quatuor præterea mensium spatio Treviris in exsilio commoratum esse scribit. Missus est enim in exsiliū sub exitu anni 335, Constantio et Albino coss. Nam synodus Hierosolymitana quæ ad dedicationem Basilicæ Constantini convenit, congregata est mense Septembri, ut observavi in Adnotationibus ad librum IV Eusebii *De vita Constantini*. Postquam synodus cum episcopi a Constantino inde evocati ut gestorum rationem redderent, Athanasium apud ipsam accusavissent, deceptus ab iis imperator Athanasium in Gallias relegavit. Idem postea ab exsilio revocatus est anno Christi 337, XV Kalendas Julias, ut demonstravi in lib. I *Observationum ecclesiasticarum* ad Socratem et Sozomenum, cap. 1. Ex quo efficitur, Athanasium non toto biennio exulasse.

In caput II.

Ἀπσταλῆναι συνῶδη. Recte in codice Saviliano scribitur ἀπεστάλθαι. Sed vox quæ sequitur delenda est; quippe quæ nec apud Athanasium nec apud Socratem legatur. Quare merito eam Sirmundus expunxit.

Ἐπιπλεονάζειν. Rectius in editione Basiliensi, legitur ἐμπλεονάζειν.

PAG. 70. *Ἄστοι καὶ χωρητικοί.* Alexandrini rusticanos homines χωρικῶς vulgo appellabant, ut observavi in Adnotationibus ad Eusebium, pag. 130, ac fortasse ita scribendum est hoc loco. Nam vox χωρητικοί non placet. Rustici enim dicuntur a Græcis χωρίζω: ex quo formari potest χωρητικὸς ut ex ναύτης; sit ναυτικός, quod nautam significat. Theophanes in *Chronico*, pag. 459, loquens de electione Dioscori junioris episcopi Alexandr. ἀνεχώρησαν ἰνῆναι, τὰ πλήθη τῶν χωρικών. Ubi Anastasius Bibl. recte interpretatur multitudinem rusticorum.

In caput III.

PAG. 71. *Καὶ ἅμα φοιτῆν.* Non dubito quin Theodoretus scripserit καὶ θαμὰ φοιτῆν παρ' αὐτῶν ἐκελεύετο. Sic enim in lib. I, cap. 21, ubi agit de Eusebio Nicomediensi: Καὶ θαμὰ παρὰ βασιλέως φοιτῶν, sic enim legitur in editione Basiliensi; quamquam commodius ibi scriberetur παρὰ βασιλέα. Nos igitur hoc loco editionem Sirmundi secuti sumus.

Κατιῶν δὲ εὐριπτόν. Rectius in codice Leonis Allatii scribitur εὐριπίστον. Nam εὐριπτός adjective sumi non solet.

Θεῶν Ἐσαγγεῶν τῆν ἑρμηνείαν. Matthæi scilicet et Joannis, ut testatur Hieronymus in libro *De scriptoribus ecclesiasticis* ita scribens: *Theodorus, Heracleæ Thraciarum episcopus, elegantis apertique sermonis et magis historicæ intelligentiæ, editit sub Constantio principe Commentarios in Matthæum, et in Joannem, et in Apostolum, et in Psalterium.* Paulo aute pro ἐλλόγιμος, in editione Basiliensi τῶν ἐλλογίμων legitur, quod magis probo.

In caput IV.

Τῷ τῆς Ἐκκλησίας ἐπόμνος νόμος. Obscurum est, quam legem hic intelligat Theodoretus. An

PATROL. GR. LXXXII.

legem qua jubetur ut nonnisi utraque parte audita promatur sententia? De qua lege loquitur Athanasius in apol. 2 *Adversus Arianos*, pag. 799; an legem qua licebat episcopo Romano reum et accusatores Romam evocare. Sed prior expositio magis placet.

Οἱ δὲ τὸ δρᾶμα εἰδότες ὡς καὶ. Tres postremæ voces desunt in codice Saviliano et in editione Basiliensi. Quocirca eas expunximus, præsertim cum verbum εἰδότες paulo post occurrat in hæc periodo.

PAG. 72. *Ἐξ ἑτῆ δὲ θηρών.* Recte hoc loco Theodoretus annos enumerat, quibus Gregorius, pulso Athanasio, Alexandrinam sedem tenuit. Ordinatus enim est Gregorius in concilio Antiocheno quod in encænii celebratum est, Marcellino et Probio coss., anno Christi 344. Mortuus autem est aliquot mensibus post Serdicensè concilium, ut testatur Athanasius in epistola ad Solitarios, id est anno Christi 347. Itaque Theodoretus recte hoc loco emendat errorem Socratis atque Sozomeni, qui Gregorium paulo post ordinationem amotum esse tradunt. Sed quod addit Theodoretus illum ab Alexandrinis discerptum fuisse, vereor ne in hoc falsus sit, et Gregorium cum Georgio confuderit. Nam Gregorium sua morte obiisse testatur Athanasius in epist. ad Solitarios, iis verbis: Ἐἴτα μετὰ μὴνᾶς πού δεκά τελευτήσαντος Γρηγορίου, μεταπέμπεται καὶ Ἀθανάσιον.

Ἦν ἐκείνος συνήλθε. In editione Basiliensi scriptum inveni συνήλθε, quod non displicet.

In caput V.

Ἀλλὰ τοῦτον τηρικᾶντα οὐκ ἔλασεν. Corrigit hoc loco Theodoretus errorem Socratis ac Sozomeni, qui Paulum ante Serdicensè concilium una cum Athanasio ad Constantem profugisse scribunt, et in Serdicensi demum synodo restitutum esse. Contra vero Theodoretus affirmat, Paulum tunc cum Serdicensis synodus celebrata est, episcopatum Constantinopolitanum, nullo prohibente, obtinuisse, nec interfuisse Serdicensè concilio, sed a civibus suis prohibitum esse ne illuc se conferret. Certe ex epistola synodica Orientalium apud Serdicam episcoporum, aperte colligitur Paulum non interfuisse Serdicensè concilio.

In caput VII.

PAG. 73. *Περτήκορτα καὶ διακόσιοι.* De numero episcoporum qui Serdicensè synodo interfuerunt, vide quæ notavi ad lib. II *Hist. Socratis*.

In caput VIII.

PAG. 74. *Νόμον γὰρ ὑποβυλόντες.* Apud Athanasium in Apologetico secundo contra Arianos, ubi hæc synodica Serdicensis concilii refertur, scriptum est, νόμον γὰρ ὑποβάλλοντες διδασκαλίαν, etc. In Basiliensi quoque ed. legitur ὑποβάλλοντες.

Σάρδεων πόλιν. Secuti sumus hoc loco scripturam editionis Basiliensis, quæ pro Σάρδεων habet Σαρδικησίων. In Athanasio, Σάρδεων legitur. Græci enim hanc urbem confundere solent, modo cum Sardinia insula, modo cum Sardibus Asiæ. Infra tamen Basiliensis editio habet, Εἰς τὴν Σαρδέων πόλιν, etc., accentu mutato.

Ὅς καὶ τὰς ὑμετέρας ἀνοίας. Apud Athanasium hic locus ita legitur, καὶ ἰσως καὶ τὰς ὑμετέρας, etc., quemadmodum edidit Jacobus Sirmundus. Epiphanius vero Scholasticus hunc locum sic legit, ὡς καὶ τὰς ὑμετέρας ἀνοίας, etc. Sic enim vertit, *Forsan etiam ad vos ipsos detractioes hujusmodi pervenerunt, quomodo etiam nostras aures ventilare conati sunt.* Sed et codex Leonis Allatii scriptum habet, ὡς καὶ τὰς ὑμετέρας. Mihi quidem hæc scriptura valde placet. Vetus tamen interpres apud Hilarium in fragmentis libri de Synodis, particulam ὡς expungit, retenta in reliquis vulg. lect.

PAG. 75. *Καὶ δι' αὐτὰς τὴν εἰς οὐρανὸν ἀνοδὸν.* Apud Athanasium in secundo Apologetico scribitur, καὶ δι' αὐτοῦ τὴν εἰς οὐρανὸν ἀνοδὸν πᾶσιν ἡμῖν δωδωκώς. Id est, *Qui aditum nobis omnibus in cælum ascensione sua reservavit.* Nostri tamen codices nihil mutant: et Hilarius atque Epiphanius Scholasticus vulgatam lectionem tuerentur. Sic enim vertit Hilarius: *Est enim gubernator Ecclesiarum Dominus, qui pro Ecclesiis et pro omnibus nobis mortem sustinuit, et propter eas Ecclesias, ascensum in cælum omnibus nobis tribuit.* Epiphanius vero ita interpretatur est: *Et per eas ascensum ad cælum nobis omnibus condonavit.*

Ὁ περὶ Ἐυσέβιον καὶ Μάρτυρ καὶ Θεόδωρον. Apud Athanasium in secundo Apologetico contra Arianos hic locus longe aliter legitur. Unius enim Eusebii fit mentio, qui litteras contra Athanasium misit ad Julium episcopum urbis Romæ. Reliquorum autem episcoporum nomina non habentur. Quam lectionem confirmat Hilarius in fragmentis: ubi Menophanti et Stephani episcoporum nomina omituntur, optime in eo quidem iudicio. Etenim hæc epistola quam Eusebius Nicomediensis ad Julium scripsit, missa est aliquot annis ante Antiochense concilium quod in encænisi celebratum est, ut ostendimus in lib. 1 *Observationum ecclesiasticarum.* Atqui eo tempore Stephanus nondum Antiochensium episcopatum regabat; sed Flaccillus, qui Antiochensi synodo interfuit, ut docet epistola Julii papæ ad episcopos qui Antiochiæ congregati fuerant. Male ergo Theodoretus, sive quis alius Menophanti ac Stephani nomina hic apposuit. Plures quidem fuisse fateor qui una cum Eusebio litteras scripserunt ad Julium papam adversus Athanasium. Id enim manifeste testatur Julius ipse in epistola ad Orientales, quam refert Athanasius, pag. 745. Verum ex eorum numero non fuisse Stephanum, pro certo habeo.

Ἐγραψαν δὲ καὶ οἱ ἀπὸ τῶν ἁλλωτέρων μερῶν. Intelligentes Patres Serdicensis epistolam synodicam episcoporum Ægypti, scriptam ad Julium et ad omnes episcopos Ecclesiæ catholicæ, quam primo loco refert Athanasius in secundo Apologetico contra Arianos; et cujus mentionem facit Julius in ep. ad Orientales apud Athanasium, p. 745.

Εἰ καὶ τὰ μάλιστα. Apud Athanasium scribitur καὶ εἰ καὶ τὰ μάλιστα, etc. Mallem tamen scribere εἰ καὶ δὲ τὰ μάλιστα, etc., ut legit Camerarius.

Τοῦτοις καὶ εἰς πρόσωπον συστήναι. Hilarius vertit: *Qui enim habent fiduciam probare ea quæ absentes dicunt, hoc presentes parati sunt convincere.* Atque ita fere reliqui interpretes, uno excepto Camerario, qui vocem τοῦτοις non in neutro accepit, sed de rebus ipsis intellexit. Sic enim vertit: *Qui enim se quæ dicere de aliis, probaturos esse confidunt, ne in faciem quidem illos accusare metuunt.*

PAG. 76. *Ἀρέστη γοῦν συλλειτουργός.* Pessime hunc locum verterunt interpretes, Epiphanius scilicet, Camerarius et Christophorus, qui putarunt Theodulum episcopum comparuisse in Serdicensi concilio. Atqui Theodulus hoc loco diserte μακαρίτης appellatur, id est beatæ memoriæ. Quod non nisi de mortuis dici solet, ut cuncti sciunt. Recte igitur Hilarius hunc locum ita vertit: *Decessit enim coepiscopus noster beatissimus*

Theodulus, fugiens ipsorum infestationem. De hoc Theodulo Trajanopolis in Thracia episcopo vult Athanasium in epistola ad Solitarios, pag. 821; et in Apologetico quem de fuga sua conscripsit. Et quibus tamen locis colligi videtur, Theodulum hunc adhuc superstitem fuisse post concilium Serdicense. Quod si ita est, tum hoc loco ἀρέστη vertendum erit, recessit, vel sedem suam reliquit. Porro in vulg. ed. Athanasii hoc verbum desideratur.

Ἀλογώμενοι γάρ. Apud Athanasium hic locus ita legitur ἡγόνοντο μὲν γὰρ ὁμολογεῖν & δεδράκασι· διὰ δὲ τὸ μὴ δύνασθαι λοιπὸν, etc. Vulgatam tamen Scripturam tueretur Hilarius et Epiphanius Scholasticus. Quamquam Hilarius verbum ὁμολογεῖν, quod apud Athanasium legitur, in sua quoque versione agnoscit. Sic enim habet: *Hæc igitur considerantes, in angusto se teneri pervidebant: erubescens quidem confiteri ea quæ commiserant, eo quod de cætero non possent ea diutius occultare.*

PAG. 77. *Καὶ ἀποδουρομέων.* Post hæc verba duæ voces dearent in vulgatis editionibus, quas supplevi ex mss. codicibus Savillii et Allatii, et ex Athanasio in Apologetico secundo contra Arianos.

Ἄλλως τε λέγουσιν. Hic locus aliter legitur apud Athanasium, hoc modo, Ἄλλως τε & λέγουσιν ὑπομνήματα ἔχειν κατ' αὐτοῦ, κατὰ μονομέρειαν συνέστηκε γερνηθῆναι. Quomodo edidit Jacobus Sirmundus. Nec dubium est quin hæc scriptura vulgatæ lectioni anteposenda sit. Certe Hilarius legit συνέστηκε, ut ex versione ejus apparet.

Καὶ διαψύσασθαι. Apud Athanasium et in editione Jacobi Sirmundi legitur, καὶ διελέγχεσθαι absque ullo sensu. Itaque malim legere, καὶ ἐλεγεσθαι, etc. Emendationem nostram confirmat Hilarius in Frag., qui hunc locum ita vertit: *Nam et ipse totius malitiæ Ischyrius commentator, exarsisse Athanasium quemdam de divinis Scripturis librum dicebat; ac de hoc convictus confiteri cepit, etc.*

PAG. 78. *Καὶ τοὺς πάλαι κατηγορηθέντας.* Rectius apud Athanasium legitur καθαιρεθέντας, quomodo etiam scriptum habet codex Savillii. Atque ita legit Hilarius, ut ex ipsius versione apparet.

Ἀπὸ δὲ πρεσβυτέρων. Hunc locum male, si fallor, acceperunt interpretes. Non enim simpliciter dicunt sancti Patres, Arianos promovisse quosdam presbyteros ad episcopatum (non enim grave id crimen fuisset); sed obiciunt Arianis quod multos, cum diaconos, tum presbyteros qui legitime depositi fuerant, non solum in communionem susceperint, sed etiam ad altiorem vexerint gradum, ἀπὸ πρεσβυτέρων. Igitur sunt depositi eis ordine presbyterii: quemadmodum ἀπὸ ἐπισκόπων, sunt episcopi depositi, ut legitur apud Palladium in Vita Joannis Chrysostomi.

PAG. 79. *Μαχαροὺ ἀπὸ Παλαιστίνης.* Ita legitur in cunctis exemplaribus et apud ipsum Athanasium. Scribendum tamen est ἀρετοῦ, ut legitur apud Hilarium in Fragmentis. Sic enim Athanasius alibi eum vocat. Et inter episcopos qui Serdicensi concilio subscripserunt, recensetur Arius a Palestina, et Asterius ab Arabia.

Διὰ τὸ ἀπειλεῖν καὶ ἐντέλλεσθαι. Apud Athanasium legitur καὶ ἐπαγγέλλεσθαι. Quæ si vera lectio est, necessario dicendum erit transposita esse vocabula, et verbum ἐπαγγέλλεσθαι priore loco reponendum. Vulgatam tamen lectionem interpretari commode possumus de mandatis imperatoris Constantii, quæ dederat diversis iudicibus adversus eos qui ab Orientalium consortio recessissent.

PAG. 80. *Εἰ καὶ βοηθήντες.* Rectius apud Athanasium scribitur εἰ καὶ φοβηθεὶς μὴ παρεγνετα. Et paulo post καθηρῆσθαι αὐτὸν διὰ τὸ καὶ τούτων, etc. Hæc enim de Georgio solo dicuntur, qui sibi metuens domi remanserat, nec una cum reliquis Orientis episcopis ad concilium venerat. Certo quæ sequuntur, aperte significant solum hic Georgium Laodicenum intelligi. Hic enim, dum esset

presbyter, ab Alexandro Alexandriae episcopo depositus fuerat, ut testatur Athanasius, tum in *Apologetico ad Constantium*, tum in libro *De synodis Arimini et Seleucia*. Sed et Hilarius in Fragmentis, hunc locum non aliter legit atque accepit quam Athanasius.

Ὁμοφώνως διασώζεσθαι. In his verbis clauditur epistola synodica concilii Serdicensis, tum apud Athanasium in secundo Apologetico contra Arianos, tum apud Hilarium in Fragmentis. Et post hæc verba additur solemniter salutato in hunc modum. Ἡ θεία πρόνοια καθωσιωμένους ὑμᾶς καὶ εὐθυμοῦντας διαφυλάττοι, ἀγαπητοὶ ἀδελφοί. Apud Hilarium vero hæc adduntur: *Optamus, fratres, vos in Domino bene valere*. Cætera quæ sequuntur apud Theodoretum de expositione fidei, spuria sunt et adulterina, ut docet certissimus auctor Athanasius in epistola synodica ad Antiochenses, pag. 576 editionis Parisiensis. Ubi hæc adjecta fuisse dicit a quibusdam, absque consensu episcoporum qui concilio interfuerant. Quibus reliqui episcopi acriter restiterunt, proclamantes contentos se esse Nicæna fide, nec quidquam ei ulterius addendum: ne fides a sanctis Patribus edita, imperfecta esse videretur, neve aditus daretur malis hominibus novas subinde fidei formulas procudendi. Ac profecto satis mirari non possum, Theodoretum istud ignorasse, aut si scivit, id dissimulasse. Quorum neutrum in Theodoro excusari potest.

Ὅτι γεννητός ἐστιν ἅμα καὶ ἀγέννητος. Hic locus corruptissimus est, nec ullum ex eo commodum sensum elicere poterunt interpretes. Ego vero levissima mutatione eum ita restituendum esse existimo, γεννητός ἐστιν ἅμα καὶ γενητός, hæc enim erat hæresis Arianorum, qui Filium Dei simul genitum et factum esse dicebant; et iis duobus vocabulis quæ unica littera inter se discrepant γεννητός et γενητός, imperitii hominibus illudebant. Hos igitur damnant sanctissimi Patres, seu potius ii qui appendicem istam composuerunt. Quantum porro discriminis sit inter ista duo vocabula, nemo est qui non videat. Idem dicendum est de duobus illis vocabulis ἀγέννητος et ἀγέννητος. Nicetas in *Thesouro orthodoxæ fidei*, lib. II, cap. 34, hanc differentiam notat his verbis: « Sciendum enim est quod ἀγέννητος, si per unicum v scribatur, id significat, quod nec creatum nec factum est: ἀγέννητον vero per duplex v, id significat, quod genitum non est. Jam priore significato, essentia differt ab essentia: alia enim essentia est increata seu ἀγέννητος per unicum v, aliaque item γεννητή seu creata. Posteriori vero significato essentia nihil quidquam ab essentia differt. Omnis enim animantium speciei prima hypostasis ἀγέννητος, hoc est ingenua, non autem ἀγέννητος, hoc est increata fuit, etc. Jam si priorem significationem sequaris, tres illæ divinæ hypostases inter se conveniunt. Nam consubstantiales et increatæ sunt: posteriorem vero si sequaris, haudquaquam conveniunt. Solus enim Pater ingenuus est, » etc. Idem longe ante Nicetam notarat Epiphanius in hæresi Origenistarum cap. 8, ubi reprehendit Origenem qui in Præfatione commentariorum in Psalmos, Filium Dei appellarat γενητόν θεόν. Ac nonnullos quidem Origenem excusantes contendisse scribit, idem esse γεννητόν et γενητόν. Contra vero affirmat Epiphanius hæc duo longe inter se differre. Γενητόν enim esse id quod factum est et creatum.

PAG. 81. *Ὁὕτως ἑαυτοῦς*. Codex Leonis Allatii hic una voce auctior est, hoc modo οὕτως γὰρ αὐτοῦς νοεῖ, etc. Sequentia vero non dubito quin sic emendanda sint ὅτι οὕτως εἰς τῶν γεγεννημένων ἐστίν. Id est sic, enim se intelligere profitentur genitum, quia ille sit unus ex iis quæ facta sunt. Emendationem nostram confirmat Epiphanius loco citato.

Γένεσιν ἔχει. Primam vocem addiderunt typographi Genevienses ex libro Christophorsoni. Sed

cum absit a mss. codicibus, nec habeatur in editione Basiliensi, nec in versione Epiphani Scholastici, merito eam expunxi, licet Sirmundus eam retinuerit, et pro ἕπερ emendaverit ὅπερ.

Ὁ ἐστὶ λόγος πνεῦμα οὐκ ἔχων. In editione Basiliensi duæ postremæ voces parenthesi includuntur, nec habentur in versione Epiphani Scholastici. Ego vero etiam priores libenter expungere, quippe quæ sensum huius loci conturbant. Quod si quis eas retinere voluerit, locus interpungendus erit hoc modo: μηδὲ εἶναι δύνασθαι ὃ ἐστὶ λόγος, πνεῦμα οὐκ ἔχων. Id est, nec verbum posse esse sine spiritu.

Ὁὐ πάντοτε γὰρ εἶναι. Hoc loco verba transposita esse jam pridem animadverti. Igitur ante hæc verba, collocanda est periodus quæ sequitur, hoc modo, ὅτι ὁ πάντοτε ὢν, ἀρχὴν οὐκ ἔχει λόγος. Ita plana sunt omnia.

Ἀληθῆ δὲ γίνω παραδιδόμεν. Duæ priores voces desunt in ms. codice Savillii et in ed. Bas.

Διαφέρει δὲ τῇ κοινῇ κτίσει. In codice Leonis Allatii κοινῇ κτίσει, optime meo quidem iudicio. Sic enim Apostolus vocat resurrectionem. Aiunt igitur sancti Patres Christum vocari primogenitum juxta humanitatem. Licet autem sit primogenitus humanum, præstantiorem tamen esse reliquis hominibus ob resurrectionis gloriam.

PAG. 85. *Δύο δὲ οὗν τῶν εἰς τὴν σαρδικίην*. Vincentium Capuæ, et Eufratam Colonæ Agrippinæ episcopos intelligit qui a synodo Serdicensi ad Constantium per id temporis Antiochiæ degentem missi sunt, petituri ab illo ut episcopos synodali sententia restitutos, ad sedes suas redire pateretur, ut docet Athanasius in epistola ad Solitarios, pag. 822, ubi etiam narrat scenam illam meretricis a Stephano conductæ et in episcopi dormientis cubiculum introductæ. De qua Theodoretus in sequenti capite.

Σαλιανός δὲ τούτῳ. Saliam verti, potius quam Salianum. Nam Salianus non est nomen Romanum. Salia vero vir fuit eo tempore celeberrimus, qui et consul fuit in Occidente anno sequente, qui fuit annus Christi 348; synodus autem Serdicensis celebrata est anno Christi 347. Hujus Salia mentionem fit, tum in fastis consularibus, tum apud Prudentium, qui se eo consule in lucem editum esse testatur. Fuit enim consul in Occidente, ut jam dixi. Hunc ergo Saliam hic a Theodoro designari existimo, quia Constante Augusto missus est ad Constantium anno Christi 347. Unde cum redisset, ob confectam legationem consulatum accepit. Fuit et alter Salia comes thesaurorum sub Valente Augusto, ut scribit Marcellinus in lib. xxix.

Ὁ τῶν ὀδύων κοινωρός. Interpretes collegam et curarum participem iis verbis significari existimarunt. Ego vero fratrem potius intelligi crediderim. Atque ita cepit Camerarius qui sic vertit: *Pollicetur facturum se omnia quæ vellet socius dolorifici partus suos*. Quæ interpretatio barbara quidem est et indigna Camerario, viro Latini sermonis peritissimo: sensum tamen Theodoretum recte exprimit. Proprie quidem κοινωρός τῶν ὀδύων. Fratres geminos significat, qui eodem partu sunt editi. Potest tamen extendi etiam ad fratres non geminos, qui ex eodem utero sunt editi.

In caput IX.

PAG. 84. *Τὰ κατὰ τῶν ἀπίστων παραδόμως*. Hunc locum restitui ex manuscripto codice Henrici Savillii, in quo legitur τὰ κατὰ τῶν ἀπίστων. Optime, meo quidem iudicio. Vox ἀπίστων ex superiore linea perperam repelita est, nec sensum ullum habet. In altero codice regio ex quo variantes lectiones Stephanus exscripsit, τῶν εἰς τῶν legitur corrupte.

PAG. 85. *Τοὺς παραδόμωους δικαστὰς ἐσεσθαι*. Hunc locum emendavi ex mss. codicibus Savillii et

Allatii hoc modo, τοὺς τῆς παρανομίας δικαστὰς ἔσειθαι προσδοκῶντας. Atque ita etiam edidit Jacobus Sirmundus. Sed locum male interpretatus est hoc modo, *Improbos appellans eos qui se impietatis iudices futuros confidebant.* Atqui Eufhrates et Vincentius nequaquam se iudices fore sperabant. Quomodo enim iudices esse possent, qui accusatorum partes acturi erant? Vertendum itaque erat: *Injustos appellans eos, qui iniquitatis istius iudices atque ultiores brevi se habituros sperabant.* Neque enim Theodoretus dixit αὐτοὺς δικαστὰς ἔσειθαι, sed simpliciter δικαστὰς ἔσειθαι.

In caput X.

PAG. 86. *Ἀεθραῖος.* Hunc Leontium inter Arianos antistites semper numerat Athanasius, et ἀπόκοπον, id est castratum, appellat. Ejus tamen elogium exstat in Chronico Alexandrino, consulatu Sergii et Nigriniani, qui fuit annus Christi 350. Quod quidem Chronicum nescio cur Raderus Alexandrinum vocaverit. Ego certe Antiochenum vocare mallet. Etenim auctor illius Chronici diligentissimus est in rebus Antiochenis commemorandis, et mensibus eorum perpetuo utitur, ut olim notavi in epistola ad Jacobum Usserium.

Καὶ ἀπαξ καὶ δις. In codice Savillii et in editione Basiliensi, verba transposita sunt hoc modo, *Καὶ ἀπαξ, καὶ μέντοι καὶ δις καὶ τρίς.*

In caput XIII.

PAG. 87. *Σεβαστιανὸν ἐξέπεμψε στρατηγόν.* Male Sirmundus magistrum militum interpretatus est. Neque enim Sebastianus magister militum erat, sed dux Ægypti, ut jam pridem notavi ad lib. xxii Ammiani Marcellini. Cæterum falli quoque mihi videtur Theodoretus, qui eum ducem seu στρατηγόν, cujus mentionem facit Athanasius in loco infra citato, existimaverit esse Sebastianum. Non enim Sebastianum, sed Syrianum ducem intelligit Athanasius, ut ipsemet testatur in epistola ad Solitarios, ubi hæc distinctio enarrat.

Στήσας τοὺς στρατιώτας σύγγυρος. Epiphanius Scholasticus hunc locum ita vertit, *Statuens milites sibi met coherentes, ut nullus posset egredientium ab ecclesia eorum manus evadere.* Atque ita quoque Sirmundus interpretatus est, *Densos circum milites locans, etc.* Christophorus vero verbum σύγγυρος non de militibus inter se densius junctis intellexit, sed de iisdem quamproxime juxta ecclesiam collocatis.

PAG. 88. *Ἀνεβήσας ἐπὶ καθεδρᾶς.* Erat tunc Athanasius sedens in cathedra, ut ipsemet supra testatus est. Erant autem cathedræ episcoporum super absidam collocatæ, quæ gradus habebat, ut dixi in Annotationibus Eusebianis.

Τοὺς δὲ λαοὺς ὑπυκούσιν. Scribendum puto ὑπηχέειν, id est, ut populus succineret clausulam psalmi. Ita certe legisse videtur Epiphanius Scholasticus qui hunc locum ita vertit: *Præcepi ut diaconus psalmum legeret, et populi responderent: Quoniam in sæculo misericordia ejus.* Id Græci proprie dicebant ὑπηχέειν, sic Basilius in epistola 63, ad clericos Neocæsarienses.

In caput XIV.

Πῦρ ἀνάψας. In mss. codicibus Savillii et Allatii et in editione Basiliensi legitur πῦρ ἀνάψας, levi discrimine.

PAG. 89. *Καὶ ἀραγαλ.* Apud Athanasium in *Apologetico*, pag. 704, legitur καὶ ἀραγαλ. Et locus distinguitur hoc modo, *ὄρφανῶν καὶ χηρῶν ἠράζοντο αὐτὸν καὶ ἀραγαλ.*

PAG. 90. *Θαυρομέραις ὑμῶν.* In manuscripto Savillii et in editione Basiliensi legitur θαυρομέραις, quæ scriptura non displicet, dummodo legamus ἡμῶν. Nam si ὑμῶν legeris, vulgata lectio retinenda erit, cum epistola scripta sit ad Virgines. Porro hæc Athanasii epistola hodie, quod sciam, non exstat.

Ἡ καταστροφή. Camerarius vertit, ultimum actum; Sirmundus vero, catastrophem.

Κομισθῆναι αὐτῶν τῆν κεφαλῆν. Magis placet scriptura codicis Allatii, quam Basiliensis quæque editio confirmat. In iis enim legitur κομισθῆναι αὐτῶν τῆν κεφαλῆν.

In caput XV.

Σύνοδον συναγεῖραι. Melius scriberetur συναγεῖραι, quemadmodum edidit Jacobus Sirmundus. Vulgata tamen lectio minime rejicienda est, contra consensum omnium librorum.

Καθέλαστον ἐν Τύρῳ. Primam vocem in editione sua expunxit Jacobus Sirmundus, satis audacter, cum in omnibus nostris exemplaribus haberet. Ego vero hanc vocem non expungendam omnino, sed transponendam duntaxat existimo, hoc modo, *ἐν Τύρῳ γαγενημένη καθάπερ καθέλαστον συνέσθαι.* Quam lectionem in versione mea sum secutus.

In caput XVI.

PAG. 92. *Διάλογος Αἰθελίου.* Dialogum veterant interpretes. Sed magis probo versionem Joachimi camerarii, qui vertit, *Colloquium Liberii Romæ episcopi et Constantii imp.* In vetusto codice bibliothecæ Thuanae, inscribitur *Disputatio imp. Constantii et Liberii Romæ pontificis.* Verum si proprie loqui velimus, nec *dialogus*, nec *colloquium*, nec *disputatio* Liberii cum Constantio vocari debet, sed potius *Interrogatio Liberii episcopi Romæ facta in consistorio*, sive *Acta habitæ in consistorio, præsentibus Constantio Aug. Imperator Constantii dixit, etc.* hæc enim erat forma Actorum in consistorio, ut videtur est in codice Theodosiano, titulo *De his que administrantibus vendita sunt.* Et in titulo *De fidelitatum et instrumentorum*, citatur p. r. Actorum habitorum apud imp. Julianum Aug. Mame tino et Nevitta coss., x Kalendas Aprilis CP. in consistorio, astante Jovio viro clarissimo quaestore, Anatholio magistro olliciorum. Felice com. sacrarum largitionum, etc., imperator Julianus Aug. cæsit, etc.

PAG. 93. *Τὸν καιρὸν διαπαίζει.* Epiphanius Scholasticus vertit, *Sed ille, sicut ab initio, tempus eludit.* In manuscripto codice Thuano quem supra citavi, legitur inludit. Eodem fere modo vertit Camerarius. *Sed ipse a primis temporibus omnes illudit.*

Ὁὐ χρίσαντες κατέδικασαν. Longe elegantius mihi videtur scriptura quam in duobus codicibus Savillii et Allatii, et in editione Basiliensi reperi, *οὐ χρίσαντες κατέκριναν.*

Καὶ ἐν τῇ συνόδῳ κατεψηφίσαντο. In codice Leonis Allatii scriptum est ἐν τῇ συνεψηφίσαντο. Quod magis placet.

Κατεψηφίσαντο ἀλόγως. Postrema vox deest in codice Allatii, nec habetur in versione Epiphani Scholastici.

Ἐν τῇ συνόδῳ τῇ κατὰ Νίκαιαν. Nescio quid sibi voluerit hic Eunuchus. Certum est enim Athanasium in concilio Nicæno pro fide catholica acriter decertasse, nec a Nicænis Patribus alienum a fide catholica declaratum esse. Sed stultus stulta loquitur. Ac fortasse adverbium ἀλόγως ad hanc perordum referri debet hoc modo: *Ἀλόγως ἐβέβηκεν εὐνοῦχος εἶπεν.* Verbum autem ἀπαδείχθη significat apparuisse seu visum esse.

Πῆρς μόροι ἔκριναν. In codice Leonis Allatii scribitur ἐπέκριναν; quemadmodum edidit Jacobus Sirmundus. Sed hic quæri merito potest, quemodo verum sit quod ait Liberius, quinque solos episcopos condemnasse Athanasium in synodo Tyri, cum in ea synodo quam plurimi fuerint episcopi. Huic objectioni ita respondendum videtur. Quinque episcopi missi sunt in Marcotem a synodo Tyri, ut in re præsentī cognoscerent de sacro poculo quod ab Athanasio fractum fuisse dicebatur, et de aliis criminibus quæ illi fuerant objecta. Hi quinque episcopi cum in Marcotem venissent, falsa illic acta

conscripterunt. Quæ cum postea retulissent ad synodum, ex illorum fide statim damnatus est Athanasius. Recte ergo hi quinque soli Athanasium damnasse dicuntur, cum ex eorum falsa relatione damnatus fuerit Athanasius.

Ἐν συμπλευσάντων αὐτῶν. Vox αὐτῶν deest in codice Leonis Allatii, et videtur omnino expungenda. Neque enim hi quinque episcopi una cum Athanasio navigarunt in Mareotem; imo queritur passim Athanasius, quod quæstio illa in Mareote habita sit ipso absente. In ms. codice Henrici Savilii totus hic locus ita legitur πάντε μόνου ἐπικριθέντων συμπλευσαι αὐτῶν.

Ἀπὸ τούτων τῶν ἀποσταλέντων. Joachimus Camerarius hunc locum ita vertit: *Ab hisce missis hujus rei causa, Serdicæ suffragia collecta sunt.* Sirmundus vero ita exposuit: *Ab hisce apud Serdicam hac de re sententia exquirebatur.* Christophorus autem sic interpretatus est: *A quibus ad eam rem missis, in concilio Sardicensi sententia de hac controversia lata est.* Quæ quidem interpretatio duabus aliis longe anteponeuda est. Sed quis non miretur, tres viros doctissimos non animadvertisse vitium hujus loci, nec vidisse pro ἀπὸ τούτων scribendum esse κατὰ τούτων. Id est contra hos quinque qui missi fuerant a synodo Tyri in Mareotem, sententia lata est in synodo Serdicensi. Nihil certius hac emendatione, quam confirmat epistola synodica ejusdem concilii; in qua tamen nulla sit mentio Maris Chalcedonensis episcopi, quod satis miror.

Ἢ ἐν τῇ συνόδῳ Βιβλία. Intelligit libellum satisfactionis quem Ursacius et Valens Julio obtulerunt, orantes ut in communionem reciperentur. Cave autem intelligas libellum hunc oblatum esse in synodo Serdicensi. Oblatus est enim Romæ Julio papæ, ut docet Athanasius in secundo *Apologetico* contra Arianos, Hilarius in Fragmentis et Socrates etque Sozomenus, biennio post synodum Serdicensem, id est anno Christi 319. Quare synodi nomine hic intelligenda est synodus Romana.

Ἢ τοῖς τῶν τούτων καταψηρισμένοις. Serdicenses Patres intelligi, a quibus Ursacius et Valens ac Theodorus fuerant condemnati, ut discimus ex epistola synodica concilii Serdicensis. Sane illud notandum est, ex quinque episcopis quos supra commemoravit Liberius, tres tantum illos quos dixi, in Serdicensi concilio fuisse damnatos. De Theognio autem et Mari nihil dicitur in epistola synodica: ideo fortasse quod minus noxii essent quam reliqui tres; et quia Theognius jam ex vivis excesserat.

Συλλογισάμενος τὸν βασιλέα. Jam pridem hunc locum sic emendandum esse conjeceram. Ὡς συλλαγωγισάμενος τὸν βασιλέα. Neque enim Græce dici posse existimo συλλογίζεσθαι τινα pro superare aliquem disputando; συλλαγωγεῖν vero optime dicitur. Sic enim apostolus Paulus dixit: Μὴ τις ὑμᾶς συλλαγῆσθαι. *Ne quis vos decipiat.* Ferri tamen potest vulgata lectio. Sic enim loquitur Theodoretus in *Philotheo*, cap. 8: Τῷ τῆς ἀπολογίας δικαίῳ συλλογισθεῖς.

Καταδικάζεις ἄνθρωπον. Magis placet scriptura codicis Allatiani καταδικάζετε. Paulo post ex eodem codice emendavi προχωρησαι, ubi antea legebatur προχειρῆσαι. Quam emendationem confirmat alter ex codicibus regii.

Καὶ ὁ ἀντιποιούμενος αὐτῶν. Camerarius vertit *et defensores eorum.* Id est, tam rei quam accusatorum patroni ac suffragatores.

Ἐισφέροντες τῷ ἀνθρώπῳ. In manuscripto codice Henrici Savilii, et in editione Basiliensi legitur, εἰσφέρων πρὸς τὸν ἄνθρωπον.

Κατὰ Μαγνέντιον. Mallem scribere κατὰ Μαγνητίου καὶ Σιλβανῶν.

Χαραχθῆναι δοκιμασθῆναι. In codice Leonis Allatii scribitur ταρχθῆναι. Quod magis placet.

Ἢ ἐννοῆσαι. Melius in codice Leonis Allatii

scribitur ἐννοῆσαι, qui est aoristus passivi imperativi. In eodem codice legitur, καὶ εἰ βούλει ὑπερχάσας, etc.

Πεντακοσίους δλοκοτίνους. In editione Basiliensi legitur δλοκοτίνους. In codice Leonis Allatii, πεντακόσια δλοκότινα, quod nomen Græcumne sit, an barbarum, plene ignoro. Neque enim alibi legere memini. Assentior tamen Epiphанию qui, solidos vertit. Ὀλος enim quod præcidit in hujus nominis compositione, solidum significat. Jacobus Sirmundus pro δλοκοτίνους edidit χρυσίνους, quod nescio undenam hauserit. Vocem δλοκότινα reperi tandem apud Theophanem in gestis Leonis Isauri, pag. 345. Διετάξαμεν τοῖς διοικηταῖς καὶ ἀπαιτούσιν εἰς κἀνόνα κατὰ δλοκοτίνων τὸ μιλιαρῆσιον. Anastasius vertit: *Per singulos aureos nummum argenteum unum.*

Γερού Χριστιανός. Eusebius præpositus cubiculi erat Arianus, ut cuncti sciunt. Catholici vero Arianos non habebant pro Christianis, ut docet Athanasius in epistola ad Solitarios pag. 829, 831 et 836. Idem docet Hieronymus in dialogo adversus Luciferianos in principio dialogi.

In caput XVII.

Ἐν ἐν τέλει καὶ ἀξιώμασιν. Melius in codice Allatii ac Savilii et in editione Basiliensi legitur καὶ ἀξιώματικῶν. Sunt autem ἀξιώματικοὶ honorati, ut notavi ad lib. 14 Ammiani Marcellini.

In caput XIX.

PAG. 97. *Ἐκ τῆς τῆς.* Exstat hæc epistola synodica apud Socratem in lib. II. *Historiæ*, cap. 37, ubi vide si placet quæ notavi.

PAG. 98. *Ἀποκὸν ἐνομίσασμεν.* Verbum ἐνομίσασμεν deest in codice Leonis Allatii et in editione Basiliensi, nec habetur apud Athanasium et Socratem, ut illic notavi.

In caput XX.

PAG. 100. *Ἀλλὰ μὴν ἐκεῖνο δ ἀπηγγέμεθα.* Totus hic locus longe aliter legitur apud Socratem in lib. II, *Historiæ*, cap. 37. Sed et universæ epistolæ interpretatio multum discrepat ab hac versione Theodoriti. Socratis versionem in excerptis seu collectionis suis posuit Theodorus lector, eo quod elegantior esset ac planior altera illa Theodoriti versione. Cæterum Socratis interpretatio habetur etiam apud Athanasium ad calcem libri *De synodis Arimini et Seleuciæ*. Pro verbo ἀπηγγέμεθα codex Savilii habet ἐπηγγέμεθα.

In caput XXII.

PAG. 102. *Ἀδελφοῖς τοῖς ἐν Ἰλλυρικῷ καθιστώσιν.* Hæc epistola Damasi papæ, nuper edita est in collectione Romana Lucæ Holstenii, pag. 165; sed titulus epistolæ aliter ibi concipitur quam apud Theodoretum, hoc scilicet modo: *Damasus, Valerianus, Vitalianus et cæteri qui ad audiendam causam Auxentii, exponendamque fidem, in urbe Roma convenerunt. episcopis catholicis per Orientem constitutis in Domino salutem.* Ego in Adnotationibus ad lib. 6 Sozom., cap. 23, jam monui, errorem esse in collectione Romana, ubi hæc epistola Damasi scripta esse dicitur ad episcopos per Orientem constitutos. Consulere igitur lector adnotationes nostras, ne hic repetere cogamur ea quæ illic observavimus.

Ἐν ἁγίῳ πίστιν ὑμῶν. In ms. codice Henrici Savilii et in editione Basiliensi legitur ἡμῶν, quomodo etiam scribitur apud Sozomenum in lib. 6, cap. 23. Nec aliter legit Epiphanius Scholasticus, ut ex versione ejus apparet.

Ταύτην ὑμᾶς κατέχειν. In codice Leonis Allatii et apud Sozomenum deest vocabulum ὑμᾶς, quod tamen necessarium videtur si in priore membro legerimus τὴν ἁγίαν πίστιν ἡμῶν. Certe Epiphanius Scholasticus, qui priore loco πίστιν ἡμῶν legerat, ὑμᾶς hic legit.

PAG. 103. *Κατακεκρίσθαι προέγραπται.* Codex Savilii et Basiliensis editio habent *προέγραπται*. Intelligit autem Damasus Auxentium jam antea ob hæresim Arianam sæpius damnatum fuisse,

Καὶ οἱ ἐκ τῆς Ῥωμαίων ἀνωτάτης ἐπισκοποί. Tota hæc pericope deest in codice Saviliano et in editione Basiliensi, nec habetur apud Sozomenum nec apud Epiphanium Scholasticum. In Romana tamen collectione leguntur hæc verba : *Majores nostri cccxviii ἐπίσκοποι, ἀτὼν ἐκ τῆς Ῥωμαίων ἀνωτάτης ἐπισκοπῆς, ἐξ Sozomeno, Epiphaniō ac Theodoro lectore, emendavi ἐπιλεξτοί.* In quo studiosos lectores mihi assensuros esse confido. Non enim episcopi a sede Romana ad concilium Nicænum missi sunt; sed presbyteri Vito et Vincentius.

In caput XXIII.

PAG. 104. *Καὶ ὡς δράματα μὴ ἔχοντα ἰσχύον.* Jacobus Sirmundus *δράματα* emendavit ex Epistola Athanasii ad Afros. Sed videndum ne Athanasius potius emendandus sit ex Theodoro. Neque enim intelligo quomodo Arianorum synodi comparari possint manipulis vim non habentibus : quasi manipuli vim habere possint. Itaque magis probo scripturam codicum nostrorum. Recte enim Arianorum formulæ comparantur fabulis seu sgmentis. Apud Athanasium legitur in singulari ὡς *δράμα ἰσχύον οὐκ ἔχον*. Sic etiam in codice Leonis Allatii scribitur ὡς *δράμα μὴ ἔχον ἰσχύον*.

PAG. 105. *Καὶ τὰς παρ' ἐκείνων.* In edit. Rob. Stephani pag. 104. et in Basil. legitur *καὶ τὰ παρ' ἐκείνων*. Primi Genevenses typographi τὰς emendarunt ex Athanasii epistola ad Afros. Altera tamen scriptura tolerari potest. Præcessit enim, τὰ δὲ ἐν τῇ θράκη παραθέντα, etc. Paulo post, ubi legebatur καὶ ὁμολογήσαντες, emendavi ὁμολόγησαν, ut legitur in editione Basiliensi, et apud Athanasium.

In Caput XXIV.

PAG. 106. *Αὐτοῦργος τῆς τόλης.* Magis placet scriptura quam in variis lectionibus ad calcem editionis suæ exhibuit Robertus Stephanus ex altero codice regio τῆς τομῆς. Intelligit autem Theodoretus canonem primum Concilii Nicæni, qui est de his qui se absciderunt.

Κεχωλυμένος. In edit. Basil. excusum est *κεχωλυμένος* adverbialiter, quod magis placet.

Τὴν μὲν δὲ οὐ πρόθεσιν. Joachimus Camerarius in margine versionis suæ lectorem admonuit, scribendum esse δὲ non δὲ οὐ, quem secutus Jacobus Sirmundus in editione sua δὲ excudit. Verum uterque falli mihi videtur. Putarunt enim glorificationem seu *δοξολογίαν* nihil aliud esse quam versum illum qui ad calcem psalmsorum vulgo cani solet : *Gloria Patri et Filio*, etc. In qua etiam opinione fuisse videtur Epiphanius Scholasticus : cum tamen *δοξολογία* generaliter dicatur omnis glorificatio quæ tam in fine psalmsorum, quam ad calcem orationum et homiliarum addi solebat a Christianis, quemadmodum discimus ex Basilio Magno in libro II, de Spiritu sancto. Porro in fine orationum et sermonum ad populum, antiqui Patres fere dicebant : *Δὲ οὐ, Per quem Omnipotentem honor et gloria*, etc., ut videre est, tum apud Basilium in dicto loco, tum in opusculis Eusebii Pamphili a Jacobo Sirmundo olim editis. Vide Philostorgium in lib. III, cap. 13.

Κατὰ τῶν τῆς Ἐκκλησίας. Amplector scripturam codicis Allatii, in quo legitur : *Κατὰ τῶν τῆς ἀληθείας ἐτεχνάσατο συνηγῶρων.* Atque ita legit Epiphanius Scholasticus, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic etiam edidit Jacobus Sirmundus.

PAG. 107. *Ἐκ διαδοχῆς ἄδειν.* De hoc more

antiphonatum psallendi, vide quæ notavi ad Socratem, pag. 78.

Τοὺς τῶν θείων ἔραστὰς. Monachus videtur intelligere. Horum enim multitudinem Antiochie collegit Flavianus, ut scribit Philostorgius in lib. III, cap. 13.

Καὶ τοὺς συνεργάτας. Emendavimus *συνεργάτας* ex manuscriptis codicibus Savilii et Allatii. Sirmundus tamen *ἔραστὰς* edidit, cui favere videtur Epiphanius versio. Sed nostra emendatio longe præstat. Non enim amatores Flaviani et Diodori hic intelliguntur, sed ii qui una cum illis, rerum divinarum amore flagrabant. Qui cum antea ad Basilicas martyrum pernoctare soliti essent extra urbem, et illic psalmsos canere, postea bortato Leontii, in ecclesiis intra urbem id egerunt.

In caput XXVI.

PAG. 110. *Περὶ πρωτείων.* Huic contentioni occasione præbuerat canon septimus concilii Nicæni, qui episcopo Hierosolymorum, eum honoris gradum quem ab ultimis temporibus habuerat, jussit conservari, salva tamen Cæsariensi episcopo metropolitani dignitate. Quo tamen canone omnis potestas ac jurisdictio servata erat episcopo Cæsariensi : Hierosolymorum autem episcopo nihil præter honorem ac reverentiam tributum fuerat.

Τοῖς κοινωτοῖς. Recte Jacobus Sirmundus emendavit *τοῖς κοινωτοῖς*, quemadmodum scribitur in codice Leonis Allatii, et in altero codice Regio, cujus variantes lectiones edidit Stephanus.

Ὁ Κύριλλος τοῦ συνεδρίου. In manuscripto codice Henrici Savilii hæc adduntur, καὶ τῶν βαλευμάτων. Quæ licet in reliquis codicibus non legantur, proba tamen mihi videntur, nec rejicienda.

In caput XXVII.

Κωνσταντῖος γὰρ ἀπὸ τῆς ἐσπέρας. Ab his verbis inchoavi caput 27, Basiliensem et Roberti Stephani editionem secutus. In his enim editionibus caput 27, incipit ab his verbis, nota numerali insignitum, qui in Basiliensi quidem editione prænotatur capitulo, in editione vero Stephani ascripta est ad latus. Ipsum autem titulum capituli qui secundo libro præfixus est in codice capitulorum, emendam ex conjectura. Priorem enim partem, quæ erat de synodo Seleucena, conjeci in titulum capituli 26, in quo agitur de synodo Nicæna. Quod quidem recte et cum judicio a nobis factum esse, novo, ut opinor, negabit. Id enim res ipsa postulabat.

PAG. 113. *Τὴν τοῦ θελοῦ βαπτισματος λειτουργίαν.* Huic locum de baptisimo sacramento intellexerunt interpretes. Ego vero de festo Epiphaniorum die malim intelligere, quo Christus in Jordane est baptizatus. Hinc enim diem præcipuo honore colebant Hierosolymitani, eo quod apud ipsos Christus tinctus fuisset. Eoque die infantes baptizari apud illos solebant, ut legere memini in Typico monasterii sancti Sabæ, ubi etiam officium illius diei refertur. *Λειτουργία* igitur hoc loco, vel missam illius diei significat, vel totum officium. Sic *λειτουργία* usurpat Theodoretus supra in cap. 24, hujus libri, pag. 107. Porro ex hoc loco apparet, quam vetusta sit consuetudo sacræ vestium in Ecclesia.

PAG. 112. *Γεώργιος δὲ ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας.* Idem de Aetio testatur Gregorius Nyssenus in lib. I *Contra Eunomium*, ubi Aetii vitam describit : *Ἐὶ τοῦτοις τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου βασιλικῆς δυναστείας τῆς Ἀλεξανδρείας Ἐκκλησίας μετατεθέντος, Γεωργίου δὲ τοῦ Ταρβασθηνοῦ τὸν ἐκείνων λαὸν ἐπισπώντος, πάλιν Ἀλεξανδρεὺς ὁ Ἄειτος, etc.*

Κωνσταντινουπολιτῶν Ἐκκλησίας ἐπιδήξιος. Id factum est Constantio Aug. x et Juliano Cæsare III coss., anno Christi 360, die 27 mensis Januarii, præsentibus episcopis 72 : Mari, Acatio, Georgio, Serra, Uranio, Theodosio, Eusebio, et cæteris quorum nomina recensentur in *Chronica*

Alexandrino. Sed in eo Chronico perperam excusum est *Μαριακεστος*, confusis in unum duobus vocabulis. Ili sunt episcopi qui synodo Constantinopolitanae interfuerunt, de qua hic loquitur Theodoretus, et sub quorum presentia dedicata est magna ecclesia Constantinopoli, presentē Constantio, mense Februario, quemadmodum legitur in eodem Chronico. Neque enim assentior Baronio, qui synodum CP. confert in annum Christi 559, quandam fateri cogitur, eam in annum sequentem esse propagatam.

In caput XXVIII.

PAG. 114. *Σεράς καὶ Στέφανος.* Rectius in ms. codice Savillii et Allatii et in edit. Basil. legitur *Σεβ-βας*. Hic Serras primum presbyter fuit Libyæ, tempore concilii Nicæni, ut docet Hieronymus in *Dialogo adversus Luciferianos*. Postea vero a Secundo Ptolemaidis episcopo factus est episcopus Libyæ una cum Stephano, ut docet Athanasius in libro *De synodis Arimini et Seleucia*, et Philostorgius in lib. III. Fuit autem episcopus Paratonii in Libyæ, ut testatur Epiphanius in hæresi Semiarianorum, ubi inter episcopos partis Acacii qui Seleuceno concilio subscripserunt, recensetur, *Σεράς ἐπίσκοπος ἐκ Παρατονίου τῆς Λιβύης*. De Stephano et Heliodoro ac Theophilo vide Philost. Porro *Σεβ-βας* scribi debet accentu acuto in priore syllaba, ut legitur in edit. Basil.

Ἀπὸ τῶν ἀποστόλων μέχρι νῦν. Tres priores voces desunt in codice Leonis Allatii. Epiphanius tamen Scholasticus ea verba legisse videtur in suo codice. Sic enim vertit hunc locum: *Dicebat enim eum asperiora præsumere, atque dixisse, Quoniam ea quæ Deus hactenus celasset apostolis, revelata sibi met affirmaret.* Quæ quidem interpretatio rectior mihi videtur quam illa Christophoroni ac Sirmundi. *Deum sibi ea revelasse quæ ab apostolicis usque temporibus occultantur.*

Μετὰ τοὺς μανιῶδεις. In edit. Basil. legitur *μετὰ τοὺς μανικῶς*, levi discrimine.

Συμπεριψήφισθημεν αὐτοῖς. Hanc vocem corruptam esse suspicor. Neque enim hoc verbum eo sensu usurpatum uspiam legi. Ac fortasse scribendum est *συμπεριηγήθημεν*. Verbum enim *συμπεριφέρεσθαι*, eo sensu frequenter occurrit in veterum scriptis. Atque ita legisse videtur Epiphanius, qui sic vertit: *Verumtamen nos multa longanimitate detenti, multo tempore sustinimus eos, etc.*

PAG. 115. *Διὰ φιλιανθρώπων ἀνθρώπων.* Rectius in codice Savillii legitur *διὰ φίλων*, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus. Atque ita etiam scriptum habebat alter codex Regius, cujus varias lectiones edidit ad calcem Robertus Steph.

Ἦτον φροτισαντες. Pro his verbis integram pericopen addidimus ex codice Leonis Allatii et ex altero codice Regio, cujus variantes lectiones in calce editionis suæ Stephanus excudit. Totus igitur locus ita legi debet: *Καὶ φίλων ἀνθρώπων, τῶν κανόνων τῆς Ἐκκλησίας καὶ τῆς πρὸς ἡμᾶς, φίλιας προτιμήσαντες τότε, etc.* Ita certe legit Epiphanius Scholast., ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit: *Si vero sine penitentia permanent, amicitiasque hominum regulis Ecclesie et concordie nostræ præponerent, tunc eos, etc.*

In caput XXX.

PAG. 117. *Περὶ τὸν οἶμα καὶ πάρεργον.* Hujus loci emendatio debetur codici Leonis Allatii, in quo legitur *καὶ παρέργον*, quomodo etiam edidit Jacobus Sirm.

PAG. 118. *Ὑπερκελύσον τὸ χῶμα.* In ms. codice Savillii, et in edit. Basil. legitur *ὑπερκελύσον*, rectius procul dubio. Nam *βλύζειν* Græce significat *βύειν* et *πηγάειν*, ut testatur Hesychius. Paulo post ex iisdem codicibus emendandi *σφοδρότατην οὐσαν τὴν προσβολήν*, cum antea in genitivo legeretur *σφοδρότατης, etc.* Sed et codex Allatii emendationem nostram confirmat.

τὴν ῥώμην οὐκ ἐνεγκόν. Rectius in mss. codicibus Savillii et Allatii legitur *ῥώμην*; et paulo post pro *ἀκμητέ*, in iisdem codicibus scriptum est *ἀκοντέ*. In Basillensi autem editione legitur *ἀπονητέ*.

Τὸν θεῖον Ἰάκωβον. Multipliciter hic fallitur Theodoretus. Primum enim duas obsidiones urbis Nisibensæ inter se confudit. Deinde tempus obsidionis illius quam hic describit, perperam assignat post synodum Ariminensam ac Seleucenam, id est post annum Christi 559. Atque hunc duplicem errorem Theodoreti jampridem notavit Dionysius Petavius in Annotationibus ad orationem primam Juliani imp. Tertius error est Theodoreti a Petavio minime animadversus. Secundam enim obsidionem Nisibis, Jacobi Nisibeni episcopi precibus solutam esse dicit: cum tamen eo tempore quo secunda obsidio Nisibis facta est sub Constantio, id est anno Christi 350, non Jacobus, sed Vologesus esset Nisibensæ urbis episcopus, ut docet auctor *Chronici Alexandrini*. De tribus autem obsidionibus urbis Nisibensæ sub Constantio, vide quæ notavi ad lib. xx Ammiani Marcellini, pag. 181.

In caput XXXI.

PAG. 120. *Τρίτος Μελέτιος.* Primus sermo quem Meletius habuit ad populum Antiochenum, refertur ab Epiphanius in Hæresi Semiarianorum, cap. 29, ubi multa subjungit de Meletio, et quodnam fuerit hominum ejus ætatis de illo judicium.

PAG. 121. *τὴν ἐν τῇ καλουμένῃ παλαιᾷ.* Supplendum *πόλει*. Antiochia enim ex multis urbibus constabat, ut ex Libanii Antiochico jam supra notavi. Harum una vocabatur *παλαιά*, quæ scilicet primum constructa fuerat. In ea regione urbis Antiochiæ sita erat ecclesia quam Theodoretus *apostolicam* vocat, id est, ab apostolis fundatam, in qua Petrus apostolus primum resederat; unde ecclesia illa etiam *παλαιά* dicta est, tum quod ipsa esset vetustissima ac veluti mater cæterarum: tum quod sita esset in regione urbis ita cognominata. Certe auctor *Chronici Alexandrini* ecclesiam illam *παλαιάν* vocat, ubi agit de reditu Meletii regnante Juliano. Athanasius quoque in epistola synodica ad Antiochenos, ecclesiam illam sic appellat.

Τρίδκοντα μὲν γὰρ ἔτη. Eustathius episcopus Antiochenus exutus est anno Christi 330, ut observavi in Annotationibus Eusebianis, pag. 255. Post ejus depositionem, scribit Theodoretus Catholicos Arianis permistos mansisse, nec se ab eorum communione separasse per annos 30, donec pulso Meletio Euzoii Arianus Antiochenam sedem occupavit. Id factum est anno Christi 361. Nam Meletius anno Christi 360, ad Antiochenam sedem translatus fuerat, si Baronio credimus. Verius enim mihi videtur hæc Meletii translatio conferri posse in annum Christi 361. Quippe Meletius, pulso Eustathio, episcopus Sebastie factus est in synodo Constantinopolitana anno Christi 360, ut supra notavi ex *Chronico Alexandrino*. Nec verisimile est eodem anno translatum illum fuisse ad sedem Antiochenam, aut eodem anno duas magnas synodos fuisse celebratas, Constantinopoli scilicet et Antiochiæ. Certe Soerates in lib. II, diserte scribit, Antiochenam synodum cujus hic meminit Theodoretus, celebratam fuisse Tauro et Florentio coss., id est anno Christi 361. Porro Theodoretus, tam translationem quam depositionem Meletii junctim in hoc capite retulit, eo quod modicum temporis spatium inter utramque intercessisset. Causam autem depositionis seu prætextum potius, refert Hieronymus in Chronico, et Epiphanius in hæresi Semiarianorum, quod scilicet clericos ab Eudoxio depositos in communionem suscepisset.

In caput XXXII.

PAG. 121. *Τὸν ἔγγρανον ἔλεγχον.* In manuscripto codice Savillii scriptum est *ἔγγραπτον*. Codex vero Leonis Allatii habet *ἀνάγραπτον*.

HENRICI VALESII

ADNOTATIONES

IN LIBRUM TERTIUM HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ THEODORETI.

In caput III.

PAG. 127. Καὶ πάλιν καὶ δοράτων. Malim legere. Nam πάλιν Græce telum significat, sic dictum ἀπὸ τοῦ πάλειν quod est vibrare. Ferri tamen potest vulgata lectio. Nam et πέλτης jaculum significat teste Hesychio. Unde καταπέλτης bellica machina videtur dicta.

Ἀμνήτοις γὰρ συμπολεμεῖν. Hanc Theodoretī narrationem de Constantio valde suspectam habeo. Quomodo enim Constantius milites in exercitu habere nolisset sacro lavacro minime tinctos, cum ipse eo tempore nondum esset baptizatus. Et enim diu postea, cum adversus Julianum expeditionem suscepisset, Antiochiæ baptizatus est ab Euzoio episcopo.

In caput IV.

Ὁ ἐκ τῆς Ἰταλίας. Rectius in edit. Basil. excusum est plurali numero οἱ ἐκ τῆς Ἰταλίας, licet Hilarius non ex Italia, sed ex Gallis fuerit oriundus.

Ἐν τῇ καλουμένῃ παλαιᾷ. Eiusdem loci mentionem facit Theodoretus in lib. II *Historiæ*, cap. 31, ubi notavi Ecclesiam quoque ex loco in quo sita erat, ita cognominatam fuisse. Certe auctor *Chronici Alexandrini* id diserte testatur, de Meletii reditu ita scribens : Οὐτως οὖν καὶ Μελέτιος ὁ ἐπὶ ἀσεβείᾳ καὶ ἑτέροις κακοῖς καθηρημένος, ἐπανελθὼν ἐν Ἀντιοχείᾳ τὴν παλαιὰν ἤρπασεν ἐκκλησίαν, συνδρομῶν αὐτῶν καὶ τῶν ἡδὴ ἐκ τοῦ κλήρου καθαιρεθέντων ἐνθέσμως ὑπὸ τῆς ἀγίας συνόδου. Ἐν οἷς ἦν μάλιστα καὶ Διογένης ἀπὸ πρεσβυτέρων, τῶν ἄλλων πλείω συντρέφων, καὶ Βιτάλιος λαϊκὸς ἐν ἐπιθέσει ἀεὶ ζήσας. Ὅς δὴ ἀπὸ πολλοῦ προτῶν, καὶ ὑστερον λυπηθεὶς μετὰ χρόνον πρὸς τὸν Μελέτιον, ἀπεσχίσθη ἀπ' αὐτοῦ, καὶ ἀφραὶν γέλωτος καὶ αὐτῆν ἀξίαν ὄσαν συναστῆσατο, etc. Quem locum quia interpres non intellexit, hic Latine e conversum apponam : Ita ergo Meletius qui ob impietatem et alia crimina depositus fuerat, Antiochiam reversus, veterem ecclesiam per vim occupavit : adjunctis illi clericis qui jam antea legitime depositi fuerant a sancta synodo. Inter quos præcipuus erat Diogenes ex presbytero, præ reliquis omnibus concursans et partes adjuvans : et Vitalis laicus, qui semper fraudes atque imposturas exercuerat. Hic ulterius progressus, ad extremum offensus Meletio, ab illo sese abruptit, et hæresim ipse quoque ridiculam condidit. Sunt hæc optime notæ, et ex veteri quodam auctore descripta, qui Meletio haudquaquam favebat. Ac, nisi me fallit opinio, Arianus fuit scriptor ille, ex quo collector Alexandrini Chronici hæc desumpsit. Nam ut superius observavi, Leontium Antiochenum episcopum mirifice prædicat, quem tamen constat Arianum fuisse.

Τὰς λειτουργίας ἐπετέλειον τὰς θείας. Hinc Athanasius Meletianos vocat τοὺς ἐν τῇ παλαιᾷ συναγομένους, distinguens eos ab illis qui erant sub Paulino, id est ab Eustathianis, ut videre est in ejus epist. synodica ad Antiochenos, pag. 575 et 576.

In caput V.

PAG. 120. Πέρτε γὰρ καὶ ὀδοιχοῦντα ἔτη. Baronius ad annum Christi 408, capite 31, ait corru-

ptos esse hoc loco Theodoretī codices. Neque enim quinque et octoginta annorum spatio durasse id discidium Ecclesiæ Antiochenæ, sed quinque tantum et quadraginta. Cœpisse enim ait hoc schisma ab ordinatione Paulini, quæ facta est anno Christi 362. Sed pace maximi viri dictum sit : non ab eo tempore discidium illud orditur Theodoretus, sed ab ipsa depositione Eustathii, quæ facta est regnante Constantino, anno Christi 330, ut notavi ad cap. 31, lib. II. Ab illo enim tempore Eustathiani separatos conventus habuerunt. Neque enim audiendus est Theodoretus, qui in dicto cap. 31, lib. II, scribit post depositionem Eustathii, saniozem Ecclesiæ partem, id est orthodoxos, per annos 30 patienter tulisse Arianorum perfidiam, mutationem aliquam temporum opprimentes. Postquam vero Meletium pelli in exilium, et Euzoium Arianum in sede Antiochena collocatum viderunt, tum demum ab Arianis discessisse, et seorsum in Palæa conventus habuisse. Id quidem verum est de Meletii sectatoribus ; qui licet cum Arianis initio communicassent, post depositionem Meletii se ab eorum communione abjuxerunt. Eustathiani vero jam antea sese ab Arianis separaverant, et seorsum collectas agebant, ex quo Eustathius per fraudem et calumniam Arianorum, exutus fuerat episcopatu, ut ipse testatur Theodoretus in lib. I, cap. 22. Notabit igitur lector errorem Theodoretī, qui, in Meletium nimis propensus, sanam Ecclesiæ partem appellat sectatores Meletii. Sic enim in cap. 31, l. II. Et in hoc capite vocat eos τοὺς τῆς ἀσεβείας ἀνταρπάνοους. Quasi id solis conveniret Meletii sectatoribus, nec commune illis esset cum Eustathianis. Ex his igitur apparet, discidium illud Antiochenis Ecclesiæ coeptum esse a depositione Eustathii, id est ab anno Christi 330, vel certe 329. Cui si octoginta quinque annos addideris, fiet annus Christi 414 aut 415, quo Alexander Antiochenus episcopus Eustathianos reliquo Ecclesiæ corpori adjunxit. Quoposito, Alexandri Antiochenus obitus non anno Christi 411, ut vult Baronius, sed serius contigerit necesse est.

Ἐπωρυμῶν εὐλήσασι. In codice Savillii et in editione Basiliensi legitur ἐδέξαστο.

In caput VII.

PAG. 130. Ἐν τῇ Κωνσταντινου. Epiphanius Scholasticus Κωνσταντινου, quod magis proba. Vulgatam tamen lectionem confirmat auctor *Chronici Alexandrini* in rebus gestis Juliani.

Διορύσσω τῷ γυραῖωδα. Rectius in editione Basiliensi legitur τῷ γύνιδι, quomodo etiam legitur apud Epiphanium Scholasticum. Est autem γύνις idem quod Androgynus, ut testatur Suidas. Quod quidem Baccho egregie convenit, quem Androgynum fingunt fabulæ poetarum. Dicitur etiam γύνις per duplex v, ut scribitur apud Philostratum in *Vita Æliani sophistæ*.

Τοῦ τῆς Θράκης ἀπόσης ἀρχοῦτος. Jacobus Virmundus præsidem Thraciæ vertit, dissimulatum vocabulo τῆς ὄλης, quod tamen minime otiosum est. Multæ enim erant provinciæ Thraciarum, quarum singulæ suum præsidem habebant. Tota vero diœcesis Thraciæ uni parebat vicario, sub qua

erant provinciae infra scriptae: Europa, Thracia, Haemimontus, Rhodope, Moesia secunda, et Scythia, ut docet Notitia imperii Romani.

PAG. 131. *Δουὶν θάτερον δρᾶσαι*. Verbum δρᾶσαι deest tam in editione Basiliensi quam in editione Roberti Stephani; et a Genevensibus typographis adjectum est ex libro Christophorsoni. Certe in ms. codice Henrici Savillii idem verbum legitur hoc modo, *δοῦσαι δουὶν θάτερον ἀναγκάζοντες*.

In caput XI.

PAG. 134. *Τούτων ἡγορεῖ τινες*. Totam hanc historiam desumpsit Theodoretus ex Rufini lib. x *Historiae ecclesiasticae*, ubi Rufinus ipse testatur id se ex Theodoro sciscitatum esse.

In caput XII.

Ἰουλιανῶ δὲ τῆς ἐώας ὄπαρχω. Male Epiphanius et reliqui interpretes praefectum Orientis verterunt. Quin et Sirmundus, ut rem apertius exponeret, praefectum praetorio Orientis interpretatus est. Atqui Julianus avunculus imperatoris Juliani, non praefectus praetorio, sed tantum comes erat Orientis, ut docet Ammianus Marcellinus in lib. xliii, initio, ubi de eius obitu scribit.

Ἐλπίδιος δὲ. De hoc Elpidio loquitur Libanius in *Oratione pro Aristophane Corinthio*, pag. 218, ubi amicos et suffraganeos Aristophanis enumerat, praecipuos amicorum Juliani. Ac primo quidem Maximum et Priscum philosophos: deinde vero Elpidium ac Felicem. Ac de Elpidio quidem ita dicit: *Ἄλλ' οὐδ' Ἐλπίδιος, ὃν κατὰ σοφίαν μὲν λέγεσθαι συμβαίνει τοῖν ἀνδράσιν. Τῇ δὲ περὶ τὸ θεῖον σπουδῇ καὶ τῷ περὶ σὲ φιλίῳ μάλιστα αὐτοῖν ἰουκέναι, etc.* Id est: *Sed neque Elpidius, qui quantum quidem ad sapientiam pertinet, inferior est Maximo et Prisco: studio vero erga deos et amore erga te, illis est similimus, etc.*

Κόμητα πριβάτων. Scribendum est πριβάτων ut legitur in mss. codice Savillii et in edit. Basil.

In caput XIII.

PAG. 135. *Ἀποκρίσως κόπρον*. Postrema vox deest in editione Basiliensi et in ms. cod. Henrici Savillii, prorsusque superflua mihi videtur.

In caput XIV.

PAG. 136. *Τῆς παρ' αὐτῆς κληρονομήνης*. Codex Savillii scriptum habet *παρ' αὐτῶν*: vulgata tamen scriptura rectior videtur.

PAG. 137. *Εἰς τὴν καμάραν καθίσασα*. Epiphanius Scholasticus et Christophorsonus *cameram* interpretati sunt; Camerarius vero et Sirmundus, *conclave*: Ego vero *basternam* potius intelligi crediderim, quae lectica erat matronarum. Erant autem *basternae* tectae in modum *camerarum*. Unde Hieronymus *caveas basternarum* vocat. Ait igitur Theodoretus, matronam illam collocasse secum in vehiculo juvenem illum, et ad Meletium episcopum deduxisse. Quod si *καμάραν* cubiculum interpreteris, non video cur matrona illa juvenem muliebri habitu indutum secum in cubiculo sedere jusserit.

In caput XV.

Παρήσιατερον. In edit. Basil. legitur *παρρησιώτερον*, levi discrimine.

Πεζιύτεροι. Rectius in ms. codice Savillii et in editione Basiliensi legitur *πεζεταίροι*. Tractum id nomen est ab Alexandri magni militia, qui honoratioribus equites *ἐπέρους* vocari instituit, pedites vero *πεζεταίρους*, ut docet Anaximenes apud Harpocratonem. Quanquam in Harpocratonis Lexico corrupte scribitur *πεζαιτέρους*. Porro de his militibus, Juvenino et Maximo, exstat homilia Joann. Chrysost. Vide etiam quae notavi ad lib. xxii Amm. Marcellini, pag. 229.

PAG. 137. *Τῶν ὁμοτραπέζων ἐκείνων*. Mallet scribere *ἐκείνω*: quam lectionem in versione mea sum secutus. Atque ita legisse videtur Epiphanius Scholasticus.

In caput XVI.

Τῶν ἐν τέλει καὶ ἀξιώματι. Codex Savillii scriptum habet καὶ ἀξιωμαίων. Basiliensis autem editio ἀξιώματων. Mihi scribendum videtur καὶ ἀξιωματικῶν. Eundem errorem supra notavi in lib. ii.

PAG. 139. *Τοῖς γὰρ στρατιωτικοῖς καταλόγοις*. Hanc Juliani fraudem adversus milites Christianos perstringit Gregorius Nazianzenus in priore invectiva adversus Julianum, pag. 84. editionis Parisiensis. Ubi etiam narrationem illam subjungit de quibusdam militibus Romanis, qui cum aurum accipissent a principe, et tus imprudens adolevisset: agnito postea scelere suo, aurum ad principis pedes projecerunt. Quam rem refert Theodoretus in capite sequenti.

Παραπέθηκε. Magis placet scriptura quam in editione Basiliensi reperit *παρήθηκε*.

In caput XVII.

PAG. 140. *Ἐφη Ῥωμαρός*. Hic videtur esse Romanus tribunus scutariorum qui cum Vincentio item tribuno in exsilium missus esse dicitur a Marcellino in lib. ii, pag. 222.

Κακομηχανός. In manuscripto codice Savillii et in editione Basiliensi legitur *καχότεχνος*.

In caput XIX.

PAG. 141. *Ἰωάννης γὰρ ὁ τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ*. Auctor Menologii Joannem Chrysostomum hic a Theodoro designari credidit. Sic enim scribit: *Die 9 mensis Octobris sancta Publica, imperante Juliano, in urbe Antiochia, probitate morum celeberrima, viri sui consuetudine paucos annos usa, peperit fructum Deo dignum, admirabilem illum Joannem cognomento Chrysostomum*. Verum Baronius ad annum Christi 362, cap. 133, reprehendit auctorem Menologii, et alium quam Joannem Chrysostomum hic intelligi existimat. Nam mater Chrysostomi Anthusa dicebatur, non Publica: nec anus erat eo tempore, ut recte probat ibidem Baronius. Deinde quod ait Theodoretus, Joannem hunc Publicae filium, diutissime archipresbyterum fuisse Antiochiae, id non convenit Joanni Chrysostomo. Neque enim hic admodum diu presbyter fuit Antiochensis Ecclesiae. Porro Henricus Savillius ad latus sui codicis hoc loco ista adnotarat: *Hunc Chrysostomum fuisse quidam falso opinantur*. Joannem igitur hic intelligo eum qui postea episcopus Apameae a Meletio ordinatus est, ut refert Theodoretus in lib. v, cap. 4.

Τινὲ τῶν δορυφόρων. Jacobus Sirmundus edidit *τισὶ* nescio quos codices secutus. Nostri enim nihil mutant.

In caput XX.

PAG. 142. *Συναπέστειλε ἀρχοντα*. Atyplum intelligit, teste Ammiano in lib. XXIII, initio.

Καὶ ἄμας καὶ κοφινίδας. Basiliensis editio scriptum habet καὶ ἄμας καὶ κοφίνους. Quod magis proba.

Τοὺς παντελῶς ἀμνήτους. Gentiles intelligo. Hi enim penitus divinarum sacramentorum expertes sunt. Ait igitur Theodoretus, ejusmodi fuisse hunc terrae motum, ut etiam eos terreret qui verum Deum non agnoscebant: nedum Judaeos qui non sunt penitus ἀμύητοι.

In caput XXII.

PAG. 144. *Τῶν γὰρ αὐτόθι πολιτευομένων*. Civiles seu decuriones a Graecis dicuntur *πολιτευόμενοι* seu *πολιτευταί*, ut jam pridem notavi in Commentariis ad Ammianum Marcellinum. Mirum est tamen interpretes in hujus vocis interpretatione omnes lapsos esse, praeter Epiphanium Scholasticum

qui hunc locum ita vertit : *Is enim nobilis erat, et ejus civitatis curiæ præsidebat.*

Ὁ ζῆλος ἀπέδειξε. in codice Savilii et in editione Basiliensi legitur ἀπέφηνε.

Τὸς ἐν τέλει καὶ ἀξιώμασ. Recte Epiphanius Scholasticus hunc locum interpretatus est hoc modo. *Cumque venisset in Beræam, nobiles et honoratos convocavit ad prandium.* Reliquos interpretes nihil moror, qui hæc nullatenus intellexerunt. Unum tamen est quod in Epiphaniï versione non probo. Nobiles enim vertit τὸς ἐν τέλει, cum decuriones potius vertere debuisset. Certe decuriones et honorati sæpe junguntur in vetustis inscriptionibus, ut notavi ad Ammianum Marcellinum. Cæterum hoc loco codex Savilii et Basiliensis editio scriptum habent τὸς ἐν τέλει καὶ ἀξιώματος, ut et supra in capite 16.

In caput XXV.

PAG. 146. *Ἄλλοι μὲν τινα.* Non dubito quin scribendum sit disjunctis vocabulisc ἀλλ' οἱ μὲν, etc., sequitur enim οἱ δὲ, etc.

Δῆλον δτι δς. Hunc locum Sirmundus in editione sua ita excudi jussit, δῆλον ὡς τοῦτο δέδρακα τῶν θελου νεύματος γεγονώς ὑπουργόν. Nostri tamen codices nihil mutant.

In caput XXVIII.

PAG. 148. *Τῶν Ἀντιοχείων θήσω φωνήν.* Sirmundus hunc locum ita edidit : *Τῆν ἀξιάγαστον αὐτῶν ἐνθήσω φωνήν quemadmodum legitur in altero ex codicibus Regiis, ex quo varias lectiones Robertus Stephanus excerpit : nisi quod θήσω habet Regius codex. In editione Basiliensi sine præpositiva particula legitur hic locus ἐγὼ δὲ ἀξιάγαστον τῶν Ἀντιοχείων θήσω φωνήν.*

Τῆν δεξιὸν Ἰουλιανόν. In manuscripto codice Henrici Savilii scriptum est τὸν ἐξάριστον Ἰουλιανόν, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus nisi quod postremam quoque vocem expanxit.

Ἐκείνος ἐφη σαφῶς. Rectius in editione Basiliensi legitur, εἶδει σαφῶς, εἶδει positum pro ἤει. Id est, norat.

HENRICI VALESII

ADNOTATIONES

IN LIBRUM QUARTUM HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ THEODORETI.

In caput I.

PAG. 151. *Τοῖς ἀγῶσι τοῖς μελζοσι.* Id est in certaminibus pro fide. Hæc enim certamina graviora sunt certaminibus bellicis.

Ἐπὶ τὰ χεῖρω. Quam hic mutationem intelligat, obscurum est, utrum mutationem fidei et religionis, an mutationem suffragiorum. Malim tamen mutationem religionis intelligere. Nam milites Romani a Christiana religione ad gentilium cultum desciverant, regnante Juliano.

Μαθήμασιν εὐσεβείας. In Manuscripto codice Savilii, et in editione Basiliensi legitur μαθήμασιν εὐσεβείας.

In caput II.

PAG. 152. *Τῆς πολεμίας ἐξέβαλε.* Verbum ἐξέβαλε non convenit huic loco. Restituendum itaque mihi videtur ἐξέλαβε. Certe interpretes hunc locum ita verterunt, quasi legissent ἐξήγαγε.

Γραφῆναι αὐτῶ παρακαλῶν. In editione Basiliensi legitur γραφῆναι οἱ παρακαλῶν. Quod mihi quidem videtur elegantius.

In caput III.

Ἐπιστολὴ συνοδική. Baronius ad annum Christi 365, cap. 132, hanc epistolam ab Athanasio scriptam esse existimat Alexandria in synodo episcoporum totius Ægypti, quos Athanasius, accepto Joviani imperatoris edicto, statim Alexandriam evocaverat. Quæ quidem conjectura admodum probabilis est. Suspicio tamen hanc epistolam scriptam esse ab Athanasio Antiochiæ, quo una cum aliquot episcopis Ægypti ac Libyæ se contulerat, ut Jovianum imperatorem illic salutaret. Cumque imperator Jovianus regulam fidei ab illo et a reliquis episcopis flagitasset, ut testatur Gregorius Nazianzenus in oratione funebri de laudibus Athanasii Athanasius collatione habita cum episcopis Ægypti ac Libyæ qui ipsum comitabantur, epistolam de fide scripsit ad Jovianum. Conjecturam nostram confirmat titulus ipsius epistolæ, qui sic habet : Ἀθανά-

σιος καὶ οἱ λοιποὶ ἐπίσκοποι, οἱ ἐλθόντες ἐκ προσώπου πάντων τῶν ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου, etc. Id est, Athanasius et reliqui episcopi qui venerunt ex persona omnium episcoporum Ægypti, etc. Sic enim interpretanda sunt hæc verba. Male Christophorus ita vertit : *Athanasius et reliqui episcopi, qui nomine omnium Ægypti, Thebaidis et Libyæ episcoporum, in unum convenerunt.* Quæ Christophoroni interpretatio imposuisse videtur Baronio. Atqui non hoc dicit Theodoretus, episcopos illos in unum convenisse. Neque enim in Græco est οἱ συναθρόντες, sed tantum οἱ ἐλθόντες. Quo verbo significatur, episcopos illos qui cum Athanasio erant, missos fuisse ab universis episcopis Ægypti ac Libyæ, ut pro Athanasio testimonium redderent apud imperatorem Jovianum. Etenim Ariani qui Alexandria degabant, legatos suos miserant Antiochiam, qui Athanasium coram Joviano principe accusarent, ut constat ex libello precum eorundem Arianorum, qui editus est in secundo tomo operum Athanasii. Ad eos igitur refutandos, episcopi Ægypti quosdam ex suo numero Antiochiam miserunt, qui pro Athanasio testimonium dicerent coram Joviano.

PAG. 155. *Καρδιὰν ἔχοις.* In codice Savilii et in editione Basiliensi legitur ἔχεις, quomodo etiam legit Epiphanius Scholasticus. Apud Athanasium tamen scribitur ἔξεις. Posterior autem pars hujus periodi in vulgatis Athanasii editionibus desideratur : eamque Baronius adjectam esse existimat ab Ariano quopiam, qui Athanasium irridere vellet tantquam falsum vatem. Neque enim imperium Joviani diu stetit. Mihi tamen nihil hic adulterium ac suppositum videtur. Nec vituperandus ideo est Athanasius, si Jovianus non tot annos in principatu vixit, quot Athanasius eum vivere optaverat.

Ἀρρέσεως καὶ σχισμῶν. Forte scribendum est δαιρέσεως, id est divisionis ac discidium in Ecclesia catholica auctores fuerant.

Οἱ ἄγιοι τελειοθέτες. Verti etiam potest, in hac

enim baptizati sancti, etc. Nam τελεωθῆναι est baptizari, ut monui in Adnotationibus Eusebianis, pag. 253.

Ἀδύλας γινωσκόμερη. Primam vocem Genevensis typographi adjecerunt ex Christophorsoni versione et ex libro Athanasii. In cunctis tamen nostris exemplaribus non habetur, nec in versione Epiphanii Scholastici.

Τινὲς μὲν αὐτὴν τὴν ἐν Νικαίᾳ. In vulgatis Athanasii editionibus hic locus aliter legitur : sed ex Theodoro emendandus est. Duo enim genera Arianorum hic perstringit Athanasius, quorum alii vocem θεοούσιον penitus rejiciebant, Filium Dei ex nihilo creatum asserentes ; alii vero admittebant quidem τὸ θεοούσιον, sed perperam interpretabantur, nec Spiritum sanctum Deum esse credebant : cujusmodi erant Macedoniani. Idem testatur Gregorius Nazianzenus in oratione funebri de laudibus Athanasii, loquens de libello fidei quem scripsit ad Jovianum Aug.

ΡΑΕ. 154. Ὑπὸ τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἐπισκόπων. In vulgatis editionibus Athanasii numerus episcoporum non habetur. Certe numerus ille trecentorum decem et octo episcoporum qui Nicææ in unum convenerunt, licet ab antiquis Patribus traditus reperitur, apud Athanasium tamen, si bene memini, nusquam integer legitur. Nam in epistola ad Solitarios, pag. 854, ait Nicæam convenisse episcopos plus minus trecentos.

In caput IV.

PAG. 155. Ἐθεβάλωσα. Pessime Christophorozus hunc locum interpretatus est hoc modo : *Cognitio imperatoris quam de rebus divinis imbiberae*. Atqui non hoc dicit Theodoretus ; sed Jovianum acceptis Athanasii litteris, legem tulisse qua Nicæna fides confirmabatur. Si quis tamen sensum Christophorsoni sequi maluerit, non magnopere repugnabo : præsertim cum Jovianus nullam legem tulerit de religione, sed unicusque colendi pro arbitrio suo numinis liberam reliquerit facultatem, ut docet Themistius in oratione ad Jovianum.

Καὶ νόμος ἕτερον ἔγραψε. Hæc est secunda constitutio Joviani pro Ecclesiis. Prima enim ejus constitutio fuerat de episcopis ab exsilio revocandis, et in sedes suas restituendis, ut legitur in cap. 2 hujus libri.

Τὸ τρίτημόριον. Hic locus prava interpunctione deformatus est. Sic igitur eum distinguendum puto : Τὰς εἰσφορὰς, τῆς Κωνσταντίνου συντάξεως τὸ τρίτημόριον, etc., quam distinctionem ipse confirmat Theodoretus in lib. 1, cap. 11.

In caput V.

PAG. 156. Αὐξεντίου γάρ. Nullum hic ordinem temporum servat Theodoretus, nam cum res a Valentiniano Aug. in Ecclesia gestas dicere aggrediat, qui regnare cœpit anno natalis Domini 364, ab Auxentii morte et Ambrosii ordinatione eas orditur, quæ facta est anno Christi 374 decem annis integris post exordium principatus Valentiniani.

Ἡμετέρας ὑποκλίνομεν κεφαλὰς. Solebant omnes christiani occurrentibus episcopis caput submittere, ut ab iis benedictionem acciperent. Cujus moris multa supersunt vestigia in veterum libris. Primo enim Hilarius in libro contra Constantium ita scribit : *Osculo sacerdos excipis, quo et Christus est proditus : caput benedictioni submittis, ut fidem calces. Convivio dignaris, ex quo Judas ad proditorem egressus est. Censum capitulum remittis, quem Christus ne scandalo esset, exsolvit*. Philostorgius in *Historia ecclesiastica* scribit Leontium Tripoleos episcopum cum reliqui omnes episcopi Eusebiam Augustam, uxorem imperatoris Constantii, adirent, eamque ex more adorarent, nunquam adduci potuisse ut eam inviseret, nisi ea conditione ut Augusta venienti ipsi assurgeret, et caput

submitteret, postulans ut benediceretur. Verba Philostorgii refert Suidas in Leontio. Simile est quod scribit Marcus diaconus in Vita Porphyrii Gazensis episcopi, Eudoxiam Augustam ipsis in Palatium venientibus non semel occurrisse, et priorem ipsos salutasse, atque ut sederent jussisse, et inclinato capite postulasse ut benedicerent. Idem quoque de eadem Augusta testatur Sozomenus in lib. viii, cap. 13, ubi de Ammonio loquitur et fratribus monachis qui Longi dicebantur. Palladius, in dialogo de Vita Joannis Chrysostomi ubi de eo loquitur in exsiliu proficiscente, ait illum Olympiadi et Pentadiæ ac Salvinae dixisse, ut quicumque sine ambitu eligeretur episcopus, ei capita submitterent perinde ac ipsi. Nefas hic arbitror præterire insignem locum Joannis Chrysostomi ex homilia 5, ad populum Antiochenum, ubi de Flaviano episcopo qui ad comitatum principis profectus erat, ita loquitur : Ἀρχων ἐστὶ καὶ αὐτός, καὶ ἄρχων ἐκείνου σεμνότερος. Καὶ γὰρ αὐτὴν τὴν βασιλικὴν κεφαλὴν οἱ ἱεροὶ νόμοι ταῖς τοῦτου φέροντες χερσὶν ὑπέταξαν. De eodem more loquitur auctor vitæ sancti Fulgentii : *Altercantibus omnibus quis primo saluaret agnoscendus, quis benedicti caput supponeret*. Denique incertus auctor *Quæstionum Veteris et Novi Testamenti*, quæst. 109. Nostris autem sacerdotibus super multos quotidie nomen Domini et verba benedictionis imponunt. Sed in paucis effectus est. Est iterum quando meliores se benediciunt. Quamvis enim quis sanctus sit, curvat tamen caput ad benedictionem sumendam. Postremo Honorius et Valentinianus Augusti, de accusatione episcopi, presbyteri vel diaconi ita rescribunt ad verum præfectum prætorio : *Audemus quidem sermonem facere solito plus timore capti, de sanctis et venerabilibus sacerdotibus, et secundis sacerdotibus, vel etiam Levitis ; et eos cum omni timore nominare quibus omnis terra caput inclinat*.

In caput VIII.

PAG. 158. Αὐτοκράτορες μέγιστοι. Baronius in *Annalibus ecclesiasticis* hanc epistolam non a Valentiniano imperatore, ut scribit Theodoretus, sed a Valente potius scriptam esse existimat, anno Christi 365, quo Valentinianus et Valens consules fuere. Sed, pace ejus dixerim, dupliciter fallitur, tum in anno quo scripta est hæc epistola, tum in eo quod Valenti eam assignat. Nam cum in titulo qui epistolæ præfixus est, una cum Valentiniano et Valente Gratianus quoque Augustus nuncupetur, procul dubio ante annum Christi 367. hæc epistola scribi non potuit. Eo enim anno Gratianus Augustus nuncupatus est, ut constat ex Amniano Marcellino, et ex Fastis Idatii, Lupicino et Jovino cons. Argumenta vero quibus Baronius nititur ut Valenti eam epistolam assignet, refutationem non merentur. Primum enim ait, Valentis nomen in titulo hujus epistolæ præponi : quod est falsissimum, ut ex Theodoro nostro, et ex versione Epiphanii Scholastici apparet. Deinde quod ait res Asiæ diœceseos nihil ad Valentinianum attinuisse, neque id verum est. Etenim ex Amniano Marcellino didicimus, Valentinianum seniorem, licet Valenti fratri Orientis imperium tribuisset, cuncta tamen pro arbitrio suo esse moderatum ; et Valentem instar apparitoris, ut Amniani nostri verbis utar, ei morigerum semper fuisse. Denique quod addit Baronius, Valentinianum tunc fuisse in Galliis, non autem in Illyrico, fateor id quidem. Neque enim Valentinianus relictis Galliis in Illyricum profectus est nisi anno Christi 374, Gratiano et Equitio cons., ut docet idem Marcellinus. Sed nihil obstat, quominus in Galliis positus, legatos Illyricianæ synodi ad se missos audierit. Porro hujus epistolæ Valentiniani ad episcopos Asiæ nemini etiam Theophanes in Chronico, eamque edictum appellat.

Καροφρυγίας Πακατιανῆς. Ita legitur in omnibus nostris exemplaribus, et apud Epiphanium Scholasticum. Sirmundus tamen post vocem *Καροφρυγία* addidit distinctionem: quasi tres essent Phrygiæ; Phrygia scilicet proprie dicta, Carophrygia, et Phrygia Pacatiana. Sed cum in veterum libris duæ tantum Phrygiæ nominentur, Phrygia scilicet Pacatiana, et Phrygia salutaris, malim hoc loco scribere *Καρίας, Φρυγίας Πακατιανῆς.* Desunt autem hic nomina reliquiarum provinciarum dioceseos Asiaticæ. Quæ si quis scire desiderat, habentur in *Notitia imperii Romani* hoc ordine recensita, Pamphylia, Lydia, Pisidia, Lycaonia, Phrygia Pacatiana, Phrygia Salutaris, Lycia, Caria.

Πατέρος καὶ Υἱοῦ. Rectius in codice Saviliano et in editione Basiliensi legitur: *Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα.*

Οὐδὲ ἄλλως ἐκκλινοῦντες. Pessime hunc locum vertit Christophorus, cui prava hujus loci distinctio fraudi fuit. Nam post verbum *ἐκκλινοῦντες* apposita est subdistinctio tum in Basiliensi, tum in Roberti Stephani editione. Verum Henricus Savilius et Jacobus Sirmundus eam distinctionem merito expunxerunt. Per *λεϊτουργίας* autem non ecclesiasticum munus, sed functiones publicas intelligere debemus, a quibus, licet Constantini rescripto immunes declarati essent clerici, tamen episcopi Illyrici liberi esse volebant, ut hic testatur Valentinianus: evangelicum illud sequentes: *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, et quæ sunt Dei Deo.* (Matth. xxi. 21.) Idem infra testatur Valentinianus his verbis, καὶ τὰ δημόσια κατὰ νόμους εἰσκαμῆσαι.

Ὅτι ἀνήκαμεν. Codex Savilii scriptum habet *ὅτι ἀνήκα.* Basiliensis autem editio excusum habet *ὅτι ἤκα* ὁρθογραφία sine: subscripto, optime meo quidem iudicio, id est, *Sed ne quis dicat: Venit religio principis.*

PAG. 159. *Τὰ τῆς ἀποδείξεως ὑμῶν.* Decreta interpretatur Christophorus, Sirmundus Placita. Ego professionem fidei malim exponere. Sic enim loquitur imperator initio hujus epistolæ: *Ἀπέδειξαν οἱ τρισμακροῦτάτοι.*

Παύσασθαι ἀποκράσθαι. Vetat hic Valentinianus ne episcopos orthodoxos qui Nicænam fidem sequebantur, persequantur ii qui alterius erant opinionis ac sectæ: neve ex eo quod imperator Valens ipsis favebat, occasione arrepta, impugnent alios qui non idem cum ipsis sentiebant. Inter quos ait quosdam reperiri viros bonos ac pios et religiosos. Quippe Valentinianus senior liberam unicuique religionis suæ retinendæ potestatem reliquit, quemadmodum testatur Ammianus Marcellinus in lib. xxx.

Ἡμεῖς μὲν ἐχρησάμεθα τῷ ἄλλω. Hic locus valde obscurus est. Et Epiphanius quidem Scholasticus ita eum vertit: *Et nos quidem subjicimur ei, qui primus est et novissimus: vos autem vobismet arrogatis.* Quæ interpretatio, meo quidem iudicio, ferri non potest. Camerarius vero sic interpretatur: *Nos quidem ordine a primo ad ultimum processimus tractatione nostru: ipsi vero vosmetipsos abalienastis.* At Christophorus ita vertit: *Nos patientia semper a principio usque ad finem usi sumus: vos contra animi vestri impotentia obsecuti estis.* Cujus interpretationem secutus est ex parte Jacobus Sirmundus: nam in posterioris membri versione Epiphanium Scholasticum sequi maluit. Mihi videtur verbum *χρησθαι* hoc loco idem significare quod communicare et commercium habere. Cujusmodi est illud in Evangelio: *Non communicavit Judæi Samaritanis.* (Joan. iv. 9.)

Μὴ θέλοντες αὐτὸν ἀρεῖσθαι. Jacobus Sirmundus in editione sua excudi jussit *μὴ θέλοντες* et paulo post *παράκληθεις.* Satis audacter cum manuscriptorum codices nihil mutant. Quod vero addit Valentinianus, Pilatum ad orientem solem conversum manus

suas lavisse, in Evangeliiis nostris, quod sciam, non legitur. Itaque suspicor id sumptum esse ex Evangelio secundum Hebræos. Ideo autem Valentinianus hoc videtur adjecisse, quod Orientales episcopos alloquebatur qui erant in Asiatica diocesi.

Μεταξὺ τοῦ παρακελημένου. Totus hic locus densis tenebris obvolutus est. Joachimus quidem Camerarius ita vertit: *Ac cum illo confirmato ad cruciatum pati testamentum ipsius quasi in sanguine Zachariæ.* Christophorus vero ita interpretatus est: *Ne regnantibus nunc nobis nihil hinc emolumentum consecuti, postea una cum sceleris exhortatore in ea quæ testamenti ipsius sunt damna incurralis, id quod in Zachariæ sanguine eveniebat.* Eodem fere modo vertit Jacobus Sirmundus. Ego vero quod ad hæc verba attinet *μεταξὺ τοῦ παρακελημένου*, assentior Christophoro et Sirmundo qui sceleris hortatorem interpretati sunt. Idem enim est quod paulo post dicit Valentinianus: *μετὰ τῷ συνέραμῶτος αὐτοῦ δαίμονος.* Sed pro verbo *παρεῖν*, scribendum affirmo *πατεῖν*, quod est conculcare. Alludit enim Valentinianus ad *Historiam Zachariæ*, qui paulo ante adventum Christi occisus est juxta altare, ut legitur in Evangelio. Quo tempore conculcatum est sanctuarium Domini a militibus, qui introgressi in sanctuarium, Zachariam occiderunt juxta altare. Porro vestigia sanguinis Zachariæ adhuc sua ætate mansisse tradit auctor *Itinerarii Hierosolymitani*, his verbis: *In æde ipsa ubi templum fuit quod Salomon edificavit, in marmore ante aram sanguinem Zachariæ ibi, dicas hodie visum.* Etiam parent vestigia clavorum militum qui eum occiderunt, in tota area, ut putes in cera fixum esse.

Ἐπ' Ἀμεγέτων. In editione Basiliensi aliter scribuntur hæc nomina, in hunc modum, *Ἐπ' Ἀμεγέτων καὶ Κικζωνίων.* Apud Epiphanium autem Scholasticum ita leguntur: *Hæc præcepimus in Megritio, et in Ciceronio, et Damasco, et Lampone, et Britisio.* Et Baronius quidem existimat hos fuisse presbyteros Ecclesiæ Romanæ. Ego vero libentius crediderim hos fuisse legatos synodi Illyricianæ, qui ad Valentinianum imperatorem missi erant, ut gesta synodi ei significarent. Id enim moris fuit jam inde a temporibus Constantini.

Πατέρας ἐκείνων καλοῦντες. Intelligit episcopos Antiocheni concilii quod in encænibus celebratum est. Hos enim Patres vocare consueverant Semiariani, ut docet Socrates in lib. ii, sub finem, ubi de Seleuciensi synodo loquitur.

PAG. 160. *Ἄλλα γράψατα.* Magis placet Scriptura codicis Saviliani, in quo legitur *γράφατα.* Atque ita edidit etiam Jacobus Sirmundus. Vulgatum tamen lectionem confirmat Epiphanius Scholasticus.

Καθὸ δὲ υἱός. Mallet scribere, *καθὼς δὲ υἱός, etc.*

In capiti IX.

Οἱ ἐπισκοποι τοῦ Ἰλλυρικίου. Hanc synodum Illyricianam Baronius in *Annalibus* confert in annum Christi 365. Verum epistola Valentiniani imperatoris quam superiori capite retulit Theodoretus, ejus sententiam aperte refutat. In hujus enim epistolæ titulo, Gratianus una cum Valentiniano et Valente Augustus nominatur. Porro Gratianus a patre Augustus nuncupatus est anno Christi 367, quare non ante hunc annum synodus ista Illyriciana potuit congregari. Baronius vero, ut ita sentiret impulit epistolam synodica concilii Illyriciani hic a Theodoro relato: in qua mentio fit Eustathii episcopi. Hunc Eustathium Baronius existimat esse Sebastianum episcopum, qui a Lampsacena synodo una cum duobus aliis episcopis legatus ad Liberium missus fuerat anno 365. Verum hanc Baronii sententiam refellit Socrates in lib. iv, cap. 12, ubi hanc legationem Eustathii assignat anno Christi 368. Consulatur igitur lector quæ illic adnotavi.

Ἐλπίδιον τοῦ πρεσβυτέρου. Baronius quidem existimat hunc esse Elpidium Romanæ Ecclesiæ presbyterum, qui una cum Philoxeno missus olim fuerat a Julio papa ad Orientales episcopos. Dubitare tamen jure quis possit, utrum hic Elpidius Romanæ Ecclesiæ presbyter fuerit. Etenim episcopi Illyrici diserte scribunt, hunc Elpidium a se univsum esse ad Asianos. Quod si Elpidius Ecclesiæ Romanæ fuisset presbyter, et quidem legatus a Liberio papa, ut vult Baronius, episcopi Illyrici nunquam dicerent se illum ad Asianos misisse. Adde quod Elpidium fratrem suum et comministrum appellant. Quibus titulis episcopos potius designari videtur quam presbyter. Proinde existimo Elpidium hunc fuisse episcopum Illyrici, quem episcopi Illyriciani legatum miserunt ad episcopos diocesanos Asianæ, inspecturum utrum vera essent quæ Eustathius Sebastenus ipsis renuntiaverat: Asianos scilicet Spiritum sanctum Patri ac Filio consubstantialium non credere. Hæc est conjectura nostra de Elpidio. Certe in manuscripto codice Henrici Savillii, pro πρεσβυτέρου scriptum est πρεσβύτου. Denique in fine epistolæ aiunt hunc Elpidium ex suo corpore missum esse ad Asianos ἕνα ἐκ πάντων, id est, unum ex omnibus electum fuisse qui hanc legationem obiret. Quibus verbis aperte declaratur, Elpidium fuisse ex numero episcoporum Illyrici. Quod nisi me conjectura fallit, hic est Elpidius episcopus, ad quem Basilius magnus scripsit epistolam 322. In ea enim epistola rogat Elpidium Basilium, ut, si necessarium judicaverit, tempus ac locum concilii indicat, scribatque litteras ad episcopos ut ad certam diem conveniant. Quod optime convenit huic Elpidio nostro, qui ab episcopis Illyrici missus fuerat in Asiam ad rectam fidem stabilendam.

Ἐγὼ δὲ Χριστοῦ. Tria hæc verba desunt in manuscripto codice Savillii et in editione Basiliensi, nec ea agnoscit Epiphanius Scholasticus.

PAG. 161. *Ὁρ αὐτόθι κηρύσσετε.* Verbum κηρύσσετε hoc loco accipitur pro prædicatione sive doctrina. Hoc enim sensu passim usurpatur in reliqua epistola. Vocabulum igitur *ἔθρον* quod huic verbo jungitur, pro blasphemia seu impietate accipere debemus, quam prædicabant episcopi diocesanos Asianæ, Spiritum sanctum a Dei Patris ac Filii substantia separantes. Porro hic mirari subit, quomodo Eustathius Sebastenus in synodo Illyriciana accusaverit episcopos Asiæ, quod de Spiritu sancto male sentirent. Ipse enim legatus erat Macedonianorum, qui Spiritus sancti deitatem negabant. Verum Macedoniani eo quidem tempore impietatem suam et blasphemiam in Spiritum sanctum adhuc tegebant, nec in apertum proferebant. Cæterum pro vocabulo *ἔθρον* libentius hic legerem *ψέγον*, id est probrum.

Ἀπὸ τῆς βυσιλευούσης Ῥωμαίων ἀρχῆς. Jacobus Sirmundus hunc locum aliter distinxit. Expuncta enim virgula quæ post hæc verba apposta est in nostris exemplaribus, ita exposuit hunc locum: *Sed necessitas nobis imposta est, ut ad vos mitteremus dominum et comministrum nostrum Elpidium, a regio Romanorum principatu litteras habentem.* In quo Sirmundus videtur secutus versionem Epiphanius Scholastici. Sic enim ille: *Quamobrem necessarium habuimus ad vos destinare dominum nostrum et comministrum Elpidium, a regio principatu Romanorum has litteras deferentem.* Verum hæc versio ferri non potest. Nam ἡ βασιλευούσα τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς procul dubio est urbs Roma. Rectius itaque Camerarius et Christophorus hunc locum de urbe Roma exposuerunt. Sed ambiguum est utrum Elpidius dicatur missus ab urbe Roma, an potius Elpidius ab urbe Roma, id est urbis Romæ, presbyter intelligendus s. i. Sic enim loqui solebant tam Græci quam Latini, præsertim cum de episcopis loquuntur.

Μηδὲ ἐτεροδοξεῖν. Jacobus Sirmundus nescio

quos secutus codices, edidit *ἐτεροδοξεῖν*, pessime.

Καὶ ὑπόμνησιν ἔχοντες. Hunc locum optime interpretatus est Christophorus hoc modo: *Dum hac de re scriberemus ad vos, commonefacti sumus, ut in his nostris litteris scriberemus etiam de episcoporum institutione.* Quam interpretationem ex parte secutus est Jacobus Sirmundus. Porro episcopi Illyrici, ut de ordinationibus episcoporum scriberent, admoniti fuerant ab Eustathio episcopo Sebasteno: eo quod apud Asianos, ut verisimile est, vitiose fierent ordinationes. Certe hoc malum diu postea in Asia viguisse temporibus Joannis Chrysostomi, doctet Socrates, Sozomenus ac Palladius.

Ἡ κατασπαθέντων. Hanc vocem Camerarius de præterito interpretatur tempore, cum tamen de futuro intelligi debeat. Sic supra in hac epistola *καταμαθόντα* positum est pro *καταμαθήσοντα*. Recte ergo Jacobus Sirmundus vertit: *De comministris episcopis creatis vel creandis.*

Ἦν ἐν τέλει χρησαμένων ἐπισκόπων ὄντως. Christophorus quidem hunc locum ita vertit: *Ut si quoquo modo fieri queat, e magistratibus qui episcopatu functi, probata spectataque fide fuerint, cooptentur.* Quæ interpretatio nullo modo ferri potest. Quid enim sibi volunt ista, ut e magistratibus qui episcopatum gesserint, ordinentur episcopi? Vidit hoc Jacobus Sirmundus. Itaque ut huic vitio mederetur, vocem *ἐπισκόπων* expunxit, et *ὄντες* reposuit pro *ὄντες* audacter quidem, sed infeliciter. Quis enim unquam ita locutus est Græce, aut quem sensum habet hæc ejus interpretatio: *Si quidem fuerint ex sano et probato magistratu functis.* Ego vero hunc esse sensum existimo horum verborum, ut si qui episcoporum jam vita functorum filii reperiantur orthodoxi, ii reliquis omnibus præferantur. Itaque delenda est præpositio *ἐν*, ut pote superflua. Sed dicit aliquis quodnam exemplum habeamus hujus rei. Habemus exemplum et quidem illustre in domno, qui Antiochenæ Ecclesiæ episcopus factus est, cum esset filius Demetriani ejusdem urbis episcopi, ut legitur apud Eusebium in lib. vii *Historiæ ecclesiasticæ*:

Ἐν Ἰῶ καὶ ἀγίῳ Πνεύματι. In editione Basiliensi legitur tantum *ὄν ἀγίῳ Πνεύματι*: quæ scriptura magis placet.

PAG. 162. *Πολυχρόνιος, Τηλέμαχος.* Hi et qui sequuntur episcopi Illyrici, Arianae peritidæ assertores erant, atque idcirco depositi a synodo Illyriciana. Hæc porro synodus habita est sub pontificatu Damasi, ac, nisi fallor, post epistolam synodicam ab eodem Damaso scriptam ad episcopos Illyrici, quam supra retulit Theodoretus in lib. ii, et Sozomenus in lib. vii.

Ἐγόμεθα τῷ Πατρὶ. Epiphanius Scholasticus vertit: *Valere vos optamus Patri et Filio cum sancto Spiritu*, quomodo etiam vertit Jacobus Sirmundus. Camerarius vero et Christophorus vertere maluerunt in *Patre ac Filio*, etc. Verti tamen posset locus hoc modo: *Oramus Patrem ac Filium cum sancto Spiritu, ut quam diutissime valeatis.*

In caput X.

Ἀρόητος νερόηκε. Hunc locum restitui ex editione Basiliensi et ex manuscripto codice Henrici Savillii, redactis in unam duabus periodis, quæ perperam divisæ erant. Emendationem nostram confirmat Theodoretus in lib. iv *Hæreticarum fabul.*, cap. 10.

Ἐπισθὴ δὲ τῖρας. Particulam *δὲ* expunxi, secutus auctoritatem codicis Henrici Savillii et Basiliensem editionem.

In caput XI.

PAG. 163. *Εὐχίτας.* In manuscripto codice Savillii et in editione Basiliensi scribitur *εὐχίτας*. De his plura vide apud Epiphanium in libro de hæro-

situs, et apud nostrum Theodoretum in libris *Hæreticarum fabularum*.

Ὁς κορημάρ. In codice Savilli et in editione Basiliensi legitur *πονηριαν* Quod magis probo.

Καὶ Ἀδελφίος. De hoc Adelphio monacho loquitur Nilus in libro *Περὶ ἀκημοσύνης*, id est de voluntaria paupertate. Cujus locum, quia auctor ille nondum editus est, hic arponam: *Ἄλλ' ὄρα μὴ τῆ τῶν ἁγίων διγνεκεὶ περὶ τὸ θεῖον ἀγοράζα, τοῖς ἀπὸ Ἀδελφίου τοῦ τῆς μέσης τῶν ποταμῶν καὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ πρὸς ὀλίγον τὴν βασιλευομένην Κωνσταντινου πόλιν θαλώσαντος ἀργίας ἀνοίγωμεν θύραν, προκάλυμμα τῆς περὶ τὴν ἐργασίαν ὀκνηρίας, τὸ διαπαντὸς δοκεῖν προσκατερεῖν τῇ προσευχῇ πεποιημένοις, καὶ νέοις παισὶ καὶ ἀνδράσι σφριγῶσιν ἔτι κατὰ τὴν ἰσχὺν τοῦ σώματος, καὶ ταύτην πολλοῖς ὀφείλουσι καταλύσαι πόνου, νομοθετήσασιν τὸ μὴ ἐργάζεσθαι· τῇ ἀνέσει καὶ τὰ πάθη αὐτοῖς ἐπεγεύρασι, καὶ τῷ λογισμῷ παρασυροῦσιν ἄδειαν, ταῖς τούτων ὕλαις ἐνευκαίρειν, ἕως ἂν ἡ δοκοῦσα προσευχῇ, οὐκ οὔσα δὲ τοῦτο ὄπερ λέγεται, πάντῃ ἀπόληται. Id est: *Sed vide ne assidua sanctorum hominum in rebus divinis occupatione, discipulis Adelphii Mesopotameni, et Alexandri illius qui Constantinopolim brevi temporis spatio perturbavit, desideria januam aperiamus. Qui suam ad opus faciendum pigritiam eo velamento tegebant, quasi perpetuo orationi incumbere. Et adolescentibus ac viris robore corporis adhuc vigentibus, et qui vigorem illum multo labore conterere opus habebant, præcipiebant ne opus facerent: desideria perturbaciones animi in eis excitantes; et cogitationi liberam concedentes facultatem, ut in perturbationum illarum materia oblectaretur, quoadusque imaginaria illorum precatio, sed quæ revera precatio non est, penitus interiret.**

Ἀποκρύπτουσι τοὺς. Hunc locum emendavi ex duobus mss. codicibus, Saviliano scilicet ac regio, in quibus scribitur *ἀποκηρύττουσι*. Quam lectionem confirmat ipse Theodoretus in lib. iv *Hæreticarum fabularum*, cap. 14, de Messalianis ita scribens: *Ἀναθεματίζουσι ἐπιπετώσ τοὺς τούτων τι λέγοντας.*

Ἐν τῇ ψυχῇ περιφέρουσι. Codex Savillii et Basiliensis editio scriptum habent *ἐν ταῖς ψυχαῖς*.

Ἀητότος. In ms. codice Savillii et in editione Basiliensi *Ἀητώτος* scribitur, rectius ni fallor. Exstant ad illum aliquot epistolæ Basili magni.

Ἀμφιλόχος. Hic synodum viginti quinque episcoporum adversus Messalianos collegit in urbe Sida, de qua Photius in *Biblioth.*, cap. 52, multa habet scitu digna.

ΡΑΓ. 164. Ἐν Ἐδέσῃ. Basiliensis editio scriptum habet *Ἐδέσῃ*. Porro hæc facta sunt regnante Theodosio. Tunc enim Flavianus ad episcopatum Antiochenis Ecclesiæ promotus est: sub cuius administratione erat Edessa et omnes Orientis provincie. Proinde Theodoretus, occasione Messalianorum arrepta, ordinem temporum antevertit.

Ἐληξέ σε τὸ σὸν στόμα. In altero codice regio, cujus variantes lectiones ad calcem editionis suæ Stephanus excudit, scribitur *ἐλέγξαι*, et paulo post similiter καταμαρτυρησάι, quomodo etiam editit Jacobus Sirmundus.

In caput XII.

ΡΑΓ. 165. Στρατιὰν τε συναθροῖσαι καὶ. Rectius in codice Savilli et in editione Basiliensi hic locus scribitur hoc modo, *στρατιὰν συναθροῖσαι; στρατεῦσαι, etc.* De hac expeditione Valentis adversus Gothos consule Ammianum Marcellinum.

Ὁ δὲ δορυάλωτος μόνον. Vocem μόνον et conjunctionem quæ sequitur expunxi, secutus auctoritatem codicis Savilianii et Basiliensis editionis. In quibus totus hic locus ita scribitur: *Καὶ γέγονεν οὐ δορυάλωτος; ἀλλ' ἀπάτη τῶν γυναικείων βημάτων ὑπήκοος.*

In caput XIII.

ΡΑΓ. 166. Στρατιωτικὸν ἀμπεχόμενος. Duo no-

tanda sunt in hac narratione, vel potius tria. Primum, quod episcopus sumit habitum militarem, id est chlamydem et balteum. Deinde, quod tiaram capiti imponit. Ex quo apparet, episcopos eo tempore tiaram non gestasse. Nam si eam gestare soliti essent episcopi, non id ut novum atque inusitatum notaret in Eusebio Theodoretus. Tiaram igitur sumpsit Eusebius, more Syrorum ac Persarum, qui caput tiara tegebant adversus solis ardorem. Tertium, quod hic notandum occurrit, est ordinatio non solum presbyterorum ac diaconorum, verum etiam episcoporum. Quæ omnia cum sint contraria legibus ecclesiasticis, extra ordinem gesta sunt ab Eusebio Samosatensi, divino spiritu ad hæc eum impellente, ut Arianorum furori obsisteret. Hujusmodi plurima, et tunc, et alias gesta sunt a præsantissimis episcopis. Qui ubi Christianam religionem periclitari videbant, parvipendere solebant regulas et canones Ecclesiæ, dummodo Ecclesiam ipsam salvam atque integram conservarent. Quæ in hujusmodi discriminibus valebat hæc regula: *Salva Ecclesiæ suprema lex esto.*

In caput XIV.

Ἐσπερινὴν λειτουργίαν. Epiphanius et reliqui interpretes de vespertino officio hunc locum intellexerunt. Ego vero de missarum vespertinarum sacrificio malim intelligere. Etenim *λειτουργία* non nisi de missarum solemnibus usurpari solet. Vespertinæ autem missæ fiebant in quadragesima. Qui mos diutissime permansit in Ecclesia, ut docet Amalarius in lib. *De Eccl. officiis*, cap. 7.

Παρ' αὐτοὺς γάρ. In codice Savillii et in editione Basiliensi rectius scribitur *παρ' αὐτῶν γάρ* τοῦ ἵστασ τῷ περιδῶλῳ.

ΡΑΓ. 167. Καὶ πόρρω κειμένην. In editione Basiliensi et in mss. codice Savillii legitur *καὶ ἐξ κειμένην*, quod verius puto. Nam Theodoretus poeticis vocabulis uti solet.

In caput XV.

Τῶν τῆν πόλιν οἰκούντων. Codex Savillii vocem interserit hoc modo, *τῆν πόλιν ἐκείνην οἰκούντων*.

Ἐν τοῖς ὁλόοις. Sic loquitur Ammianus Marcellinus in lib. xviii: *Tales ubi comitantibus singulos quinquaginta ministris tholos introierat bulnarum, etc.* et ante illum Athenæus in lib. ii, *βασιλεύων ὁλόους* dixerat.

ΡΑΓ. 168. Διὰ τῶν τοῦ δρου ποδῶν διαήρται. Rectius in ms. codice Savillii et in editione Basiliensi legitur *ἐκχυλισθῆναι*. Non enim proprium est pilæ διαβαίνειν, sed κυλλεσθαι.

Πῦρ ἀνάψαντες. Posset scribi *πυρὰν ἀνάψαντες* et fortasse rectius. Sequitur enim *καὶ τὴν σφαιρὰν διὰ τοῦ πυρὸς ἀκοντίσαντες*. Esset autem ineptum, eandem vocem in eadem linea bis repetere. Sic quidem Jacobum Sirmundum edidisse *διὰ τῆς πύργος ἀκοντίσαντες*. Sed nostri codices reclamant.

Τῆς Ἐυσεβίου συγγενείας. Mallem scribere *τῆς συγγενείας κοσμοῦμενος*, ut legisse videtur Epiphanius Scholasticus.

Ἰωδιανός. Jacobus Sirmundus edidit *Ἰωδίνος* et altero codice regio, cujus variantes lectiones ad calcem editionis suæ Robertus Stephanus adjecit. Nostri tamen codices et Epiphanius Scholasticus vulgatam scripturam tuentur.

ΡΑΓ. 169. Δεξιῶς δεξιῆς μυστήρια. Jovianus episcopus Pergæ, cum Arianis aliquandiu communicaverat: communionis autem inter episcopos hoc erat symbolum, ut alter ab altero acciperet Eucharistiam. Hujus rei exemplum occurrit ad Evagrium in lib. i, cap. 43. Aversatur ergo Antiochus dextram Joviani, quæ ab Arianis sacerdotibus sacramenta susceperat.

In caput XVI.

Φιλῶ δὲ τούτῳ δρομα. Sic legitur in nostris et

dichibus et apud Nicephorum in lib. xi, cap. 22. Magis tamen placet scriptura quam ex altero codice regio Robertus Stephanus in variis lectionibus exhibuit : Εἰς φρούριον ἔσχατον τοῖς ἐκεῖ γειτονεῦον βαρβάροις, Φηγὸν δὲ τοῦτῃ ὄνομα, etc. Quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus. Ita certe legit Epiphanius Scholasticus, ut ex versione ejus apparet. Sic enim ille : *Quoddam castrum extremum, barbaris vicinum, cui nomen est Pheno, senex dignus caelesti urbe deductus est.* Est autem Phæno seu Pheno viculus Palastinæ, in quo erant tris metalla, ad quæ noxii damnabantur, ut ex Eusebio, Athanasio et Hieronymo notavit pridem Ortelius.

In caput XVII.

ΡΑΓ. 170. Καὶ παλινor. Codex Savillii scriptum habet γέλωτα νομίζει καὶ παλινor. In editione Basiliensi legitur καὶ παιδιάν.

In caput XVIII.

ΡΑΓ. 171. Τούτων κοινωρήσαι ὁμῖν παρήρσα. Prima vox expungenda est, utpote superflua. Certe in editione Basiliensi non habetur.

Τὰ Εὐνομιῶν γράμματα πεπαιδευμένος. Ita legitur in omnibus nostris exemplaribus, nec aliter in suo codice scriptum repererat Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit : *Protogenes autem Eunomii litteris eruditus.* Sirmundus tamen ex regio codice cujus variantes lectiones Stephanus nobis exhibuit, locum emendavit hoc modo : Τὰ ἐκ νόμου γράμματα πεπαιδευμένος, et sic vertit : *Legitimus litteris eruditus.* Quod quid sibi velit nescio. Mallem certe ita interpretari : *Legalibus litteris eruditus.* Certe Nicephorus in lib. ii, cap. 23, cum hunc Theodoretum locum describeret, pro iis verbis quæ retuli, hæc substituit : Ὁ δὲ πρωτογένης, τὰ ἐπὶ Γράμματα ἐκπεπαιδευμένος. Sed et quæ sequuntur in Theodoretum, hanc emendationem confirmant. Ait enim Protogenem cum sacris Litteris apprime instructum esset, ac præterea notarum peritus, ludum litterarium aperuisse, ut pueris artem scribendi traderet, et hæc occasione eos sacras Litteras edocuisse.

ΡΑΓ. 172. Δεσποτικῆν ἐπιθεῖται σφραγίδα. Id est, baptismum conferret. Veteres enim baptismum vocabant σφραγίδα, ut notavi ad *Historiam Eusebii.* Cæterum Protogenes ideo hunc honorem tribuebat Eulogio, quod Eulogius senior esset presbyter, et primus presbyterorum Ecclesie Edessensæ, ut indicat Theodoretus. Eulogium enim vocat ἡγούμενον πάντων, hoc est archipresbyterum.

In caput XIX.

ΡΑΓ. 173. Βασίλειος ὁ μέγας. Duæ postremæ voces absunt ab editione Basiliensi, recte, ut opinor. Sufficit enim elogium quod proxime sequitur.

Πρὸς τὴν ζωὴν τοῦτον ὀπιστρέψαι. In ms. codice Henrici Savillii et in editione Basiliensi legitur ἀναστρέψαι, rectius, ni fallor.

Καὶ τῷ θυσιαστηρίῳ. Valens Epiphaniarum die in ecclesiam Casariensem ingressus est, et consueta dona obtulit ad altare, et intra velum admittus, Basilium auscultavit, ut narrat Gregorius Nazianzenus, in Orat. funebri de laudibus Basilii. Verum Gregorius hæc omnia contigisse testatur priusquam Valentis filius in morbum incidisset. Cui quidem utpote oculato testi, fidem habere malium quam Theodoretum.

Δημοσθένης τῶν βασιλικῶν προμηθούμενος δῶρων. Hujus Demosthenis mentionem facit Gregorius Nyssenus in lib. i Contra Eunomium, ubi hanc Basilii cum Valente ac Modesto ejus præfecto congressionem describit. Verba ejus hæc sunt : Ὅσπερ τοίνυν διὰ τοῦ μαγείρου Ναβουζάρδαν ἐπὶ τῶν Ἱεροσολύμων ποτὲ ὁ Ἀσσύριος τὴν τοῦ ναοῦ καθαίρειν τῶν Ἰσραηλιτῶν καταεργάσατο, οὕτω καὶ Δημοσθένης τινὲ τῷ ἐπὶ τῶν δῶρων τεταγμένῳ καὶ τῶν μαγείρων

ἀρχοντι, ὡς ἰταμωτέρῳ τῶν ἄλλων τὴν τοιαύτην ὑπηρεσίαν προστάξας, κρατήσῃν ὤρετο τοῦ παντός ἐγχειρήματος. Castrensem sacri palatii intelligit. Sic enim vocabatur hæc dignitas. Eundem Demosthenem facile designat Gregorius Nazianzenus, in Orat. funebri jam citata, Nabuzardan cum appellans periade ac Gregorius Nyssenus. Vide Basilium magium in epistola 308.

Τὸ σῶμα ἅπαν λελωθήμενοι. Epiphanius Scholasticus hæc verba de leprosis exposuit, recte, ut opinor.

Πρώτην τοῦ Οὐδέλετος προσβολήν. Ter omnino a Valente impugnatus est Basilium. Prima incursio fuit, dum Basilium adhuc esset presbyter Casariensis Ecclesie, ut refert Gregorius Nazianzenus in Orat. funebri de laudibus Basilii. Secunda ac tertia incursio Valentis in Basilium aliquandiu post contigit, cum Valens venisset Casaream, et Basilium ejusdem loci episcopatum administraret. Primum quidem Valens Demosthenem et alios ex palatio suo, Modestum denique præfectum prætorii adversus eum inmisit. Qui cum nihil profecissent, Valens constantiam Basilii miratus, ab ejus oppugnatione paulisper destitit, et in ecclesiam in qua Basilium collectas habebat, festo Epiphaniarum die intravit. Postrema incursio fuit, cum Valens ab Arianis impulsus, Basilium episcopatu pellit et in exsilium mitti præcepit. Cumque præceptum imperatoris ea de re perscriberetur, morbus filii imperatoris consilium illud interruptit, ut testatur Gregorius in Orat. funebri.

Πάλιν ἤκεν αὐτός. Olim suspicabar scribendum esse αὐτόσε, ut legisse videtur Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit : *Cum vero postea reversus illuc fuisset,* etc. Utrum autem tertia hæc Valentis incursio alio anno contigerit quam secunda, mihi quidem incertum est, cum nec Gregorius, nec Theodoretus id dixerint.

In caput XX.

ΡΑΓ. 175. Εἰς τὴν πόρῳν ἐλευθέραν. In ms. codice Henrici Savillii et in editione Basiliensi aliter scribitur hic locus, hoc scilicet modo, εἰς τὴν ἀπονον καὶ ἐλευθέραν βοσθῆν, quod magis placet.

Τῶν ἐν τέλει καὶ ἀξιωμασι. Codex Savillii et Basiliensis editio hic quoque scriptum habent καὶ ἀξιωματῶν. Sæpius in hac voce a librariis peccatum esse jam supra observavi; ἀξιωματῶν vero positum est pro ἀξιωματικῶν.

In caput XXI.

ΡΑΓ. 176. Καλλίστων ἐφοδίων. Magis placet scriptura codicis Savilliani, in quo legitur φορτίων, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus.

ΡΑΓ. 177. Πάντοθεν παρ' ὁμῶν. Codex Savillii scriptum habet πανταχόθεν quemadmodum edidit Jacobus Sirmundus. Et Paulo post ubi legitur κολινδούμενοι, idem codex et editio Sirmundi præferunt κολινδούμενοι.

In caput XXII.

ΡΑΓ. 178. Ἀδῶν ἐνέκων ἀσέλγειαν. Codex Savillii scriptum habet ἀσέβειαν. Epiphanius tamen Scholasticus vulgatum lectionem tuetur.

Ὡς ἀπὸ κρουνοῦ. Nescio quid sibi voluerit Sirmundus, hunc locum ita vertens : *Streptum insolentem de naribus velut e scatebra, ut ita dicam, fundentes.* Nec melius Christophorus qui sic vertit, *velut ex aqua ductu, ut ita dicam, erumpentem.* Pessime vero Epiphanius Scholasticus interpretatus est hoc modo : *Et ut ita dicam fetorem veluti de quodam cuniculo profundentes.* Magis placet interpretatio Camerarii, qui sic vertit : *Obscenos per nares sonos, clarum, et quasi, ut ita dicam, de aqua fistulis ejaculantes,* κρουνοὶ enim proprie sunt tubi seu salientes, ex quibus aqua in subjectum canalem effunditur.

Τύπον ἀρίων ἀγγέλων. Postrema vox deest in cunctis exemplaribus, tam mss. quam impressis : primumque a Genevensibus typographis addita est ex conjectura Christophorsoni : quam confirmat Epiphanius Scholasticus. Sirmundus tamen cum eam a Græco textu expunxisset, in versione sua retinuit.

Γυμνάς κᾶσαν τὴν πόλιν. Scribendum puto γυμνάς ἀνὰ τὴν πόλιν ἐθριάμβευον.

Οὐδὲ τῇ ταφῇ παραδίδοσθαι. Codex Savilii scriptum habet οὐδὲ τῇ ὁσίᾳ παραδίδοσθαι. Quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus.

PAG. 179. Στοιβῆ κατὰ τὸ γεγραμμένον. Hunc locum feliciter mihi videor restituisse hoc modo, στίβῳ καταγεγραμμένον τοὺς ὀφθαλμούς. Proprium olim erat cinædorum, oculos stibio delinire, quod Græci στίβιζαν dicunt uno verbo. Græci enim στίβην dicunt et στίβμιν. Hesychius in Lexico, στίβη, χρώμα μεταλλικὸν μέλαν, Jon in Omphale.

Καὶ τὴν μέλαιναν στίβμιν ὀμματογράφον. Quare hoc loco στίβη scribi potest.

Τὴν ἀρῆνα φύσιν ἐξαρνησάμενων. Cinædum intelligit. Sic enim cinædos designare Græci solent. Certe Polybius lib. iv, pag. 275. Babyrtam quendam cinædum ita describit : Ἀνθρώπος ἀσυρῆς τῶν ἐξερρημένων τὸν ἀνδρα κατὰ πάντα τρόπον. Sic enim legendus est locus ille quem Casaubonus non intellexit.

PAG. 180. Κομητατισίων δὲ λαρηγιτίων. The-sauri principis qui vulgo sacræ largitiones dicebantur, alii erant per singulas diœceses, quibus præerant comites. Alii erant in comitatu sua cum ipso principe, qui comitatenses largitiones dicebantur. His præerat comes largitionum comitatensium. Erant autem omnes isti comites sub dispositione viri illustri comitis sacrarum largitionum, ut docet notitia utriusque imperii. Hic comes largitionum comitatensium, officiales sub se habebat qui largitionales comitatenses dicebantur. Quorum mentio fit in lege 6, codice th. De diversis officiis : De largitionalibus comitatensibus et officialibus rationalis rerum privatarum custodiri præcepimus, etc. Sic enim scribendus est locus ille, qui vulgo corruptus est.

Πῶς οὐχ ὄπου γε. Codex regius cujus variantes lectiones edidit Stephanus, scriptum hic habet πῶς γὰρ οὐχί. Quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus, recte procul dubio.

Προσφάτω τολμᾷ σέβειν Θεῷ. Sirmundus ex eodem codice regio edidit πρόσφατον Θεῷ. Sed nihil opus erat hac emendatione, cum utrumque dici possit. Recentem vero Deum Petrus hic appellat Christum, juxta sensum Arianorum, qui cum creaturam esse dicebant, non autem ab æterno Deum fuisse. Vide quæ sequuntur paulo post in Confessione presbyterorum Ecclesiæ catholicæ : ubi leguntur hæc verba, Ἡμεῖς οὕτως νέηλυν, οὕτως πρόσφατον σέβοντες Θεόν, etc. Sic enim legendum est ex codice Savilii et ex editione Basiliensi.

PAG. 182. Ἀπίτορες. Hunc locum feliciter mihi videor vertisse. Nam cum reliqui interpretes, Epiphanius scilicet, Christophorsonus ac Sirmundus patre carentes interpretati sint, ego Græcam vocem uno Latino vocabulo expressi, spurios vertens. Atque ita etiam ante nos vertit Joachimus Camerarius hoc modo. Nostri igitur totius orbis Patres, a quibus alienati isti spurii sunt. Certe Plutarchus in Quæstionibus romanis diserte testatur, τοὺς ἀπίτορας a Romanis vulgo appellari spurios vel spurii filios.

Ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας. In ms. codice Henrici Savilii et in editione Basiliensi legitur ἐκ τῆς αὐτοῦ οὐσίας, quemadmodum legisse videtur Epiphanius Scholasticus. Nos tamen nihil mutare volumus, propterea quod utrobique idem sensus est.

Ἀολητάς θρασυμένους. In editione Basiliensi scriptum inveniri θεασάμενοι, non male. Malleim tamen

scribere θεασόμενοι vel θεασομένη, ut legit Epiphanius.

Δι' ἀπειλῶν καὶ ἀπάτης. In variis lectionibus quas ex altero codice regio collegit Stephanus, legitur δι' ἀπειλῶν καὶ βεσάνων, quemadmodum edidit Jacobus Sirmundus. Paulo post ubi legitur, τῇ προφανεῖ δυσσεβείᾳ τῶν ἀρειομαντῶν, Sirmundus ex eodem codice regio edidit, τῇ προφανεῖ ἀρεῖᾳ, quod minus probo.

PAG. 183. Σωρὸν τοῖς κύμασι. Primam vocem Sirmundus in editione sua delevit ut superfluum. Exstat tamen in omnibus nostris codicibus. Ex levi mutatione locum ita restituendum puto : Αἰτῶν ἀπάντων βοᾶν, τῆς ἐπαφροσύνης θαλάσσης· τῶν προσρησομένων ὄρων τοῖς κύμασι κτύπον ἐκείπτον. Posset etiam scribi τῶν προσρησομένων ἐκείμων· sic enim supra locutus est Petrus de Μαρκωμίτε largitionum, κᾶν προσρήσσης ὡς ἀνὰ βεῶς. Cæterum in codice Savilii et in editione Basiliensi scribitur τῷ κύματι.

Σαινόμενοι. Basiliensis editio habet ξόμοι. Et paulo post, ubi legitur προικονησῶς scriptum habet προικονησῶς, ut et codex Savilii. Utrumque tamen dici potest, ut testatur auctor Etymologici.

PAG. 184. Παρὰ τοῦ ἀγαπητοῦ ἡμῶν δαμόου. Mortuo Athanasio, cum Petrus in ejus locum successisset, statim litteras synodicas, seu communicatorias scripsit ad Damasum Romanæ urbis episcopum, quibus et ordinationem suam ei significabat ex more, et persecutiones Arianorum ac gentilium quibus vexabatur narrabat. His litteris respondens Damasus, litteras communicatorias simul et consolatorias misit ad Petrum per quendam diaconum urbis Romæ, ut testatur Petrus in hac epistola. Ex quo apparet, inter ordinationem Petri ac suam, satis longum temporis spatium intercessisse. Nec probabilis videtur Baronii sententia, qui ordinationem ac suam Petri in eundem annum contulit Christi, scilicet 572. Quanquam Socrates mortem Athanasii ac Petri ordinationem anno citius refert.

Ὁς φονέων βασάνοις ἐπέκεινα κοινωψίας. Interpretes hæc verba sic construnt, ut φονέων referatur ad ἐπέκεινα. Nam Camerarius ita vertit : Qui magis quam ullus homicida tortus. Nec aliter Christophorsonus et Sirmundus. Verum si ita construxeris, quomodo ferri poterit hæc locutio κοινωψίας βασάνοις? Quare magis placet versio Epiphanius qui sic transtulit : Et homicidarum verberibus coæquandus. Vox igitur ἐπέκεινα transponenda est hoc modo, φονέων βασάνοις κοινωψίας, ἐπέκεινα λίθοις, etc.

Τοῖς κατὰ ζήνησον μεταλλοῖς. In altero codice regio, cujus variantes lectiones edidit Stephanus, scriptum est καταζήνης una voce, quemadmodum edidit Jacobus Sirmundus. Malim tamen legere κατὰ ζήνων. De his metallis Ensebius in libro De locis Hebraicis, ita scribit : Φινὼν ἤνεψον ἤνεψον Ἰσραὴλ ἐπὶ τῆς ἐρήμου· ἦν δὲ καὶ πόλις Ἐδῶμ. Αὕτη ἐστὶ Φαινῶν, ἐνθα τὰ μέταλλα τοῦ γαλοῦ, μεταξὺ κειμένη πέτρας πόλειος καὶ σορῶν.

Τινὲς μὲν παρ' αὐτὰ μεμερήκυσιν. Interpretes vocem τινὲς interpretati sunt de pueris qui mortui remanserunt sepulturæ expertes. Malim tamen de officialibus præsidis intelligere, qui custodes appositi erant cadaveribus mortuorum, ne quis ea sepulturæ mandaret.

PAG. 185. Παρὰ πάντων ἀπορούμενοι. Epiphanius Scholasticus hæc verba in interpretatione sua prætermisit. Camerarius autem ita vertit : Sed cum omnino illos conatos erga cunctos sui frustrarentur. Christophorsonus vero sic interpretatur : Atqui cum in eo quod conabantur, ab omnibus se destitutos rident. Jacobus autem Sirmundus Camerarium puto frustra conarentur. Ego vero scribendum puto ἀπορούμενοι, quam lectionem in versione mea secutus sum. Id autem optime convenit cum præcedente

tibus. Ait enim Petrus Arianos instar diaboli circumcumeutes, quævisse quem sednerent ac devorarent. Sed cum ab omnibus repellerentur, in aliquot episcopos et clericos iram suam vertisse et rabiem effudisse.

Οιχίσαντας. Post hoc verbum integram pericopem adjecticem ex variis lectionibus, quas Robertus Stephanus ad Calcem editionis suæ descripsit ex altero codice bibliothecæ Regiæ, quæ sic habet καὶ λόγῳ καὶ πράξει τὰς ἡδονὰς ὑποτίσαντας. Ita certe in suo codice legerat Epiphanius Scholasticus, ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit: *Viros pene ab infantia usque ad senectutem eremum incolentes, verboque superantes et actu libidinem.* Ita quoque edidit Jacobus Sirmundus.

Εἰσοδεξάμενοι νόσον. In manuscripto codice Henrici Savillii scriptum est εἰσοδεξάμενοι λύτταν, quomodo etiam legitur in codice Regio, cujus variantes lectiones edidit Stephanus. Ita quoque in suo codice legerat Epiphanius, ut ex ejus interpretatione colligitur, quæ sic habet: *Hi namque rabie coarctati blasphemiam.*

In caput XXIII.

PAG. 186. *Τῇ Ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ.* Miror interpretes non animadvertisse vitium hujus loci. Neque enim vicinas Romano imperio regiones populabantur Saraceni, sed ipsas imperii Romani provincias sibi vicinas vastabant. Legendum igitur est hoc loco τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας, ut scriptum est in exemplari Regio cujus variantes lectiones edidit Stephanus.

Ἐκείνη γὰρ μᾶλλον ἐπέλαθεν. Henricus Savilius ad latum sui codicis adnotavit, scribendum videri ἐκείνη in dativo. Quod mihi non displicet.

Ὁ δὲ φονέων ἦκουε. Hunc locum correxi ex duobus mss. codicibus, Regio et Saviliano, in quibus legitur φονών, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus. Quod autem sequitur τὸν παυσάμενον πόλεμον, de bello inter Romanos et Saracenos intelligendum est.

In caput XXV.

PAG. 187. *Καθὰπερ τινὲς προβόλοι.* Epiphanius vertit *propugnacula, Camerarias, turres.* Sed magis placet Christophorsoni ac Sirmundi interpretatio, qui *turres* verterunt. Harpocratio in lexico *Πρόβολοι*, inquit, αἱ εἰς θάλασσαν ἐγκείμεναι πέτραι, καὶ οὖν ἀκατα τινες. Ubi scribendum puto ἀκατα τινές. Utitur hac voce Demosthenes in oratione *Περὶ τῶν ἐν Χερρόνησῳ*, et in Philippica 10, sub fine in Ἄλλ' ἀνάγκη τοῦτους ὡςπερ προβόλους προσπαλιοντας ὑστερίζειν ἐκείνων. Idem Demosthenes in orat. 1. *Contra Aristogitonem* in fine eadem voce utitur, Μὴ δὴ πρὸς οὓς αὐτὸς ἔχουσα λιμένας καὶ προβόλων ἐνέπλησας, πρὸς τοῦτους προσομιζέω: ubi vides hanc vocem in malam partem sumi, ad noxam potius quam ad tutelam. Utuntur hac voce etiam Aristides in *Panathenæico*, Libanius in *Basilico*, et Heliodorus in fine libri viii. Sed et moles in mare projectas, quas nos vulgo digas vocamus, Græci ita appellabant, ut docet Procopius in lib. iv, *De ædificiis*: Πρὸς δὲ θάλατταν προβόλους τεκτονάμενοι βραχεῖς, οὓςπερ καλεῖν νομοῖται μώλους.

PAG. 188. *Κρεμάσαι.* Hic Sirmundus aliquot voces inseruit ex codice Regio, hoc modo: *Ἐπὶ ταῖς ἰταῖς κρεμάσαι, etc.* Quod non displicet.

Εἰς τὸ πολεμικὸν γυμνάσιον. Hunc locum non intellexerunt interpretes, qui hæc per metaphoram dici existimarunt. Atqui Theodoretus nulla hic metaphora utitur, sed intelligit locum extra urbem, in quo milites exerceri solebant. Qui locus vulgo *campus* dicebatur: unde *campiductores* et *campigenæ* dicti teste Vegetio. Sane Antiochiæ locus fuit ita dictus extra portam Romanensem, in quo milites Romani exercebantur quotidie. Ejus loci fit mentio in libello quem Ariani porrexerunt imperatori Jo-

viano adversus Athanasium, cum imperator per hanc portam iret ad campum. Exstat hic libellus in tomo II Operum Athanasii: Πρώτη ἐντοχία ἦν ἐποίησαντο, ἀπαρχομένου τοῦ βασιλέως εἰς κάμπον ἐν τῇ Ῥωμανησίᾳ πόλῃ. Et paulo post: Ἀκούσας ὁ βασιλεὺς ἐπέτρυνε τὸν ἵππον, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὸν κάμπον.

Τὴν ἀνδρεῖαν προσέφερε. Vox ἀνδρεῖαν prorsus aliena est ab hoc loco. Comparat enim Theodoretus Diodorum vasto cuidam fluvio, qui suos quidem irrigabat, hostes vero submergebat. Ita que Sirmundus pro ἀνδρεῖαν, hoc loco substituit ἀρδεῖαν, parum felici conjectura ut equidem sentio. Neque enim puto ἀρδεῖαν Græce dici, sed potius ἀρδευσιν. Mallem igitur ὕδρεῖαν rescribere. Sed de hoc studiosi pro arbitrio suo judicabunt. Porro in editione Basiliensi scriptum inveni τοῖς μὲν οἰκείαν τὴν ἀνδρεῖαν προσέφερε, quod non probō.

Τὰ βέλη προσέφερεν. In manuscripto codice Savillii et in editione Basiliensi scriptum inveni προσέφερεν, quod magis placet.

In caput XXVI.

PAG. 189. *Εἰς τὸ πολεμικὸν ἀπέσι γυμνάσιον.* Campum intelligit in quo milites Romani a campiductoribus exercebantur. Illic enim orthodoxi cum ex urbicis ecclesiis pulsati essent, sub Flaviano ac Diodoro collectas agebant, ut supra narravit Theodoretus. Vide quæ notavi ad caput superius. Ex quo discimus portam illam urbis Antiochiæ, cujus hic fit mentio, dictam esse Romanensem.

Κατὰ τὸν μοναδικὸν νόμον. Magis placet scriptura codicis Savilliani, in quo legitur *μοναχικόν.*

Ὁ δὲ ἀπειλήσας ἐσίγησεν. Verbum ἀπειλήσας delendum videtur. Neque enim Valens quidquam minatus est Aphraatæ. Vide Theodoretum in *Philotheo*, p. 816.

In caput XXVII.

PAG. 190. *Πᾶν τὸ τῆς πλείως πλῆθος.* Interpretes hæc verba de conversione totius populi acceperunt. Malim tamen intelligere de populi multitudine quæ Juliani videndi causa in ecclesiam confluxerat. Sententiam nostram confirmat Joannes Chrysostomus in homilia 21, in Epistolam Pauli ad Ephesios; ubi scribit de hoc Juliano monacho, eo in aliquam urbem ingrediente tantum fuisse hominum concursum, quantus nunquam antea visus esset, ne in imperatorum quidem adventu: Τοῦτον εἰς τὰς πόλεις ἐμβάλλοντος. Σπανιάκι δὲ τοῦτο ἐγένετο, οὕτε βήτορος, οὕτε σοφιστῶν, οὕτε ἄλλου τινὸς εἰσελεύοντος τοιαύτη τις ἐγένετο συστροφή: τί δὲ λέγω, οὐχὶ πάντων βασιλείων. Sic enim locus ille distinguendus et exponendus est.

In caput XXVIII.

PAG. 191. *Τρατάρδος ὁ στρατηγός.* Optime Epiphanius Scholasticus Trajanum magistrum militum interpretatus est. Is est Trajanus, de quo sapius loquitur Ammianus Marcellinus in rebus Valentis Augusti.

Καὶ τὸ δρος δέ. Montem Casium intelligit, qui proximus erat urbi Antiochiæ, quam Theodoretus μεγίστην πόλιν appellat hoc loco et in superiori capite.

In caput XXIX.

PAG. 192. *Τούς τε πολυσχιδεῖς.* Mallem scribere *πολυσχιδεῖς*, id est multifidos errores, Suidas et Hesychius *πολυσχιδής* interpretantur *πολυμερής*, εἰς πολλὰ μεμερισμένος.

Ὁ μόνον τὰ γράμματα. Id est, sacra Scripturæ non litteralem modo, sed allegoricam etiam sensum perdidit. In codice Regio cujus varias lectiones edidit Stephanus, scriptum est τὰ ἔγγραφα.

In caput XXXI.

PAG. 193. *Πρὸς τὸν ἀδελφόν.* Errat hic Theodo-

retus. Nam Valentinianus imperator, frater Valentis Augusti iam e vivis excesserat, tunc cum Gothi, trajecto Danubio, Thraciam vastarunt, et imperator Valens, relicta Antiochia, Constantinopolim venire compulsus est. Itaque pro Valentiniano Gratianum dicere debuerat Theodoretus, et ἀδελφίδου ponere pro ἀδελφόν.

In caput XXXIII.

PAG. 194. Διαρέμων τὸν πόλεμον. Christophorus nescio quos codices secutus, δειμάτων legit. Atque ita etiam edidit Jacobus Sirmundus, vertitque *bellum reformidans*. Nostri tamen codices nihil mutant; et Epiphanius Scholasticus vulgatam

lectionem tuetur. Sic enim vertit: *Primum quidem Constantinopoli commoratus est, preparans bellum.*

Ἀλλὰ σὺ προφηεῖ. Rectius in altero codice Regio legitur πρὸς duabus syllabis, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus. Regulariter tamen diceσθῆναι esset πρὸς.

Ἀλήθειαν συνεξυμμένους. In ms. codice Henrici Savillii scriptum est συνεξυμμένην, quemadmodum edidit Sirmundus. Sed cum nullus in hac lectione sit sensus, istum locum malim ita scribere: Μὴ χαλεπαίνετον παρῆνεσαν ἐπ' ἐλέγχους τῆ ἀληθείας συνεξυμμένους. Nihil clarius est hac lectione, nihil certius.

HENRICI VALESII

ADNOTATIONES

IN LIBRUM QUINTUM HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ THEODORETI.

In caput II.

PAG. 199. Νόμος γὰρ ἐγραψε. Exstat ea lex Gratiani in lib. xvi Codicis Theodosiani, titulo *De fide catholica*. Quanquam in Codice Theodosii, ea lex non Gratiano tribuitur, sed Theodosio, et Thesalonica data esse scribitur Gratiano Augusto V et Theodosio eoss.; lex autem Gratiani, cuius hic meminit Theodoretus, lata erat ante principatum Theodosii. Etenim Sapor magister militum a Gratiano missus est in Orientem, ut hanc legem executioni mandaret, quemadmodum scribit Theodoretus. Quod certe nunquam a Gratiano præsumptum fuisset, si tunc temporis Theodosius Orientis imperium obtinuisset. Porro lex Theodosii qua basilicas ademitt hereticis, memoratur a Marcellino in libello Precum quem obtulit Theodosio, pag. 82.

Μετὰ Λιθέριον γάρ. In codice Savilliano scribitur μετὰ Λιθέριον δέ, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus.

PAG. 200. Ἐπις ἀνήρθη. In codice Savilliano, et in editione Basiliensi scriptum inveni ἐπις ἐγένετο, quod magis probo. Hæc enim controversia non tunc primum exorta est, sed jam diu ante excitata fuerat, quo tempore Paulinus a Lucifero ordinatus erat episcopus.

In caput III.

PAG. 201. Μία τῆς σαρκὸς καὶ τῆς θεότητος φύσις. Hæresim Eutychetis intelligit, quam ex Apollinare prognatam esse dicit, quod testatur etiam Liberatus diaconus et alii.

Τὸ τῆ θεότητι τοῦ Μονογενοῦς προσάπτει τὸ πάθος. Theopaschitas intelligit, seu Deipassianos, qui sub imperatore Anastasio ingentes tumultus in Ecclesia excitarunt, ut refert Marcellinus in Chronico, Zonaras, Theophaues, et alii. Hic autem tumultus ex hac occasione ortus est. Simul atque sacerdos ad altare accesserat, hieropsaltes ex pulpito nymnum quemdam cantabat quem τρισάγιον vocabant: Ἄγιος ὁ Θεός, ἅγιος ἰσχυρός, ἅγιος ἀθάνατος. Quem hymnum Proclus Constantinopolitanus episcopus ab angelis per revelationem didicerat, ut scribit Juvius monachus in lib. vi, cap. 25, apud Photium in *Bibliotheca*. Huic hymno Orientales hanc appendicem subijcebant: Ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, ad Jesum Christum referentes. Sed Constantinopolitani et Occidentales illud addamentum rejiciebant, ne

qua passio Trinitati consubstantiali attribueretur. Itaque pro appendice illa, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, accinebant ista, ἡ ἀγία Τριάς, ἐλέγησόν ἡμᾶς, et testatur Ephraemius patriarcha Antiochenus et Photium.

Σὺ δὲ ἀντικρὺς τῶν ὑποστάσεων. In Antiochena Ecclesia inter Catholicos partis Meletii et partis Paulini ingens controversia de vocabulo *Hypostasis*: cum alii tres hypostases assererent in Trinitate, Meletiani scilicet; alii vero, Eustathiani scilicet, unicam dicerent hypostasim, hoc nomine substantiam intelligentes. Itaque cum de nomine tantum dissentirent, in re autem ipsaambo inter se convenirent, Athanasius in Alexandrino concilio eos inter se conciliaverat, decernens ut sola fidei Nicænæ professio exigeretur, suppressa Hypostaseon mentione, ut videre est in epistola synodica Athanasii ad Antiochenos. Post hujus tamen concilii decretum, mansit hæc controversia in Ecclesia Antiochena, ut testatur Hieronymus epistola 57 ad Damasum, his verbis: *Post Nicænā fidem, cui Alexandrinum juncto pariter Occidente decretum, trium hypostaseon ab Arianorum præsule et Campensibus, novelluma me homine Romano, non exigitur, etc.* Ubi per Arianorum præsulem Hieronymus designat Meletium, eo quod ab Arianis fuerat ordinatus. Per Campenses autem, vel Meletii sectatores intelligit, vel certe Apollinarius ac Vitalis sectatores, qui extra urbem in campo collectas agebant. Ex his apparet verum esse quod hic scribit Theodoretus. Paulinum scilicet tres hypostases negasse, nec tamen eum dissensisse a Damaso. Paulinus enim perpetuo communionem cum Damaso retinuit, ut docet epistola Aquileiensis concilii a Sirmundo edita. Sed hypostasis nomine substantiam intelligebat, teste Hieronymo in epistola supradicta.

PAG. 202. Ὁ δὲ Παυλῖνος οὐκ ἐπερφετ. Non assentior Theodoro, qui hanc conditionem quam Meletius Paulino obtulerat, repudiata esse dicit a Paulino. Sed contra est Socrates atque Sozomenus, qui id ex compacto convenisse scribunt inter Meletium ac Paulinum, ut altero ipsorum decedente nullus in locum mortui subrogaretur. Idem etiam scribitur in epistola concilii Aquileiensis ad Theodosium imperatorem his verbis: *Oblatas pietati vestræ opinamur preces nostras, quibus juxta partium pactum (ita enim scribendum est) poposcimus,*

ut altero decedente, penes superstitem Ecclesiæ permanerent, nec aliqua superordinatione attentaretur. Et iterum in epistola 5 concilii Italæ ad eundem Theodosium ita scriptum est: *Scripturamus dudum ut, quoniam Antiochena civitas duos haberet episcopos Paulinum atque Meletium, quos fidei concinere putabamus, aut inter ipsos pax et concordia saluo ordine ecclesiastico conveniret, aut certe si quis eorum altero superstite decessisset, nulla subrogatio in defuncti locum superstite altero gigneretur.* Falsum est igitur quod his scribit Theodoretus Paulinum hanc conditionem non admisisse. Quare merito Theodoretus reprehendit a Baronio ad annum Christi 378, quod Meletio et Flaviano nimis addictus, Paulinum temere ac falso insimulaverit.

Ὁ δὲ στρατηγὸς Μελετίῳ τὰς ἐκκλησιαστικὰς παρῶσιν. Id sic intelligendum puto, non ut Paulinus Ecclesia sua spoliatus sit quam habebat Antiochiæ: sed ut Ecclesiæ quas Euzoiius Ariano-rum episcopus Antiochiæ obtinuerat, traditæ fuerint Meletio juxta Gratiani rescriptum. Cæterum merito Baronius hic reprehendit Theodorum, quod concilii Antiocheni, quod hoc anno, Christi scilicet 378 celebratum est, nullam prorsus mentionem fecerit: et quod disputationem quidem episcoporum Antiochiæ coram Sapore habitam diligenter exponat: quæ autem ab episcopis in Antiocheno concilio tum decreta sunt, tacitus prætereat. Porro in hac synodo Antiochena quid gestum sit, recte observavit Baronius. Primo enim decretum est ex partium consensu, ut ex duobus episcopis Paulino ac Meletio, altero decedente, nullus subrogaretur episcopus. Deinde exposita est regula fidei catholica, et damnata hæresis Apollinaris atque aliorum. Postremo decreta sunt legationes episcoporum in diversas provincias. Hæc sunt quæ in illa synodo gesta esse Baronius observavit. Lectus est præterea in ea synodo tomus Occidentalium, epistola scilicet synodica Damasi papæ, cui subscripserunt episcopi Orientales numero 146, ut legitur in collectione Romana Lucæ Holstenii, pag. 177: ubi post epistolam Damasi ad Orientales, hæc adduntur: *Explicit hæc epistola vel expositio synodi Romanæ, habita sub Damaso papæ et transmissa ad Orientem, in qua omnis Orientalis Ecclesia, facta synodo apud Antiochiam, consona fide credentes et omnes ita consentientes eidem super expositæ fidei, singuli sua subscriptione confirmant. Meletius episcopus Antiochenus consentio omnibus supra scriptis, etc.* Ex quibus apparet legatos Damasi papæ huic Antiochenæ synodo interfuisse, qui etiam subscriptiones Orientalium episcoporum retulerunt ad Damasum. Idem quoque dicitur in canone quinto concilii C. P., qui sic habet: *De tomo Occidentalium, etiam eos suscepimus qui Antiochiæ unam confitentur Patris et Filii et Spiritus sancti deitatem.* Nam tomus Occidentalium nihil aliud est quam epistola synodica concilii Romani, cui Orientales episcopi apud Antiochiam congregati subscripserant. Cum igitur Antiochena synodus hunc tomum seu libellum Occidentalium suscepisset, fidemque in eo expositam confirmasset, Constantinopolitana quoque synodus eundem postea comprobavit. Denique in eadem synodo Antiochena, scripta est epistola synodica ad omnes episcopos Italæ et Galliæ, quæ habetur inter epistolas Basilii, num. 69. Certe in fine ejus epistolæ diserte affirmant Orientales, consensisse se synodico libello, Occidentalium scilicet tomo. Sic enim vertenda sunt hæc verba: *Συνθέμενοι καὶ αὐτῇ καὶ πᾶσι ἐν τῷ συνδικῷ γράμματι κανονικῶς καὶ ἐνθέσμως δεδωγματισμένοις.*

In caput IV.

Ἀπολλινάριος δὲ. In cunctis quidem exemplaribus, tam mss. quam editis, caput inchoatur ab his verbis, melius tamen inciperet ab his quæ leguntur infra, pag. 203, ὁ δὲ μέγας Εὐσέβιος.

Ταρσέων κατέστησε ποιμένα. Diodorus anno Christi 378, episcopus jam erat Tharsensis Ecclesiæ. Subscripsit enim epistolæ synodi Romanæ, sive tomo Occidentalium, in synodo Antiochena ut legitur in collectione Romana quam supra citavimus.

Ἰωάννης. Hic Joannes Antiochenæ Ecclesiæ archipresbyter diutissime fuerat sub Meletio, filius Publicæ illius abbatissæ, quæ temporibus Juliani maxime inclaruit, ut scribit Theodoretus in lib. III *Historiæ*, cap. 49.

PAG. 203. *Ἀρχιδίον ἐν Βερολίᾳ χειροτονήκεν.* Dubitare quis merito potest, quo jure Eusebius Samosatensis episcopus in aliena provincia episcopo ordinaverit. Erat quidem ipse episcopus provinciæ Euphratensis. Nam Samosata urbs erat Euphratensis provinciæ, cujus metropolis erat Hierapolis. Ac proinde ordinare non poterat suffraganeos episcopos, Hierapolitanum scilicet, Germanicensem, Cyrensem, Dolichensem. Istæ enim urbes erant provinciæ Euphratensis, ut discimus ex subscriptionibus concilii Chalcedonensis. In quo tamen Hierapolis ponitur metropolis provinciæ August. Euphratensis, sic enim scribendum est. Et secunda urbs ejus provinciæ ponitur Samosata. Quod quidem confirmat Ammianus Marcellinus in lib. XIV, ubi provincias Orientis describit. Ait enim Euphratensem provinciam civitatibus Hierapoli et Samosata illustrem esse. Hierocles tamen in notitia provinciarum imperii Romani Samosata tertiam urbem ponit Euphratensis provinciæ. Sic enim scribit: *Ἐπαρχία Εὐφρατιτικῆς ὑπὸ ἡγεμόνα πόλις ἐστὶ Ἱεράπολις, Κύρος, Σαμόσατα, Δολίχη, Ζεύγμα, Γερμανικία, Περβή, etc.* Cum igitur Eusebius iste de quo hic sermo est, non fuerit metropolitanus episcopus, quo jure ordinationes, episcoporum facere potuit, tum in sua provincia, Euphratensi scilicet, tum in Cœle-syria et Osdroëna. Hanc difficultatem ita solvit Baronius ad annum Christi 378, ut dicat Eusebium id fecisse vi atque auctoritate legationis quæ ipsi mandata fuerat a synodo Antiochena. Ait enim in ea synodo decretas fuisse legationes episcoporum in diversas provincias ad componendum Ecclesiarum statum. Sed primo legationes istæ valde incertæ sunt. Nam quod de Gregorii Nysseni legatione illic scribit Baronius, concedamus, si placet, eam a synodo Antiochena decretam fuisse: cum ipse Gregorius se a concilio missum fuisse in Arabiam testetur. De Eusebio vero Samosatensi episcopo, cum nihil ejusmodi proditum sit ab antiquis, id affirmanti Baronio concedere nec possumus, nec debemus. Quis enim credat synodum Antiochenam delisse potestatem Eusebio, non in una duntaxat provincia, sed in pluribus, adeoque in Syria-Cœle quæ diocæsis erat Meletii, episcopos ordinandi. Nonne id contumeliosum fuisset Meletio, qui tamen ei synodo præfuit, ut discimus ex Collectione Romana. Existimo igitur Eusebium Samosatenum, Spiritu divino impulsus, ut Ecclesiæ laboranti succurreret quæ tunc ab Arianis oppugnabatur, extra ordinem hæc præstitisse; et Meletium Antiochenum episcopum, cujus id jura pontificumque erat, ordinationes ab illo factas postea comprobasse. Multa enim similia in ecclesiastica historia occurrunt, contra vigorem canonum gesta, persecutionum tempore, ut jam supra observavi, ad caput 15 libri IV. Ex quo discimus, Eusebium Samosatensem episcopum diu antea ideam præstitisse, et Valentis Augusti temporibus presbyteros, diaconos et episcopos in alienis provinciis ordinasse. Quemadmodum ergo tunc temporis nulla legatione fretus id gessit, sic etiam nunc post reditum ab exsilio, nulla legatione opus habuit ut idem perpetraret. Porro notandum est Eusebium istum maximam inter episcopos Orientis auctoritatem habuisse. Nam et in synodo Antiochena quæ facta est hoc anno, primus post Meletium subscripsit. Et in epistola synodica ejusdem Meletii quæ habetur inter epistolas Basilii numero 69, primus post Meletium nominatur.

Και Εὐλόγιος ἐπέϊρος. Hic Eulogius Edessenus episcopus interfuit synodæ Antiochenæ, et tomo Occidentalium in una cum reliquis episcopis subscripsit, ut legitur in Collectione Romana.

Βάρσης γὰρ ὁ θεσπέσιος. De hoc Barse Theodoretus multa habet in lib. iv *Historiæ ecclesiasticæ*. Ad eundem exstat epistola Basili Magni. Ejusdem mentio fit in epistola synodica Meletii. Antiochenis episcopi ad episcopos Italiæ et Galliæ, quæ legitur inter Epistolas Basili, num. 69. Sed ejus nomen illic depravatam est. Narses enim scribitur pro Βάρσης.

In caput VII.

PAG. 206. *Τούτου δὴ ἔνεκα.* Non assentior Theodoro. Non enim idcirco solos Orientis episcopos ad Constantinop. synodum evocavit Theodosius, quod solæ Orientis provinciæ hæretica labe infectæ essent: sed eo quod cum ipse imperator esset Orientalis, Occidentales episcopos ad suam synodum convocare non poterat, quippe qui sub ipsius imperio ac ditione constituti non essent.

In caput VII.

Ναζαρχὸν τὰ τελευταία ποιῶναι. Cave credas episcopum Nazianzi his verbis designari. Neque enim Gregorius, priusquam ad Constantinopolitanæ Ecclesiæ episcopatum promoveretur, Nazianzi episcopus fuit, sed tantum coadjutor patris in episcopatu Nazianzeno, sine ullo successionis vinculo. Itaque post mortem patris sui, ex oppido Nazianzo discessit, ut ipse testatur in Carmine de vita sua. Fuit quidem hic error Rufini, qui in lib. xi *Historiæ ecclesiasticæ*, cap. 9, scribit Gregorium in locum patris sui episcopum Nazianzi subrogatum, ac deinde Constantinopolitanum episcopum factum fuisse. Sed eum errorem confutat Gregorius ipse, ut jam dixi. Quare hoc loco ποιῶναι non pro episcopo, sed pro adjutore episcopalis officii accipiendum est. Nisi malimus hæc verba τὰ τελευταία exponere non de tempore quod præcessit episcopatum Constantinopolitanum Gregorii, sed de extremo illius vitæ tempore. Nam Gregorius tum se episcopatu CP. abdicasset, sub extrema vitæ tempora Nazianzi episcopus fuit. Atque hic sensus magis placet. Melius enim convenire videtur verbis Theodoriti.

Τὸν κενὸν γερραφότων. Intelligit can. 15 concilii Nicæni, qui vetat episcopos, presbyteros et diaconos ex una Ecclesia in aliam transferri. Contra hunc canonem Gregorius Nazianzenus, ab episcopatu Sasimorum translatus fuerat ad episcopatum Constantinopoleos. Quare irrita ejus ordinatio, ut desinunt canones Nicæni. Certe Occidentales episcopi eam improbarunt, ut docet epistola concilii Aquileiensis. Eam tamen defendere conatur Theodoritus non absurde.

Τελειωθείς εὐφημίας. Sic etiam edidit Jacobus Sirmundus, male ut apparet. Nos ex ms. codice Henrici Savillii et ex editione Basiliensi restituumus τελιωθείς. Qua emendatione nihil certius. Porro ex tot orationibus quæ in funere magni Meletii dictæ sunt, unica hodie superest oratio Gregorii Nysseni: in cujus initio mentionem facit aliorum qui ante ipsum in Ecclesia peroraverant de laudibus ejusdem Meletii.

Τυμόθεος δέ. Fallitur hic Theodoretus. Non enim Timotheus Maximum Cynicum ordinavit episcopum Constantinopoleos, sed Petrus, ut testis est Gregorius Nazianzenus in Carmine iambico de vita sua, qui tres episcopos ex Ægypto misit ad eam ordinationem peragenda, quemadmodum docet epistola 5 episcoporum Italiæ ad Theodosium imp. quam edidit Jacobus Sirmundus. Baronius quidem ad annum Christi 379, cap. 25, ait Petrum Alexandrinum episcopum septem episcopos Ægypti ad id perficiendum legasse. Quorum nomina hæc erant.

Ammon, Apammon, Arpocras, Sippas, Rhodon, Anubis et Hermanubis. Verum graviter hallucinatur. Hi enim septem, non episcopi erant, sed nautæ seu potius gubernatores classis Alexandrinæ, ut testatur Gregorius in Carminibus iambicis ἐστὶν ναυταρχία, etc. Exstat oratio Gregorii Nazianzeni in eorum adventum. Ex qua discimus etiam eos non episcopos fuisse sed laicos: nautas scilicet Alexandrinos, qui frumentum ex Ægypto Constantinopolim advexerant. Quo maxime argumento convincitur, eos episcopos non fuisse. Neque enim episcopali dignitati convenit frumenti adventio. Denique Gregorius in tota illa oratione eos nunquam episcopos, semper vero laicos appellat, cum dicit toties λαὸς ἐμὸς et λαὸς Θεοῦ. Postremo verba illa Gregorii: *Verum postquam Cæsari, quæ sunt Cæsaris contulisti, Deo etiam quæ Dei anni tribuisti: illi nempe vectigal, huic timorem. Et postquam cibis vestris populum aluisti, ipsi quoque, ut a nobis alimini, huic acceditis.* Hæc, inquam, verba an non aperte laicos designant, et nautas qui frumentum seu canonem urbis CP. advexerant.

PAG. 207. *Συνοδικὴν ἐπιστολὴν τῶν τῆς ἐσπέρας.* Exstat hæc epistola synodica episcoporum Italiæ ad Theodosium imperatorem scripta, quam edidit Jacobus Sirmundus in Appendice Theodosiani Codicis, pag. 104. In ea epistola episcopi Italiæ postulant, ut Nectarius qui in synodo CP., deposito Maximo, episcopus fuerat ordinatus, loco cedat; aut certe Romæ generale concilium habeatur, in quo de ordinatione Maximi ac Nectarii judicium feratur. Sic enim aiunt episcopi Italiæ: *Nec videmus eam posse aliter convenire, nisi ut reddatur Constantinopoli, qui prior est æδίδης. Aut certe super duorum ordinatione sit in urbe Roma nostrum Orientaliumque concilium. Neque enim indignum videtur, Augustæ, ut Romanæ Ecclesiæ antistitis finitimorumque et Italorum episcoporum debeant subire tractatum, qui minus Archidii episcopi ita exspectandum putaverunt esse judicium, ut de Occidentalibus partibus Constantinopolim evocandum putarent.* Ejusdem epistolæ mentio fit in epistola synodica concilii CP., quam sequenti capite refert Theodoretus. Utrum porro præter hæc epistolam ad imperatorem Theodosium, episcopi Italiæ aliam synodicam scripserint ad episcopos Constantinopoli congregatos, mihi quidem incognitum est. Id tamen ab illis factum non potest. Nam in epistola synodica Patres concilii CP. solam mentionem faciunt epistolæ imperatoris super eare ad ipsos scriptæ: quam scilicet imp. Theodosius ad ipsos scripserat rogatu episcoporum Italiæ. Id enim ab illo poposcerant episcopi Italiæ, admoniti ab imp. Gratiano, ut docet eorum epistola jam citata.

In caput IX.

PAG. 208. *Ἀσχολίω.* Hic superiore anno, qui fuit Christi 381, Constantinopolitanæ synodo interfuit, solus ex Occidentalibus episcopus, ut supra observavi. Quare non mirum est, si cum esset Occidentalium partium episcopus, ad synodum Romanam venit, quæ anno Christi 382 celebrata est, sed sub finem superioris anni a Damaso Rom. pontifice fuerat indicta. Anemius vero qui post Anselmum hic nominatur, Sirmiensis erat episcopus, qui Aquileiensis concilio interfuit. Britto autem cujusnam urbis fuerit episcopus, equidem nescio. Suspicio tamen episcopum Capuæ fuisse.

Μεγάλη πόλις Ῥώμη. Rectius in codice Basiliensi scribitur μεγαλοπόλις hic et paulo post ubi Constantinopolis fit mentio. Certe Roma a Græcis μεγαλόπολις dicta est, ut observavi in annotationibus Eusebianis. Constantinopolim quoque ita nominat Eusebius in libris *De vita Constantii*, et Joannes Chrysostomus aliique.

Ἦν καθῶν τὸ πλῆθος. In manuscripto codice Henrici Savillii legitur τῶν παθημάτων quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus.

Καὶ προτιμήσεις πόλεων. Henricus Savilius in suo codice priorem vocem lineola subnotavit, et cruce[m] signavit ad marginem, ut hanc vocem corruptam esse indicaret. Camerarius quidem et Sirmundus multas civitatum interpretati sunt, quod non probo. Neque enim προτιμήσεις multationem significat. Dicendum enim esset προτιμήματα, aut ἐπιτίμια. Nec melius Christophorus vertit amissiones civitatum quas incolebant. Ego mutationes urbium malim velere. Qui enim persecutionem patitur, vertere solum cogitur, et extraneas civitates patriæ suæ præponere, quod est προτιμήσεις. Posset etiam ea vox aliter exponi; de civitatibus quæ ob catholicæ fidei defensionem gravi pecunia multatæ sunt ab imperatoribus. Primum enim loquuntur episcopi de civitatibus quæ persecutionis procella quassatæ sunt: deinde de singulis civibus. Itaque verba illa, Χρημάτων δὲ ζημίαι καὶ προτιμήσεις τῶν πόλεων, uno spiritu legenda sunt. Atque hæc explicatio mihi nunc magis placet. Tantum προτιμήσεις scribendum erit.

ΡΑC. 209. *Ἐκ τῶν κέρυσι γραμμάτων.* Intelligo epistolam concilii Italicæ ad Theodosium imperatorem, de qua supra locuti sumus. Scripta autem est hæc epistola post concilium Aquileiense, ut docent Patres synodi CP, ab episcopis scilicet qui post concilium Aquileiæ celebratum anno Christi 381, mense Septembris, Aquileiæ substitierant.

ΡΑC. 210. *Ἄγλων θεοφόρων.* Duo hæc vocabula desunt apud Nicephorum, nec habentur in versione Epiphaniî Scholastici. Est tamen solemne Epitheton quo recentiores Græci designare solent episcopos concilii Nicæni.

Ταῦτα γάρ. Hæc in editione Basiliensi scribuntur a capite. Cæterum pro ταῦτα, in codice Savillii et apud Nicephorum legitur ταύτην, quam lectionem secutus est Jacobus Sirmundus.

Ἦν μόλις ποτέ. Henricus Savilius in suo codice ita notavit, *Oratio imperfecta.* Jacobus autem Sirmundus, nescio quem codicem secutus, audacter expunxit hæc verba, cum tamen in omnibus nostris exemplaribus habeantur et in editione Basiliensi, nec non apud Nicephorum et Epiphanium. Quod si Savilius ac Sirmundus totius orationis vestigia attentius consecutali essent, vidissent profecto hic subaudiendum esse verbum σώζομεν, quod post longum verborum circuitum subjicitur hoc modo: Καὶ τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως δὲ τοῦ Κυρίου λόγον ἀδιάστροφον σώζομεν.

Τελείαις ὑποστάσεσιν. Apud Nicephorum legitur τελειοτάταις quomodo etiam legit Epiphanius Scholasticus, ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit, in tribus perfectissimis subsistentiis.

ΡΑC. 211. *Τῷ τε ἐν Ἀντιοχείᾳ τόμῳ παρὰ τῆς ἐκεί συνόδου.* Intelligit synodum Antiochenam quæ facta est anno Christi 378, de qua superius plura observavi. In ea synodo condita fuerat formula fidei, cui deinde subjecti erant anathematismi diversarum hæreseon ex more. Sic in synodo Nicæna, post expositionem fidei subjiciuntur anathematismi. In eadem synodo Antiochena lectus et confirmatus fuerat tomus Occidentalium, id est, epistola synodica Damasi papæ, ut superius demonstravi. hic enim ait canon 5 concilii CP, qui est: Ἦν τὸν τόμου τῶν Δουτικῶν. Καὶ τοὺς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἀπεδείξαμεθα, τοὺς μίαν ὁμολογούντας Πατρός καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος θεότητα. Intelligit enim episcopos qui Antiochiæ congregati fuerant ante triennium, et tomum Occidentalium quo una Patris et Filii et Spiritus sancti divinitas asseritur, subscriptione sua firmaverant, ut ex collectione Romana superius ostensum est. Male Baronius, Paulini ac Meletii sectatores eo canone intelligi existimavit.

Παρὰ τῆς οἰκουμένης. Miror quomodo Orientales ad synodum Romanam scribentes, synodum suam οἰκουμένην, hoc est universalem seu generalem appellent. Fateor quidem CP. synodum tandem pro generali habitam fuisse, accedente scilicet consensu occidentalis Ecclesiæ. Verum eo tempore quo hæc epistolam scripserunt ad synodum Romanam, CP. synodus universalis dici non potuit. Universalem enim synodum eam demum intelligimus, ad quam ex universo orbe evocati conveniunt episcopi. Atqui ad CP. synodum ex Orientibus duntaxat partibus episcopi convenerunt, uti supra ostendimus, cum Theodosius, qui eam congregavit, solius Orientis imperium obtineret. Dicit fortasse aliquis, Ascholiū Occidentalium partium episcopum ei synodo interfuisse. Fætor id quidem. Verum Ascholiū vices non gessit omnium Occidentalium, nec pro universis Occidentalibus ei synodo subscripsit. Sane Occidentales hanc synodum CP. diu non habuerunt pro œcumenica, ut docet epistola concilii Italicæ ad Theodosium imperatorem his verbis: *Nos igitur in synodo ea quæ totius orbis episcopis videbatur esse præscripta, nihil temere statuendum esse censuimus. At eo ipso tempore, qui generale concilium declinaverant, Constantinopoli quæ gessisse dicuntur? Nam cum cognovissent ad hoc partium venisse Maximum, ut causam in synodo ageret suam, quo etiamsi indictum concilium non fuisset, etc.* Vides ut generale concilium opponunt synodo CP. generale concilium appellantes illud quod Romæ indictum fuerat a Damaso anno Christi 380 ad causam Maximi Cynici examinandam. Quod cum Orientales episcopi detrectassent, iterum episcopi Italicæ anno Christi 381, post Aquileiense concilium Theodosium imp. rogarunt, ut Romæ generalis synodus Orientalium simul et Occidentalium cogeretur. Non habuerunt igitur synodum CP. pro œcumenica Occidentales episcopi, cum ejus acta improbaverint, ordinationem scilicet Flaviani atque Nectarii: cumque per eas ordinationes ruptam esse communionem inter se atque Orientales episcopos conquesti sint.

Ἀναδεχέσθαι τοὺς λεπίς. Hunc locum correxi ex codice Savillii et ex Nicephoro, in quibus legitur ἀναδεχέσθαι. Atque ita etiam legit Christophorus et Sirmundus. Epiphanius quidem Scholasticus vulgatam scripturam tucit. Verum ea quæ sequuntur, satis ostendunt ita scribendum esse ut dixi. Sequitur enim de episcopis Constantinopolitanis, Antiochiæ et Hierosolymorum, qui in Constantinopolitana synodo ordinati fuerant aut confirmati. Alexandrini autem Timothei nulla fit mentio, propterea quod is in supradicta synodo nec ordinatus fuerat nec confirmatus.

In caput X.

ΡΑC. 212. *Συνοδικὴν Δαμασίου.* Baronius hæc epistolam a Damaso scriptam esse ait anno Christi 373, in synodo Romana. Sed non dubito quin hæc synodica Damasi epistola diu post synodum illam Romanam quæ anno Christi 373 celebrata est, conscripta sit. Nam Damasus ipse in hæc synodica diserte testatur, Apollinarem ac Timotheum ejus discipulum jamdudum a se damnatos ac depositos fuisse, præsentē Petro Alexandrinæ urbis episcopo. Atqui Apollinaris primum a Damaso damnatus est in synodo Romana anno Christi 373, ut fatetur ipse Baronius. Cui synodo interfuit Petrus Alexandrinus, ut testatur etiam Sozomenus. Hanc igitur synodicam scriptam esse oportet diu post synodum illam Romanam, cum in hæc synodica mentio fiat illius synodi in qua damnatus fuerat Apollinaris.

Ἐαυτοῖς τὸ πλεῖστον παρέχετε. Quisquis hæc Damasi synodicam in Græcum sermonem transtulit, hoc loco lapsus mihi videtur, cum in vitiosum codicem incidisset. Scripserat enim procul dubio Da-

masus : *Robis plurimum tribuitis*, ut sensus et orationis series postulat. Ipse vero legit *vobis*, absque ullo sensu.

PAG. 213. *Ἦδη γὰρ ἀπαξ τύχοι*. Intelligit, ut opinor, epistolam scriptam ad Paulinum Antiochensem episcopum, quæ hic subjicitur a Theodoro.

In caput XI.

Πρὸς Παυλῖνον ἐπισκοπὸν ἐν τῇ Μακεδονίᾳ. Gamberarius et Christophorus Paulinum episcopum Thessalonicæ in Macedonia interpretati sunt. Quorum interpretationem secutus Baronius, graviter reprehendit Theodoretum, quod Paulinum ex Antiochense episcopo fecerit Thessalonicensem, eo consilio ut Paulini cum Damaso communionem occultaret. Verum non hoc dicit Theodoretus : sed tantum ait Damasum papam misisse confessionem fidei ad Paulinum, cum Paulinus esset Thessalonicæ in Macedonia. Recte ergo Jacobus Sirmundus hunc locum ita vertit : *Confessio fidei catholicæ, quam Damasus papa in Macedonia misit ad Paulinum episcopum, cum esset Thessalonicæ*. Viderat hoc Baronius ipse, et Theodoretum immerito a se reprehensum esse agnoverat, cum error ille interpretibus assignandus sit, non autem Theodoro, ut testatur Baronius ad annum 378, cap. 44. Exstat hæc Damasi epistola in tomis Conciliorum et in *Annalibus* Baronii, et novissime in Collectione Romana Lucæ Holstenii, cum hoc titulo : *Dilectissimo fratri Paulino Damasus*. Verum etsi non additum sit nomen civitatis cujus episcopus erat Paulinus, nomen tamen Vitalis cujus in ea sit mentio, satis indicat Antiochensem fuisse Paulinum.

Ὅς ἐγένετο ἐν Θεσσαλονίᾳ. Id est *cum Paulinus esset Thessalonicæ*. Sic enim recte vertit Baronius ac Sirmundus, ut supra nolavi : melius itaque legeretur, *ὅτε ἐγένετο*, etc. Sed difficultas est, quandonam Paulinus Antiochensis episcopus Thessalonicam venerit. Baronius anno Christi 382, testatur Paulinum Romam venisse una cum Epiphonio et Hieronymo ad synodum Romanam, quæ eo anno celebrata est. Tunc igitur Damasus papa synodicam hanc epistolam ad eum misit, cum Paulinus Roma digressus una cum Ascholio qui eidem synodo interfuerat, Thessalonicæ substitisset. Quare hæc synodica scripta est anno Christi 382, paulo post synodum Romanam. Quod quidem optime consentit cum Theodoro, qui hanc synodicam refert post synodum Constantinopolitanam, superstate adhuc Gratiano. Nec audiendus est Baronius, qui hanc epistolam Damasi ad Paulinum, refert ad synodum Romanam quæ anno Christi 373 celebrata est.

Ἐπειδὴ μετὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον. In Latino exemplari hujus epistolæ quædam adduntur non contemnenda, quæ interpres Græcus omisit. Sic igitur habet authenticum exemplar hujus epistolæ : *Post concilium itaque Nicænum, et quod in urbe Roma concilium congregatum est a catholicis episcopis, addiderunt* : (*De Spiritu sancto*,) etc. Quæ si genuina sunt, neque enim suspitione omni carent ; intelligitur synodus Romana, quam Silvester congregasse dicitur Romæ ad confirmationem synodi Nicænzæ.

PAG. 214. *Τὸς δὲ ἀπὸ ἐκκλησιῶν εἰς ἑτέρας*. Idem præceperat Damasus in epistola prima ad Acholium, Euridicum, Severum et alios, quam edidit Lucas Holstenius : *Illud præterea commoneo dilectionem vestram, ne patiamini aliquem contra statuta majorum nostrorum de civitate alia ad aliam transduci, et deserere plebem sibi commissam, et ad alium populum per ambitionem transire. Tunc enim contentiones oriuntur, tunc schismata graviora occipiunt, cum et illi qui amiserint sacerdotem, sine dolore animi esse non possunt ; et illi qui alterius civitatis acceperint episcopum, etiamsi gaudeant,*

invidiosum sibi intelligunt fore, sub alieno se agere sacerdote. Ideo autem Damasus tum in epistola ad Acholium, tum in synodica ad Paulinum, enixe id vetat, quod hujusmodi translationes in Orientis præcipue partibus invaluerant.

Εἰ τις μὴ εἴπῃ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον καθόρτα σαρπλ. Hic anathematismus deest in Collectione Romana Lucæ Holstenii ; nec habetur in versione Epiphanii Scholastici.

PAG. 215. *Καὶ ἐσταυρωμένον σαρπλ*. Hæc verba non leguntur in editione Basiliensi. Nec videntur admodum necessaria.

Καὶ Θεὸν Θεοῦ λόγον. In Collectione Romana rectius legitur et *Deum verum*. Sed Græcus interpres legisse videtur et *Deum Verbum*.

Καὶ πανταχοῦ τῆς. Postrema vox deest in manuscripto codice Savilii, nec habetur in versione Epiphanii Scholastici, nec in Collectione Romana.

Τοῦ Ἰησοῦ τοῦ σαρκωθέντος. Duo postrema vocabula non habentur in versione Epiphanii Scholastici, nec in Collectione Romana Lucæ Holstenii.

Εἰς δὲ τὸν ζῶντα. In Latino exemplari ex quo hæc conversa sunt, legitur *æquales semper trinitas*. Itaque in Græco scribendum videtur *τὰ δὲ ζῶντα*. Ita certe in suo codice legit Epiphanius Scholasticus, ut ex versione ejus apparet.

Πάντα σώζοντα. In Latino exemplari hujus epistolæ, plura leguntur hoc modo : *Omnia quæ sunt salvanda, salvantes*.

Θεὸν ἕνα ἐν τριῶν ὑποστάσεων. Tres postrema voces desunt in Latino exemplari, et in versione Epiphanii Scholastici.

Ἄλλὰ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐνδέχονται. Scribendum est, ἡμῶν ex Collectione Romana. Totusque loca ita restituendus, *Ὅχι τῶν θεῶν ὄνομα ἄλλὰ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐνδέχονται*, etc.

In caput XIII.

PAG. 216. *Προσερχεῖν τὴν ἐξαπτήν*. Mallem scribere *προσερχεῖν*.

Καθημέρον. Scribendum est *θηγόμενος*, dempto prima syllaba, ut legitur in manuscripto codice Henrici Savilii. Ita quoque edidit Jacobus Sirmundus.

In caput XVI.

PAG. 218. *Νεωστὶ δὲ χειροτόνητο*. Arcadius Augustus a Patre renuntiatus est, Merzabande iterum et Saturnino coss. octo demum post annis Theodosius ex Italia digressus rediit Constantinopolim, in qua urbe Anphilochius Theodosium ita allocutus est. Quo quidem tempore Arcadius novellus imperator dici non potest.

Νόμον εὐθὺς ἐργασθε. Exstant multe leges imp. Theodosii, adversus hæreticos latæ, quæ leguntur in libro xvi Codicis Theodosiani. Sed inter eas nullam reperio, quæ huic temporis possit convenire, quo Theodosius ab Italia Constantinopolim repetierat. Quare vereor ne Theodoretus hic temporum ordinem confuderit. Idem ante me observavit Baronius, qui Theodoretum errorem coarguens, iisdem plane argumentis quibus nos uti sumus, hoc Anphilochii factum confert in annum Christi 383, quo scilicet Arcadius a patre Augustus appellatus est.

In caput XVIII.

PAG. 220. *Πουσίρος μάγιστρος*. Rufinus magister officiorum fuit Valentiniano Aug. quartum et Neoterio coss. anno Christi 390, ut docet lex tertia Codicis Theod. de Fabricensibus. Quo quidem anno contigit clades illa Thessalonicensis, ut recte Baronius observavit. Sed et Zoizinus in lib. iv, Rufinum per hæc tempora magistrum officiorum fuisse testatur.

PAG. 221. *Τὸν θεῖον παραθήσεται νόμον*. Baronius ad annum Christi 390, hunc Theodoretum locum describens ita exponit : *Hæc idcirco dicebat*

Theodosius, quod sciret legem esse in Ecclesia ut non nisi circa paschale tempus poenitentes ab episcopo reconciliarentur. Nisi velis potius illum allusisse ad ecclesiasticam illam legem, qua cavetur ne voluntarius homicida, nisi in fine vite communicet. Sed pace ill. cardinalis dictum sit, neutra mihi expositio probatur. Neque enim ita astricti erant episcopi, ut ante paschale tempus reconciliare non possent poenitentes. Divinam igitur legem vocat Theodoretus, ne poenitentes ante peractam publice poenitentiam ad pacem et communionem admitterentur. Nam Theodosius post admonitionem Ambrosii, ab ecclesiæ quidem ingressu abstinuerat; verum nullam exomologesin fecerat, nullum poenitentiae specimen ediderat. Nam nec in ordine poenitentium steterat, nec veniam publice petierat: quasi id imperatoria majestate indignum esset. Lex igitur divina ea est, ut non nisi sancti et qui puras manus habent, aut certe qui per poenitentiam purgati sunt, ad sanctuarium accedant. Hanc expositionem confirmat Theodoretus paulo post, ubi dicit: Καὶ κατὰ τοῦ Θεοῦ μεμνηνῆναι τὸν Θεοδοσίον Ἐλάγε, καὶ τοὺς ἐκείνου νόμους πατεῖν.

Τῷ ἀσπαστικῷ οἴκῳ. Josephus Scaliger in lib. II Ansonianarum lectionum, cap. 25, ait ἀσπαστικὸν οἶκον a Theodoro vocari hospitium episcopale quo advenæ excipiebantur. Sed nos in adnotationibus ad lib. xv Amniani Marcellini, pag. 87, docuimus, ἀσπαστικὸν οἶκον nihil aliud esse quam saluatorium, ut recte vertit Epiphanius Scholasticus, seu secretarium ecclesiæ, in quo episcopus cum presbyteris sedens, a fidelibus qui ad ecclesiam accedebant, salutari consueverat.

PAG. 222. Καὶ τὰ δυστάτα θεραπεύσαι. Desunt hæc verba in optimo codice Henrici Savilii, nec habentur in versione Epiphanii Scholastici. Non immerito itaque Sirmundus ea in editione sua expunxit.

Γραφήναι τὸν νόμον. Idem scribit Rufinus in lib. xi Historiæ, cap. 18, ita dicens: *Legis sanxit in posterum ut sententiæ principum super animadversione prolata, in diem tricesimum ab exsecutoribus differantur.* Legem ipsam refert Cassiodorus in *Historia tripartita*. Exstatque in utroque Codice, tam Theodosii, quam Justiniani, sed præfixo Gratiani ac Valentini nomine, data Antonio et Siagrii cons., octo annis ante stragem Thessalonicensium. Quæ res in maximam difficultatem conjecit Baronium, ut videre est ad annum Christi 390. Quam quidem ipse ita solvere conatur, ut dicat titulum ac subscriptionem legis mutatam fuisse ab antiquariis in gratiam Theodosii, ut ejus facinus ea ratione occultaretur. Ego vero aliter censeo: hanc scilicet legem primum quidem latam fuisse a Gratiano, iis quos dixi cons.: postea vero occasione cædis Thessalonicensium, renovatam fuisse a Theodosio: priorem tamen titulum legis semper remansisse, qui Gratiani nomen præferebat.

In caput XIX.

PAG. 225. Ἡ γὰρ τοῦ γάμου. Vera quidem sunt quæ de Flaccilla Augustæ virtutibus hic refert Theodoretus. Sed nihil pertinet ad hoc locum: Nam Flaccilla diu ante cladem Thessalonicensium ex hac luce migraverat, et post ejus obitum Theodosius Gallam uxorem duxerat.

In caput XX.

PAG. 224. Τοῦ νόμου κωλύοντος δὲ Ἀμβρόσιος. Longe hic fallitur Theodoretus, quasi seditio Antiochena post Thessalonicensem cladem contigerit. Atqui Antiochena illa seditio contigit anno Christi 388, ut scribit Baronius, Theodosio II et Cynegio cons., Thessalonicensis vero clades accidit anno 390.

PAG. 225. Τῆς χλωρίδος θατέρου ἀπόμερος. Chlamydem verti, secutus Epiphanium Scholasti-

cum qui ita interpretatus est. Sane χλωρίδα pro chlamyde a scriptoribus vel libraribus sæpius poni observavi. Chlamys vero hic optime convenit Hellebico ac Cæsario, quorum ille magister militum erat, hic magister officiorum: quæ erat Palatina milita. Ad utrumque horum judicium, ad Hellebicum scilicet ac Cæsarium, qui a Theodosio missi fuerant Antiochiani, exstant orationes Libanii.

In caput XXI.

Συγγνώμην ἐξήτουν. Melius scriberetur ἐξήτουν. Κωνσταντῖνος μὲν γὰρ ὁ μέγας. Exstat oratio Libanii ad imp. Theodosium pro templis, in qua docet quomodo se gesserint imperatores Christiani erga paganos. Et Constantinum quidem Magnum ait, duntaxat spoliasse templa: Constantium vero ejus filium prohibuisse sacrificia: ejusque legem a secutis imperatoribus et ab ipsomet Theodosio esse observatam: reliqua vero permissa fuisse paganis, id est turificationem et publicas epulas.

Ὁ δὲ Οὐάλης. Hujus principatu permissa fuisse gentilium sacrificia docet Libanius in lib. iv, epist. 225 ad Aristonem.

Ματὰ τῶν αἰγίδων. Epiphanius Scholasticus et reliqui interpretes verterunt cum scutis. Ego vero vertere malui cum pellibus caprinis. Harum enim usus fuit in orgiis Bacchi. Αἰγὶς proprie est pellis capræ, ut νεβρίς pellis cervi. Paulo post, ubi legitur τὴν διδασχάλον πανήγυριν, Epiphanius Scholasticus et Christophorus ac Sirmundus legunt πονηρίαν, quod non probo.

PAG. 227. Τῆς ἐφάας ὑπαρχος. Cynegius scilicet præfectus prætorio Orientis, qui ad occludenda deorum templa et ad prohibenda sacrificia missus est a Theodosio in Orientem et Ægyptum, ut testatur Zosimus in lib. iv *Historiæ*. De hoc Idatius in *Fastis*, ita scribit, Theodosio Aug. II et Cynegio cons.: *Hic universas provincias longi temporis tabe defectas, in statum pristinum revocavit: et usque ad Ægyptum penetravit, et simulacra gentium everit. Unde cum magno fletu totius populi civilis deductum est corpus ejus ad apostolos die xiv Kal. April. et post annum trauistulit eum matrona ejus Acanthia ad Hispanias pedestre.* Ex quo patet, vel ipsum Cynegium, vel uxorem ejus Acanthiam, ex Hispaniis oriundam fuisse.

Τοῦ Διὸς. De Jove qui colebatur Apameæ, loquitur Libanius in lib. iv, epist. 290 Ad Alexandrum: Ἐπέδης Ἀπαμείας εὐ πικίων, τῆς τοῦ Διὸς φίλης, ἣ τὸν Δία τιμῶσα διέμενεν ὄτ' ἦσαν τιμωρίαι τοῦ τιμᾶν τοὺς θεοῦ.

Καὶ ἀντιγράφῳ ἐτύχαιρε. Mallem scribere ἀντιγραφῶν accentu mutato. Nam ἀντιγραφῆ, responsum significat. Paulo post pro ἀνεδέξατο στέφανον, emendavi ἀνεδέξατο ut legitur in editione Basiliensi et in manuscripto codice Savilii.

In caput XXIII.

PAG. 229. Προσῆκει γενέσθαι ποιμένα. Scribendum est προσήκειν, ut edidit Jacobus Sirmundus. Subauditur enim λέγων, quod præcessit. Porro de ordinatione Flaviani Antiochenis episcopi, nihil certius habemus, quam quod refertur in epistola synodica Constantinopolitani concilii ad synodum Romanam, licet Baronius testimonium illud refellere conetur.

PAG. 230. Οὐτε γὰρ ἀνθ' ἑαυτοῦ. Id nominatim prohibetur canone 23 concilii Antiocheni. Quod autem sequitur καὶ πάντας συγκαλεῖσθαι, designat canonem 19 ejusdem Antiocheni concilii.

Πάλιν διχα τριῶν ἐπισκόπων. Intelligit canonem IV concilii Nicæni, in quo id diserte cavetur, ne nisi sub trium episcoporum præsentia ordinatio ullius episcopi celebretur, ita tamen ut reliqui provinciales episcopi per literas ordinationi consentiant. Porro in editione Basiliensi ita legitur hic locus,

δίχα τριῶν ἐπισκόπων ἐπισκόπου χειροτονίαν ἀπαγορεύουσι γίνεσθαι, quod magis placet.

Ὁ δὲ μόνον ὁ θαυμασιὸς Δάμασος. In ms. codice Henrici Savillii additur particula hoc modo. οὐ γὰρ μόνον, etc., quod profecto non displicet.

Ἐξῆρον δέξομαι. In altero codice Regio, cujus variantes lectiones edidit Stephanus, legitur ὑπόλωσ ψῆφον quam scripturam amplexus est Jacobus Sirmundus. Verum codex Savillii et Basiliensis editio vulgatam scripturam tulerunt.

Σύνδικος γερηθῆσαι. In editione Basiliensi scriptum inveni σύνδικος προβεβλήσθαι. Quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus. Quam scripturam magis probō.

PAG. 231. *Ἀράκιος.* De hujus Acacii Berhæensis episcopi legatione atque adventu in urbem Romam, scribit Palladius in Vita Joannis Chrysostomi, Et Sozomenus in lib. viii *Historiæ*. Et Sozomenus quidem hanc legationem Acacii refert sub exordium pontificatus Joannis Chrysostomi, id est anno Christi 398. Quod cum Theodoretus narratione nullatenus potest convenire, qui eam refert ad tempora Magni Theodosii. Verum Theodoretus noster nulla ratione excusari potest, qui Theodosium ab Anastasio Romano pontifice super ea re interpellatum esse dicit. Atqui Theodosius e vivis excesserat ante pontificatum Anastasii.

Δὲ ἑπτακαίδεκα ἐτῶν. Baronius ad annum Christi 398, cap. 80, hic falli ait Theodoretum, qui Flavianum Antiochensem rediisse dicat in gratiam cum Romano pontifice, post septemdecim annos a conflata inter eos discordia. Atqui hæc discordia cœperat principatu Juliani Apostatæ, ob electionem Paulini a Lucifero factam, ut vult Baronius. A quo tempore si septemdecim annos numeraveris, ad annum Christi 379, quo Theodosius imperare cœpit, referenda erit hæc legatio: quod est absurdissimum. Ego vero Baronium potius falli existimo, qui discordiam illam cujus hic meminit Theodoretus, repetit a temporibus Juliani. Atqui a Flaviani ordinatione, id est ab anno Christi 381, potius repetendi est. Nam antea per pactionem illam quæ inter Paulinum ac Meletium facta fuerat, dissensio sopita esse videbatur. Quam Flaviani electio postea suscitavit. Ab anno igitur 381, quo Flavianus Antiochensem episcopatum suscepit, ad annum Christi 398, quo Acacius legationem illam obiit, sunt anni septemdecim.

In caput XXIV.

PAG. 233. *Ἀπαλλάξαιτα βιοτῆς.* Jacobus Sirmundus edidit ἀπαλλάξαιτα, ex libris Christophoroni; quod non displicet. In manuscripto codice Henrici Savillii legitur ἀπαλλάξαι, mendose, ut apparet.

In caput XXVIII.

PAG. 235. *Εἰς δὲ δὲ αὐτῆ ἡγεμονίας.* Pessime Christophoronus vertit in *sex episcopatus divisa est*. Nam longe plures episcopatus erant in Thracia. Rectius ergo Camerarius ac Sirmundus provincias verterunt. Sex enim erant provinciæ Thraciarum, ut docet Ammianus Marcellinus, et Notitia imperii Romani; erant autem omnes sub dispositione vicarii dioceseos Thraciarum. Pari errore Christophoronus paulo post, ubi Asia regi dicitur a præsidibus undecim, *antistites* vertit. Atqui Asia multo plures habebat antistites sive episcopos. Rectores vero seu iudices sæculares undecim tantum habuit. Tot enim erant provinciæ Asiæ, ut docet Hierocles in descriptione provinciæ et urbium imperii Orientalis: quarum Asia quidem proprie dicta et Hellespontus atque insulæ erant sub dispositione proconsulis Asiæ. Reliquæ autem octo, Pamphylia scilicet, Lydia, Caria, Lycia, Lycaonia, Pisidia, Parygia Pacatiana, Phrygia Salutaris, singulæ quidem suum consularium habebant;

omnes tan en erant sub dispositione vicarii dioceseos Asiæ.

PAG. 236. *Ἰσαρίθμος δὲ καὶ αὐτῆ.* Simili errore Christophoronus Ponticæ diocesi undecim tantum episcopos tribuit. Atqui Theodoretus non de episcopis hic loquitur, sed de iudicibus seu rectoribus provinciæ. Fuerunt autem undecim provinciæ dioceseos Ponticæ, quarum singulæ suum rectorem habebant, ut videre est apud Hieroclem. Omnes vero erant sub dispositione vicarii Ponticæ dioceseos.

In caput XXXIII.

Ἐπιτήρησέ τε προθύμως. Adverbium προθύμως, deest in manuscripto codice Henrici Savillii, et in editione Basiliensi, prorsusque inutile ac superfluum mihi videtur.

In caput XXXIV.

PAG. 239. *Ἐρπύσι πιστεύσας.* Codex Savillii particulam addit hoc modo ὡς Ἐρπύσι. Atque ita etiam edidit Jacobus Sirmundus.

Κατέλαβεν Ἐρπύ. Hieron navale fuit celeberrimum, in ostio Ponti situm, ita dictum a duodecim decorum templo quod illic exstructum erat, ut ex Timosthene docet Harpocratio in voce ἐρπύ. Meminit ejus loci Demosthenes in Oratione contra Leptinem, et in Oratione adversus Polychem. Frequentabatur olim hic locus ab Atheniensibus, qui frumentum ex Bosphoro coemere solebant, ut docet Demosthenes. Erat enim hic locus communissimus, et quasi claustrum quoddam Ponti Euxini. Quæ Bysantii cum maris illius dominatum affectaret, locum illum ingenti pecunia sibi comparaverat, ut docet Polybius in lib. iv. Certe Arianus in periplo Ponti Euxini, eum locum ἀπετήριον esse dicit eorum qui in Pontum navigant, id est claustra seu transemmam.

Λαμπάδους προάπτορες. In codice Savillii et in editione Basiliensi scriptum inveni προάπτορες, quod magis placet.

Ἰπὸ βασιλέως ἐξελαθῆναι. Codex Henrici Savillii scriptum habet βασιλέων. Quæ si vera lectio est, Eudochiam Augustam cum Arcadio intelligere debemus.

PAG. 240. *Εἰς ἐκείνο τὸ συνέδριον.* Jacobus Sirmundus edidit νησῶδρον, contra fidem omnium librorum. Nam quod ex libris Christophoroni profertur in editione Coloniensi, eam conjecturam potius esse existimo viri docti, quam scripti codicis lectionem. Nolim tamen damnare eam scripturam. Nam oppidum illud Pityus situm fuit in insula, ut testatur Ammianus Marcellinus in lib. xxi, his verbis: *Insulaque Arduæ, Trapezuntæ et Pityus continentis oppida non obscura.*

In caput XXXV.

PAG. 241. *Συμμάχοισαν ἔχωρ.* Pro συμμάχων Nicephorus habet συμβαίνουσαν, quod mihi quidem magis placet.

Ἡ παραπλησίαν. Restituimus hoc loco genitivum pro dativo, suadente id Saviliano codice, et Basiliensi editione. Observavi enim Theodoretum fere pro dativis genitivum ponere. Sic in cap. 30 hujus libri dixit, ὁμογλωττοὺς γὰρ ἐξίσταν. Non et vulgatæ editiones habent ἐξένοις: et in cap. 28, de Ponticæ diocesi loquens ita scribit, ἰσαρίθμος δὲ καὶ αὐτῆ ἔχει τῆς Ἀσίας τοὺς ἡγουμένους. Pro eo quod alii dicerent τῆ Ἀσίᾳ.

Καὶ τοὺς λοιπούς. Rectius in ms. codice Savillii scribitur καὶ τοὺς πολλούς. Sic enim laicos appellare solet Theodoretus, ut videre est in lib. i *Historiæ*, cap. 22. Ita quoque edidit Jacobus Sirmundus.

In caput XXXVII.

PAG. 242. *Περὶ τινος δεδημερος.* In codice Savillii

scriptum est *περὶ ταυτοῦ*. Epiphanius tamen Scholasticus vulgatam lectionem tuetur. Sic enim vertit: *Quidam vir conversationis monachicæ aditum imperatorem, pro quadam causa rogans*. Nicephorus quoque eandem lectionem retinuit. Sic eniui habet *περὶ του δεησόμενος*.

PAG. 243. *Τῷ δεδωκότι*. Mallem scribere *τῷ δεδεκότι*. Sic certe legisse videtur Epiphanius Scholasticus, ut ex versione ejus apparet. Ita enim vertit: *Rogans ut juberet ei qui ligaverat, ut ipsius vincula solveret*. Porro hæc narratio in primis nota data est, multis de causis. Primum enim ex ea concludi potest, poenitentiam non usquequaque abrogatam esse a Nectario. Videmus enim excommunicationem eo tempore usitatam fuisse, quam secuta est absolutio, quæ sine poenitentia esse non potest. Præterea hæc narratio mirifice confirmat vulgarem illam regulam juris canonici, quæ dicit excommunicationem timendam esse, etiamsi injusta sit. Vides enim imperatorem sine causa excommunicatum, excommunicationem tamen non spernere. Denique hæc narratio id nos docet, ejusdem hominis esse solvere qui ligavit. Quamobrem imperator ligatus ab inferioris gradus clerico, absolute pontificis sui contentus non fuit: sed ab eo ipso absolvi voluit qui ipsum vinxerat. Atque id imperatoris factum prædicat Theodoretus, quod in eo divinus legibus obsecutus sit. Ac Theodoretus quidem virum illum a quo excommunicatus fuerat Theodosius, presbyterum fuisse non dicit. Non dubito tamen quin presbyter fuerit. Quomodo enim jus excommunicandi et absolvendi usurpare potuisset, nisi in presbyterio constitutus? Hinc etiam est, quod imperator ad episcopum misit, rogans ut ei viro tanquam clerico suo præciperet, ut absolute ipsi impartiret. Ceterum utrum simplex presbyter excommunicandi jus habeat, aliis disquirendum relinquere. Ex hac quidem narratione colligi videtur, id juris ei non competere, nisi mandatum fuerit ab episcopo.

Ῥούλος Σκυθῶν τῶν ρομάδων. Apud Nicephorum et Epiphanium Scholasticum *Ῥούλας* scribitur, rectius, ut opinor. Hic est, ut puto, Roas qui ante Attilam Hunnicis gentibus imperavit, ut scribit Priscus in *Historia Gothica*, et Jordanes. Apud Priscum *Ῥούλας* dicitur.

In caput XXXVIII.

PAG. 244. *Ἰροκέρτιον δέ*. Ab iis verbis caput exorsi sumus. Quam quidem conjecturam nemo erit, ut opinor, qui non probet. Nam quæ præcedunt, ad superius caput pertinent.

Πραβλιος ἀρχὴ φερώνυμος. Id est *πρῶτος*. Nam Praxilus nomen est diminutivum. Hujus Praxilii Hierosolymorum episcopi mentio fit in Vita Porphyrii Gazensis episcopi, eodemque tempore Joannes Cæsareæ Palæstinæ episcopus fuisse dicitur. A quo Porphyrius tanquam a metropolitano episcopus est ordinatus.

Αἰσαρηθελς. Hoc verbum active sumpsit Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit: *Rogans eos ut reliquo anirentur oculi*. Eundem sensum secutus est Christophorus. Sed rectius Jacobus Sirmundus in passiva significatione accepit. Theodotum igitur a fidelibus rogatum esse intelligo, ut Apollinaristas qui admodum pauci erant, reliquo Ecclesiæ corpori adjungeret. Mirum est tamen, in hujus verbi interpretatione lapsus esse Camerarium qui sic vertit: *In summo eos cum Ecclesia conjungendi labore*.

In caput XXXIX.

PAG. 245. *Τούς τὰ στοιχεῖα θεοποιούντας*. Vocabulum *στοιχεῖα* hoc loco non significat quatuor elementa. Neque enim Magi apud Persas quatuor elementa adorabant, sed solum ignem et lunam ac solem, quemadmodum docet Epiphanius in Epilogo librorum adversus hæreses: *Μαγουαῖοι παρὰ Πέρσας; καλούμενοι, οἱ εἰδῶλα μὲν βέλετ-όμενοι, εἰδῶ-*

λοῖ; δὲ προσκυνούντες, περὶ καὶ σελήνη καὶ ἥλιος. Certe Græci solem ac lunam appellare solent *στοιχεῖα*. Sic enim Joannes Chrysostomus in Homilia 58 in Matthæum de lunaticis scribit: *ὁ γὰρ δαίμων ἐπὶ διαβολῇ τοῦ στοιχείου καὶ ἐπιτίθεται τοῖς ἀλοῦσι, καὶ ἀνίησιν αὐτοὺς κατὰ τοὺς τῆς σελήνης ὁρμούς*. Sed et Latini elementa interdum appellant solem ac lunam et reliquos planetas. Hieronymus in epistola ad Hedybiam, quæstione 4: *Omnis hebdomada, inquit, in Sabbatum, et in primam, et in secundam, et tertiam, et 4, et 5, et sextam Sabbati dividitur, quas ethnici idolorum et elementorum nominibus appellant*. Nec aliter sumit hoc nomen Gregorius Nysenus in Vita sanctæ Macrinæ, ubi ait tantam esse audaciam pictorum, *ὥς καὶ αὐτῶν τῶν στοιχείων τὰ εἰκόνας διὰ τῆς μιμήσεως ἀνατυποῦσθαι*. Quin et duodecim signa zodiaci ita vocarunt, ut observavi in Adnotationibus Eusebianis, pag. 54.

PAG. 246. *Καταχρήσαντες*. Restitimus *καταχρήσαντες*, ut habet codex Savillii. Atque ita etiam legit Christophorus: vertit enim *inungere*. Camerarius et Sirmundus *obturare*. Ego *oblinire* mallem interpretari, quod sit calce et gypso.

PAG. 248. *Εἶσω θῆναι*. Rectius in ms. codice Henrici Savillii scribitur una voce *εἰσωθῆναι*, quod idem est ac *εἰσωθεῖσθαι*. Sirmundus *Umen* edidit *εἶσω θῆναι* contra fidem omnium codicum.

Ἄβροῦς καὶ ἀρημέρους. Hujus loci emendatio debetur codici Henrici Savillii, in quo diserte scribitur *ἀνεμμένους*, optime sine dubio.

In caput XL.

Θεόδωρος ὁ Μοψουεστίας. Gregorius Papa in epistola 31, lib. vi ait ecclesiasticam Historiam Theodoretum ab Ecclesia Romana ideo non recipi, ob id præcipue quod Theodorum Mopsuestia: nimium laudaverit, et usque ad diem obitus sui magnum Ecclesiæ doctorem fuisse pronuntiaverit. Scio quidem in supradicta epistola Gregorii, Sozomenum dici, non Theodoretum. Sed non dubito quin Gregorius memoriæ vitio lapsus sit, et pro Theodoro Sozomenum posuerit. Baronius quidem, tum in Adnotationibus ad Martyrologium Romanum, tum in Annalibus ecclesiasticis ad annum Christi 427, Gregorium conatur ab errore defendere. Ait enim librum ultimum Historiæ Sozomeni mutilum ad nos pervenisse, et multa capita in eo desiderari. In illis igitur ait scriptum fuisse id quod a Gregorio dicitur de Theodoro Mopsuestia: Verum hoc nihil aliud est quam divinare. Etenim Gregorii magni temporibus, *Historia ecclesiastica* Sozomeni nihil amplius continebat, quam quod nunc habemus. Certe Cassiodorus qui diu ante Gregorium vixit, et qui *Historiam ecclesiasticam* Sozomeni Tripartitæ suæ intexuit, integros Sozomeni codices non habuit. Unde igitur integriores Gregorius nancisci potuisset? Pro certo enim habeo, Gregorium magnum non alibi legisse Sozomenum, quam in *Historia Tripartita*. Porro in lib. x *Historiæ Tripartitæ*, cap. 34, ita scriptum est: *Eo autem tempore quo Theodotus sacratissimus Antiochenam regabat Ecclesiam, Theodorus Μοψουεστίας episcopus, sed tutius doctor Ecclesiæ, etc.* Id cum legisset olim Gregorius, ex Sozomeno desumptum esse existimavit, eo quod nullius scriptoris nomen, nec hujus, nec multorum præcedentium capitum titulo sit præfixum. Hinc factum est, ut memoriæ vitio Sozomenum scripsit pro Theodoro.

Πάσης μὲν Ἐκκλησίας διδασκαλος. De Theodoro Mopsuestia: episcopo varia fuerunt hominum judicia. Laudatus est enim a multis Ecclesiæ Patribus, Joanne Chrysostomo, Cyrillo et Iba Edesseno in epistola ad Marim Persam, et a Facundo Hermianense; ut Theodoretum nostrum omittam. Alii vero ac præcipue Acephali, multa in ejus scriptis reprehenderunt, tria potissimum illi objicientes, quibus acriter respondet Facundus in lib. ix, pro defensione trium capitulorum. Damnati sunt tamen ejus libri

in synodo Constantinopolitana sub Justiniano: eique sententiæ universa tandem Ecclesia acquievit, ut docet Gregorius papa in epistola 31, lib. vi. Theodoretum vero nostrum ei fuisse, non est admodum mirandum. Omnes enim Orientales una cum Joanne Antiocheni episcopo, impensissime favorunt Theodoro, ut discimus ex Liberati Breviario et ex Actis synodi v.

Πᾶς 249. Πέρτε μὲν καὶ ἐκατὸν ἐτῶν. Baronius horum annorum quinque supra centum, quos Theodoretus Historiam suam complecti dicit, initium deducit ab anno Christi 523, quo Licinii eadem contigisse scribit. Ab eo, inquit, tempore si numerare incipias annorum centum et quinque periodum, ad hunc usque annum 427 perveniet, quo ait Theodoretus defunctum fuisse Theodotum de quo agimus, Antiochenum episcopum. Henricus autem Savilius ad oram editionis Roberti Stephani, hos quinque et centum annos aliter computat, ab anno scilicet 520, qui fuit 14 imperii Constantini, ad annum 425, qui fuit 18 Theodosii junioris. Cur vero ita numeraverit Savilius, causa hæc est, quod Arii blasphemiam ex qua horum annorum initium ducit Theodoretus, vulgo omnes existimant cœpisse anno Christi 520, annis quinque ante concilium Nicænum. Mihi tamen verior esse videtur Baronii sententia: Etenim Savilius Theodoti Antiocheni episcopi mortem confert in annum Christi 425. Atqui constat Theodotum adhuc superstitem fuisse anno Christi 426. Interfuit enim synodo Constantinopolitana: quæ jussu Theodosii Junioris congregata est in ordinatione Sisinnii patriarchæ Constantinopolitani, ut docet Photius in *Bibliotheca*, cap. 52. Rectius ergo Baronius ejus obitum consignavit anno Christi 527. Verum in eo lapsus est, quod

hos quinque et centum annos quos Historia Theodoti complectitur, a Licinii cæde exorsus est: cum tamen Theodoretus ab Arii blasphemiam, non a Licinii cæde Historiam suam exordiri se dixerit. Præterea Licinius non anno Christi 323, sed 325 cæsus est, ut scribitur in *Fastis* Idatii. Cæterum etsi Baronii sententiam magis probo, qui Theodoti mortem confert in annum Christi 427, nequaquam tamen in ea penitus acquiescendum puto. Nam Theodorus Mopsuestenus, quem Theodoto Antiochenensem Ecclesiam regente mortuum esse scribit Theodoretus, adhuc in vivis erat anno Christi 428. Certe Nestorius qui hoc anno Constantinopolitanum episcopatum suscepit, Theodorum Mopsuestenum in itinere convenit, ut testatur Theodulus apud Evagrium in lib. 1 Historiæ.

Κατέλεξα δὲ κατὰ τὴν τάξιν. Tota hæc pericope deest in editione Basiliensi, una cum catalogo episcoporum qui in quatuor patriarchalibus Ecclesiis sederunt jam inde a temporibus Constantini. Et hunc quidem catalogum ante nos Jacobus Sirmondus in editione sua evulgavit; sed mendosissimum. Nos ex ms. codice Henrici Savilii eum tunc emendatorem damus. In hoc autem catalogo notandum est, quod post Romanos episcopos, Antiochenis Ecclesiæ antistites proxime recenset, ante episcopos Alexandriæ. Ex quo obiter colligi potest, catalogum hunc sive indicem patriarcharum, non esse opus subditium, sed revera scriptum esse a Theodoro, qui Antiochenis episcopis, utpote patriarchis suis, primum locum tribuit post pontifices Romanum. Illud præterea observandum est, Constantinopolitanos antistites postremo loco recitari, contra auctoritatem canonis Constantinopolitanæ synodi.

ORDO RERUM

QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

THEODORETUS CYRENSIS EPISCOPUS.

Præfatio	9
Ordo editionis Sirmondi et novæ.	25
COMMENTARIUS IN OMNES PAULI EPISTOLAS.	51
Præfatio Germani Herveti.	51
Præfatio Theodoti in Epistolas Pauli	55
Interpretatio epistolæ ad Romanos.	45
Interpretatio epistolæ I ad Corinthios.	226
Interpretatio epistolæ II ad Corinthios	375
Interpretatio epistolæ ad Galatas.	459
Interpretatio epistolæ ad Ephesios.	506
Interpretatio epistolæ ad Philippenses.	558
Interpretatio epistolæ ad Colossenses.	591
Interpretatio epistolæ I ad Thessalonicenses	627
Interpretatio epistolæ II ad Thessalonicenses	658
Interpretatio epistolæ ad Hebræos.	674
Interpretatio epistolæ I ad Timotheum.	787
Interpretatio epistolæ II ad Timotheum.	831
Interpretatio epistolæ ad Titum.	858
Interpretatio epistolæ ad Philemonem.	871

HISTORIA ECCLESIASTICA.

Testimonia de Historia ecclesiastica.	879
Præfatio. — Historiæ scopus.	882
LIBER PRIMUS.	885
CAPUT PRIMUM. — Unde cœperit Arianorum hæresis.	885
CAP. II — Primariorum episcoporum enumeratio.	886

CAP. III. — Alexandri episcopi Alexandriæ ad Alexandrum episcopum Constantinopolitanum epistola.

CAP. IV. — Arii epistola ad Eusebium Nicomediensem episcopum.

CAP. V. — Eusebii episcopi Nicomediensis epistola ad Paulinum episcopum Tyri.

CAP. VI. — Quæ gesta sint in magno concilio Nicæno.

CAP. VII. — Arianorum ex Eustathii et Athanasii libris reprehensio.

CAP. VIII. — Quæ contra Meletium Ægyptum acta fuerint, a quo Meletiani schismatici ad hunc usque diem permanent; et synodica de illo epistola.

CAP. IX. — Imperatoris Constantini ad absentes episcopos epistola de iis quæ statuta fuerunt in synodo.

CAP. X. — De annona ecclesiis attributa, et aliis imperatoris virtutibus.

CAP. XI. — Eusebii Cæsariensis epistola de fide Nicæna exposita.

CAP. XII. — Confutatio Arianorum nunc obtrectantium, e libris Eusebii Cæsariensis episcopi.

CAP. XIII. — De Arii morte ex epistola Athanasii.

CAP. XIV. — Epistola Constantini imperatoris de ecclesiarum extructione.

CAP. XV. — Alia ejusdem epistola, de paradisi acriarium Scripturarum codicibus.

CAP. XVI. — Alia ejusdem epistola ad Macarium Hierosolymitanum episcopum, de Dei templo extruendo.

CAP. XVII. — De Helena imperatoris Constantini matre, et studio in divini templi extructione.

CAP. XVIII. — De illegitima Eusebii Nicœmediensis translatione.	962
CAP. XIX. — Epistola Constantini imperatoris adversus Eusebium et Theogonium, ad Nicomedienses.	962
CAP. XX. — De Eusebii sociorumque ejus fraudulentò consilio adversus sanctum Eustathium episcopum Antiochenum.	966
CAP. XXI. — De episcopis hæreticis Antiochiæ post sancti Eustathii discessum creatis.	967
CAP. XXII. — De Indorum fide.	970
CAP. XXIII. — De Iberorum ad fidem traductione.	971
CAP. XXIV. — Constantini imperatoris ad Saporem Persarum regem epistola, de ipsius providentia erga Dei populum.	974
CAP. XXV. — De structis contra sanctum Athanasium insidiis.	979
CAP. XXVI. — Altera in Athanasium structa fraus.	982
CAP. XXVII. — Constantini imperatoris ad Tyrium synodum epistola.	982
CAP. XXVIII. — De concilio Tyri celebrato.	983
CAP. XXIX. — De encænitis Hierosolymis factis, et de exsilio sancti Athanasii.	987
CAP. XXX. — De magni Constantini imperatoris testamento.	990
CAP. XXXI. — Imperatoris defensio.	990
CAP. XXXII. — De imperatoris obitu.	990
LIBER SECUNDUS.	991
CAPUT PRIMUM. — De reditu sancti Athanasii.	991
CAP. I. — Quomodo Constantius imperator a recta fide abductus fuerit.	991
CAP. II. — De secunda beati Athanasii relegatione, Gregoriquè tum ordinatione tum morte.	993
CAP. III. — De Paulo Constantinopolitane urbis episcopo.	998
CAP. IV. — De Macedonio et hæresi ab eo introducta.	998
CAP. V. — De synodo Sardicensi.	998
CAP. VI. — De Euphrata et Vincentio, et dolosa in eos apud Antiochiam machinatione.	1018
CAP. VII. — De Stephani depositione.	1022
CAP. VIII. — De secundo reditu sancti Athanasii.	1022
CAP. IX. — De tertio ejusdem exsilio et fuga.	1023
CAP. X. — De Georgio, et nefariis ejus Alexandriæ faciõibus.	1026
CAP. XI. — De concilio Mediolanensi.	1030
CAP. XII. — Colloquium Constantii imperatoris et Liberii papæ Romæ.	1034
CAP. XIII. — De exsilio et reditu sancti Liberti.	1039
CAP. XIV. — De concilio Ariminensi.	1042
CAP. XV. — De concilio apud Nicam Thraciæ habito, et expositio fidei illic conscripta.	1050
CAP. XVI. — Synodica Damasi episcopi Romæ, et occidentaliũ episcoporum, ad Illyrici episcopos scripta de concilio Ariminensi.	1051
CAP. XVII. — Athanasii episcopi Alexandriæ de eodem concilio epistola.	1055
CAP. XVIII. — De Leonii episcopi Antiocheni versutia, et de Flaviani et Diodori fducia ac libertate.	1058
CAP. XIX. — De Eudoxii Germanicensesi novitate, et de Basilio Ancyræ atque Eustathii Sebastiæ contra illum contentione.	1062
CAP. XX. — De concilio Nicææ iterum convocato.	1062
CAP. XXI. — De concilio apud Seleuciam Isauriæ habito.	1063
CAP. XXII. — De iis quæ Constantinopoli orthodoxis episcopis contigerunt.	1066
CAP. XXIII. — Epistola synodica contra Aetium scripta.	1070
CAP. XXIV. — Quæ causa Eunomianos ab Arianiis diremerit.	1074
CAP. XXV. — De Nisibis urbis obsidione, et apostolica vita Jacobi episcopi.	1075
CAP. XXVI. — De synodo Antiochens, et quæ ibi gesta sunt contra sanctum Meletium.	1079
CAP. XXVII. — De Eusebio episcopo Samosatensi.	1083
LIBER TERTIUS.	1086
CAPUT PRIMUM. — De Juliani imperio, quod a puero in pietate educatus ad impietatem delapsus est: et quomodo impietatem principio tegens, eam postea patefecerit.	1086
CAP. I. — De reditu episcoporum, et ordinatione Paulini.	1087
CAP. II. — Quæ et quanta in Christianos ausi sint gentiles, accepta ab eo potestate.	109
CAP. III. — Quas adversus Christianos leges tulerit.	1093

CAP. IV. — De quarto exsilio et fuga sancti Athanasii.	1098
CAP. V. — De Apolline Daphnæo, et sancto Babila.	1098
CAP. VI. — De Theodoro confessore.	1098
CAP. VII. — De sacris vasis fisco vindicatis, et frumenti erogatione sublatâ.	1099
CAP. VIII. — Quas pœnas impietatis suæ dederint Julianus avunculus imperatoris, et Felix.	1102
CAP. IX. — De filio sacerdotis.	1102
CAP. X. — De Juventino et Maximino, sanctis martyribus.	1103
CAP. XI. — De Valentiniano, qui postea imperio potitus est.	1106
CAP. XII. — De aliis confessoribus.	1107
CAP. XIII. — De Artemio duce, et Publia diaconissa, divinaque ejus libertate.	1110
CAP. XIV. — De iis quæ Judæis templi ædificationem aggressis acciderunt, et de plagis iisdem divinitus inflictis.	1111
CAP. XV. — De expeditione in Persas.	1114
CAP. XVI. — De nobilis civis Beroënsis libertate.	1115
CAP. XVII. — De prædicatione pædagogi.	1115
CAP. XVIII. — De prophetia sancti Juliani monachi.	1118
CAP. XIX. — De Juliani imperatoris cæde in Perside.	1118
CAP. XX. — De præstigiis apud Carras post ejus mortem deprehensis.	1119
CAP. XXI. — De capitibus Antiochiæ inventis in palatio, et publicis tripudiis ob Juliani mortem.	1119
LIBER QUARTUS.	1122
CAPUT PRIMUM. — De Joviani imperio et pietate.	1122
CAP. I. — De reditu sancti Athanasii.	1123
CAP. II. — Epistola synodica de fide ad Jovianum imperatorem.	1123
CAP. III. — De restituta ecclesiis annona, et obitu imperatoris.	1130
CAP. IV. — De imperio Valentiniani, et quomodo Valentem fratrem imperii consortem fecerit.	1130
CAP. V. — De ordinatione Ambrosii episcopi Mediolanensis.	1131
CAP. VI. — Epistola imperatorum Valentiniani et Valentis ad dioccesim Asianam scripta de consubstantiali.	1134
CAP. VII. — Epistola synodica synodi in Illyrico habita, de fide.	1138
CAP. VIII. — De Audianorum hæresi.	1142
CAP. IX. — De Measalianorum hæresi.	1142
CAP. X. — Quo pacto Valens in hæresim deflecterit.	1146
CAP. XI. — Quomodo virtute præstantes episcopos in exsilium egerit.	1147
CAP. XII. — De Eusebio episcopo Samosatensi, et aliis.	1147
CAP. XIII. — De sancto Barse Edesseno episcopo, et clericis cum eo una relegatis.	1154
CAP. XIV. — De persecutione Edessæ concitata, et de Eulogio et Protogene presbyteris Edessensis.	1154
CAP. XV. — De sancto Basilio Cæsariensi episcopo, rebusque contra eum gestis a Valente, et Modesto præfecto.	1159
CAP. XVI. — De magni Athanasii obitu, et Petri successione.	1163
CAP. XVII. — De ejectione Petri, et Lucii Ariani introductione.	1163
CAP. XVIII. — Ex epistola Petri episcopi Alexandrini, narratio eorum quæ Alexandriæ sub Lucio Ariano contigerunt.	1167
CAP. XIX. — De Mavia Saracenorum regina, et Mosis monachi ordinatione.	1182
CAP. XX. — De rebus atrociter gestis Constantinopoli.	1182
CAP. XXI. — Quo pacto Flavianus et Diodorus orthodoxorum conventus agebant Antiochiæ.	1183
CAP. XXII. — De sancto Aphaate monacho.	1186
CAP. XXIII. — De sancto Juliano monacho.	1187
CAP. XXIV. — Quinam alii monachi hoc tempore clauerint.	1190
CAP. XXV. — De Didymo Alexandrino et Ephraemo Syro.	1190
CAP. XXVI. — Quinam hoc tempore in Asiana et Pontica illustres fuerint episcopi.	1191
CAP. XXVII. — De litteris a Valente de bello scriptis ad magnum Valentinianum, et de pio hujus responso.	1191
CAP. XXVIII. — De Terentii comitis pietate.	1191
CAP. XXIX. — De libera voce Trajani, magistri militum.	1194

CAP. XXXI. — De Isaacio monacho Constantinopolitano et Britanione episcopo Scythiæ.	1194
CAP. XXXII. — De Valentis expeditione in Gothos, et quomodo in ea pœnas lucrît.	1193
CAP. XXXIII. — Unde Gothi Arianam hæresim contraxerunt.	1195
LIBER QUINTUS.	1198
CAPUT PRIMUM. — De Gratiani imperatoris pietate.	1198
CAP. II. — De reditu episcoporum.	1198
CAP. III. — De Paulini contentione, et Apollinari Laodicensis novatione et de Meletii virtute ac pietate.	1199
CAP. IV. — De Eusebio episcopo Samosatensi.	1202
CAP. V. — De Theodosio magistro militum.	1206
CAP. VI. — De ejusdem imperio, et viso per somnium.	1206
CAP. VII. — Quinam insignes fuerint Arianæ factionis antistites.	1207
CAP. VIII. — De cœcto Constantinopoli cœcilio.	1210
CAP. IX. — Epistola synodica concilii Constantinopolitani.	1211
CAP. X. — Damasi episcopi Romæ synodica adversus Apollinarem et Timotheum scripta.	1219
CAP. XI. — Confessio fidei catholicæ, quam Damasus papa in Macedoniam misit, ad Paulinum episcopum, cum esset Thessalonicæ.	1222
CAP. XII. — De morte Gratiani, et Maximi tyrannide.	1226
CAP. XIII. — De Justina uxore Valentiniani, et insidiis contra Ambrosium comparatis.	1226
CAP. XIV. — De iis quæ Maximus tyrannus Valentiniano Juniori significavit.	1227
CAP. XV. — De iis quæ a Theodosio imperatore de eadem re scripta sunt.	1227
CAP. XVI. — De Amphilochio Iroui episcopo.	1250
CAP. XVII. — De cæde Thessalonicensi, et de Ambrosii episcopi libertate, ac pietate imperatoris.	1251
CAP. XVIII. — De Placida imperatrice.	1258
CAP. XIX. — De seditione facta Antiochiæ.	1259
CAP. XX. — De templis idolorum ubique terrarum destructis.	1262
CAP. XXI. — De Marcello Apameorum episcopo, et fano Jovis per eum diruto.	1263
CAP. XXII. — De Theophilo episcopo Alexandrino, et quæ illic in idolorum demolitione gesta sunt.	1266
CAP. XXIII. — De Flaviano episcopo Antiocheno, et Occidentali tum Paulini causa seditione.	1267
CAP. XXIV. — De Eugenii tyrannide, et Theodosii imperatoris ob eandem victoria.	1252
CAP. XXV. — De Theodosii imperatoris obitu.	1254
CAP. XXVI. — De Honorio imperatore, et Telemacho monacho.	1255
CAP. XXVII. — De Arcadii imperatoris pietate et ordinatione Joannis Chrysostomi.	1255
CAP. XXVIII. — De divina hujus episcopi libertate.	1255

CAP. XXIX. — De fanis idolorum ab eodem in Phœnicia dejectis.	1258
CAP. XXX. — De Gothorum Ecclesia.	1258
CAP. XXXI. — De eisdem erga Scythas providentia, zeloque adversus Marcionistas.	1258
CAP. XXXII. — De Gainæ postulatione, et Joannis Chrysostomi responsione.	1259
CAP. XXXIII. — De ejus ad Gainam legatione.	1262
CAP. XXXIV. — De iis quæ propter Chrysostomum evenerunt.	1262
CAP. XXXV. — De Alexandro episcopo Antiochiæ.	1266
CAP. XXXVI. — De reliquiarum Joannis relatione, et de pietate Theodosii ac ejus sororum.	1266
CAP. XXXVII. — De Theodoro episcopo Antiochiæ.	1270
CAP. XXXVIII. — De persecutione in Perside exercita, et qui illic martyrium perperissi sunt.	1271
CAP. XXXIX. — De Theodoro episcopo Mopsestis.	1273
Indiculus episcoporum qui magnis urbibus præfuerunt.	1273

HISTORIA RELIGIOSA.

Præfatio Gentiani Herveti.	1279
Testimonia de Historia religiosa.	1283
Præfatio.	1285
I. — Jacobus.	1284
II. — Julianus.	1286
III. — Marcianus.	1282
IV. — Eusebius.	1280
V. — Publius.	1281
VI. — Symeones Priscus.	1283
VII. — Palladius.	1285
VIII. — Aphraates.	1287
IX. — Petrus.	1287
X. — Theodosius.	1287
XI. — Romanus.	1286
XII. — Zeno.	1286
XIII. — Macedonius.	1280
XIV. — Malsymas.	1281
XV. — Acepsumas.	1281
XVI. — Maro.	1281
XVII. — Abraames.	1281
XVIII. — Eusebius.	1286
XIX. — Salamaues.	1280
XX. — Maris.	1281
XXI. — Jacobus.	1281
XXII. — Thabassius aut Limnæus.	1281
XXIII. — Joannes.	1281
XXIV. — Zebinus aut Polychronius.	1285
XXV. — Asclepius.	1285
XXVI. — Symeones.	1285
XXVII. — Baradatus.	1287
XXVIII. — Thaletheus.	1280
XXIX. — Marana et Cyra.	1281
XXX. — Domnina.	1281

ORATIO DE DIVINA ET SANCTA CHARITATE	1288
Annotationes Henrici Valesii.	1282

FINIS TOMI OCTOGESIMI SECUNDI.

300-17